D. MARTINI LUTHERI

XEGETICA OPERA LATINA

CURAVIT

DR. JOAN. CONRAD. IRMISCHER

LESIAE NEOPOLITANAE ERLANGENSIS PASTOR ALTER.

VOLUM. XV.

NTINENS OPERATIONUM IN PSALMOS TOM. II.

ERLANGAE
SUMTIBUS CAROLI HEYDERI.
MDCCCXLV.

OPERATIONES

F. MART. LUTHERI

IN PSALMOS, VITTENBERGENSIBUS THEOLOGIAE STUDIOSIS PRONUNTIATAE.

VOLUMEN II.

PSALMUS OCTAVUS.

ld victoriam pro torcularibus Psalmus David.

Novus hic titulus. Quid per torcularia sua velit, nta varietate disputatum est, ut ego me fatear consum nescire, quis inter tot melius senserit. Tres im sunt in universum Psalmi, qui torcularia in titus praefixa habent, hic octavus, David inscriptus, ctogesimus, Assaph, et octogesimus tertius, filiis 'hore. Nec est verisimile (id quod Hebraeorum praetantiores concedunt) Davidem hunc Psalmum in torlaribus Palaestinorum composuisse, quando eadem tione et Assaph et filios Chore suum ibidem composuisse sequeretur, nec legitur David fuisse in torcuribus Palaestinae, sed in Geth (quae postea literarum mili prolatione Gaza dicta est), civitate Palaestinae, tiamsi גַּת significet torcular, quod hic עַל־הַגִּתִּית, uper torcularibus, dicitur. Nec mihi satisfacit, quod liis videtur, hunc Ps. factum, ut caneretur in festo ibernaculorum, ubi collectis frugibus et vindemiis finitis Deo gratiae agebantur.

Proinde, quandoquidem literam quaerimus, prope ı Lyranam eo sententiam, *qui Githith* arbitratur esse

instrumenti musici nomen proprium, aut concedendum est priscis patribus, qui mysteria secuti per torcularia intelligunt martyria passionesque Christi et ecclesiae, siquidem et nonnulli alii Psalmi notantur aliquo insigni praeter usum vocabulo (ut videbimus suo loco), quo moveremur ad spiritum quaerendum. In his relicto cuilibet suo judicio, torcularia mystice esse passiones recte dicitur, ut Isa. 63.: „Torcular calcavi solus," quod omnes de passione Christi intelligunt.

Verum b. Aug. satis erudite per torcular intelligit ministerium verbi Dei in ecclesia, in quam sententiam plures scripturae consonant, ut Isa. 5.: „Et torcular exstruxit in ea." Sicut enim boves in area terentes significant praedicatores, 1. Cor. 9., ita et calcantes in torculari eosdem significant. Hinc vinacea et palea, triticum et vinum in scripturis passim significant populos, verbo Dei vel eruditos vel induratos, de quibus non est nunc locus dicendi.

Et haec sententia ad scopum Psalmi facit, in quo describitur nomen domini in terra magnificatum, populus Christo subjectus et destructus inimicus. Jam quando ex ore infantium et lactentium perfecisse virtutem et exaltasse gloriam suam dicitur, ipsam sane praedicationem evangelii et verbi crucis denotat, qua haec omnia facta sunt et fiunt. Certe verbum crucis sicut torcular conterit et humiliat homines mundi, et in unum corpus multos colligit, sicut vinum in lacum. Atque ita prophetae visum est de spirituali quodam torculari canere. Neque sic tamen alienum est a proposito, passiones intelligi per torcularia, quod verbum crucis et crucifigat veterem hominem et pro se cogat varias sustineri passiones.

Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra, quoniam elevata est magnificentia tua super coelos.

Hi duo versus sunt unus in heb., et alterum nomen est sacrum, tetragrammaton, alterum, Adon, profanum et commune etiam hominibus. Permisit autem interpres sibi, ut „dominus noster" in nominativo diceret, ubi Hierony. in vocativo, domine dominator noster, rectius transtulit. Admirabile, quod אדיר hebraice dicitur, magnificum, magnum, excellens sonat. Unde Hiero.: Quam grande est nomen tuum. Magnificentiam vero Hierony. gloriam reddidit, in heb. autem proprie laudem et confessionem significat. A quo nomina Juda et Judaea, a laudando et confitendo dicta. Gen. 49.: „Juda, te laudabunt fratres tui." Nam quod hic transtulit: „Quoniam elevata est magnificentia tua super coelos," Ps. 148. dixit: „Confessio ejus super coelum et terram." Et omnino videtur utroque versu idem significare, siquidem et illic dicitur: „Exaltatum est nomen ejus solius," quod hic: „Admirabile est nomen tuum" dicitur, et illic: „Confessio ejus super coelum et terram," hic: „Magnificentia super coelos."

Ex praedictis autem notum esse relinquo, quod nomen Dei sit non unum, sed multa, scilicet, quidquid boni dici potest, ut sit idem, quod bona fama, gloria, opinio, praedicatio, qua praedicatur, creditur, cognoscitur, speratur, diligitur, timetur (id est, vere colitur et honoratur) solus potens, sapiens, bonus, justus, verax, suavis, simulque pereat hominum gloria et opinio, ne quis ultra potens, sapiens, bonus sit, sed

inveniantur omnes (ut apostolus ait Ro. 3.) peccatore et vacui gloria Dei, qui impie erant justi et pleni glo ria sua, sicut Ps. 9.: „Increpasti gentes et peri impius, nomen eorum delesti in aeternum."

Nemo enim nunc est potens in potentia sua, se infirmatur et patitur omnis, qui credit in Christum nec vindicat, nec liberat se ipsum, etiamsi possit, se Deo dat gloriam, exspectans illius potentiam libera tricem et vindicem (sicut Paulus gloriatur in infirmi tatibus suis). Nemo est sapiens in sapientia sua, se stultus fit coram se et hominibus, data soli Deo glo ria sapientiae, qui eum, ubi probatus fuerit, sapientia gloria hereditabit in coelis. Ita nemo christianus es justus justitia sua, sed Deo data justitiae gloria i oculis suis et hominum cum iniquis reputatur, ut i humilitate judicium ejus sublevetur (Isa. 53.), et ju stificetur per fidem et spem exspectans justitiam De quae eum commendet, non enim qui se ipsum com mendat, ille probatus est. Hoc est, quod pronome „tuum" respicit, opponit enim nomen domini nomini bus et gloriae hominum, quod tunc magnificatur, exal tatur, diligitur, quando nostrum nomen redigitur i nihilum, et oditur tam a nobis quam omnibus.

Hunc sensum et Ps. 113. ponit, d.: „A soli ortu usque ad occasum laudabile nomen domini," e iterum: „Excelsus super omnes gentes dominus, e super coelos gloria ejus," et Malach. 1.: „A soli ortu usque ad occasum magnum est nomen meum i gentibus." Idem: „Nomen meum magnum et horribil in gentibus." Idem Isaias 11. dicit: „Non occider nec nocebunt in universo monte sancto meo." Cu non occident? „Quia (inquit) repleta est terra scien

tia domini, sicut aqua maris operientis," quasi dicat: Cognitio Dei et magnificatio nominis ejus, quae per evangelium velut mare inundans mundum replebunt, facient, ut sint invicem mites et innoxii, quia nec pro sapientia nec pro potentia nec pro justitia certabunt, cum haec non sua, sed Dei esse sciant. Ejusdem 2.: „Et incurvabitur omnis sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum, et elevabitur dominus solus in die illa, et idola penitus conterentur."

Placet autem, duo illa vocabula, „domine" et „dominus noster" in hunc modum distingui, ut priore summa divinitas repraesentetur in se ipsa manens, posteriore vero regnum et cura ejus, quo nostri dominatur ac regit per verbum fidei, quod per Christi incarnationem impletur, qui est propitiatorium nostrum, in quo habitat omnis divinitatis plenitudo corporaliter. Per hunc enim trahimur ad patrem, regnamurque in mundo, sicut dicit Johann. 6.: „Nemo venit ad patrem, nisi per me." Proinde non sine causa pronomen „noster" cum dominatore magis quam cum domino copulatum est. Igitur prius notus in Judaea Deus, et in Israel magnum nomen ejus, nunc autem magnum est nomen tuum in universa terra, in omnibus gentibus. Ita vides, quomodo titulo conveniat hic versus, quod praedicationis torculari nomen domini magnificatum gentes in toto mundo humiliavit in unam fidem et gratiam Christi.

Verum hoc majoris est momenti, cognoscere, quid sit, quod sequitur: „Quoniam elevata est magnificentia tua super coelos." Hebraeus et Hierony. habent: Qui posuisti, non: Quoniam elevata est. Video ab omnibus ferme per hanc gloriam seu magnificentiam

seu laudem Dei intelligi Christum, filium Dei, qui assumtus in coelum sedensque ad dextram Dei Spiritum sanctum misit, qui per apostolos nomen Dei magnificavit in toto mundo.

Et horum sententia mihi quoque non displicuit, quod versus hujus particula haec velut causam reddit prioris, scilicet, nomen Dei esse magnificatum, quia Christus adscendit in coelum. Non enim nisi Spiritu sancto misso potuit clarificari Christus, ut Ro. 1.: „Qui declaratus est filius Dei per Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum," et Joh. 16.: „Ille me clarificabit, quia de meo accipiet." At Spiritus mitti non potuit nisi Christo a mortuis resuscitato, in coelum assumto et in regnum omnium gentium constituto, sicut Johann. 7.: „Spiritus nondum erat datus, quia Jesus nondum erat glorificatus." Sic Ps. 2. quoque praedicare se dicit praeceptum Dei, (quod utique per Spiritum sanctum impletum est), postquam se super montem Zion sanctum Dei regem constitutum dixit.

His autem videtur nonnihil officere, quod Christum laudem seu confessionem dici non apte quadrare videtur ad similem hujus versum Ps. 148.: „Confessio ejus super coelum et terram," neque cum illo Ps. 113.: „Excelsus super omnes gentes dominus, et super coelos gloria ejus," quod confessio non hic tantum super coelos, sed et super terram exaltata prophetetur, et nullus per confessionem eo loci Christum intelligit. Sed haec non debent quemquam movere, quia Christus Isa. 47. gloria Dei dicitur: „Dabo (inquit) in Zion salutem, et in Hierusalem gloriam meam."

Quare sicut apostolus eum audet appellare justitiam, virtutem, sapientiam, gloriam, redemtionem, sanctificationem Dei, quod per ipsum nos Deum justificamus, potentem, sapientem, gloriosum agnoscentes et confitentes. Et rursum, nos dum hoc sacrificio justitiae, sapientiae, virtutis etc. Deum honoramus et colimus, meremur ab ipso rursus justificari, roborari, sapientes fieri, sicut dicit 1. Reg. 2.: „Quicunque me honorificaverit, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles," quia hoc est sacrificium laudis, quo Ps. 50. dicit sese honorificari, et ipsum esse iter ad salutare Dei videndum. Nec enim hoc sacrificium offert, nisi qui nomine suo perdito in fide invocat nomen domini, hoc est, sapientiam, virtutem, justitiam Dei, ut dixi, interim patiens se infirmum, stultum et malum haberi, nescium vindictae, judicii, gloriae, ut eodem nomine glorificetur Deus et nos, eadem justitia justificetur Deus et nos, eadem sapientia sapiens sit Deus et nos. Et hoc est, quod Petrus 2. Pe. 1. dicit: „Nobis maxima et pretiosa donata in Christo, ut essemus divinae consortes naturae, et in quae (ut 1. Pe. 1.) desiderant angeli prospicere."

Ita et eundem Christum recte per confessionem super coelos elevatam intelligimus. Sed et simul discimus, quo fructu nobis adscenderit. „Expedit enim (inquit), ut ego abeam. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos." Hoc enim vult propheta ostendere, longe aliam esse laudem Dei, qua ipse in nobis, et nos in ipso laudamur, quam hominum laudem. Nostra laus, quia Dei laus est, seu a Deo, non est in propatulo et theatro mundi, nec apparet hominibus, sed *neque nobis*, imo sicut vita

nostra abscondita est cum Christo in Deo (Col. 3.), ut sapiamus, quae sursum sunt, ita et laus nostra cum eodem assumta et abscondita est in Deo, ut sit in fide et spe, non in re praesente.

Ideo laus Dei eadem est, qua laudatur Deus et nos, eademque gloria et magnificentia, sicut Ps. 104.: „Ut gloriemur in laude tua," et 20.: „Nos autem in nomine domini Dei nostri magnificabimur," et Ps. 34.: „In domino laudabitur anima mea", quia, dum nos exuti nomine nostro in ignominia patientes sumus, vere sumus humiles illi, quos respicit Deus, et animae illae esurientes, quas saturat Deus.

Conveniebat autem prophetae, ut summario vocabulo laudis seu gloriae uteretur, qui in tempore nondum revelatae veritatis loquebatur. Quae autem haec laus esset, et quid contineret, apostolorum erat in lucem proferre. Hi enim docuerunt, quod qui laudari recte et pie velit, Deum solum super omnia laudet, Deum autem super omnia laudat, qui soli Deo justitiam, sapientiam, virtutem, et omnia bona tribuit, et refert accepta. Quod non facit, nisi qui fide, spe et caritate vivit, pressus in mundo impotentia, stultitia, peccatis coram se et hominibus, cum haec nemo feliciter ferat nisi fide et spe imbutus.

Est ergo summa hujus versus haec, quod inter Deum et homines quoddam mutuum est, per Christum mirabili et suavissimo commercio contractum. Homines in terra nihil habent pretiosius nomine domini, hunc enim laudant, praedicant, confitentur coram hominibus, ut solum potentem, sapientem, sanctum, justum etc. Atque hoc est nomen domini esse magni*ficum, admirabile*, celebre, et magnae opinionis in

rra, hoc enim per Christi adventum factum est. ursus Christus ipse eos, qui sic se praedicant, contentur coram hominibus et nomen ejus cognoscant, raecingit se, et transiens ministrat eis, laudat, praecat, confitetur coram patre et angelis ejus in coe-s, et cognoscit nomen eorum, ipseque eorum gloria laus est in coeliis, sicut ipsi sunt gloria et laus us in terra.

Hoc est, quod dicit: „Quoniam elevata est oria tua super coelos," ut omnino gloria haec Dei telligatur, qua nos coram ipso in Christo sumus laubiles et gloriosi, et nomen ejus admirabile, qua ipse nobis coram hominibus laudatur et glorificatur. In oc mutuo nominum et laudis multae conciliantur et telliguntur auctoritates scripturae. Huc pertinet illud s. 72.: „Et honorabile nomen eorum coram illo." ursus Ps. 91.: „Protegam eum, quoniam cognovit omen meum." Sic sponsa in Canticis: „Dilectus meus ihi, et ego illi," et Psalmo 111.: „Confessio et agnificentia opus ejus." Rursus: „Et laudis ejus ena est terra, pleni sunt coeli et terra gloria tua." hoc enim mutuo consistit justitia Dei, qua justifimur, dum illum nos praedicamus et honoramus, redntes eo ipso, quod debemus, et rursus ille nos horat, reddens eo ipso mercedem, quam meruimus.

Verum (sicut dixi) quam facile est dicere et inlligere hoc mutuum laudis inter Deum et nos, tam duum est id ipsum praestare. Difficile enim est iverso nomine exui praesentis et futuri saeculi, et hil fieri tam coram se quam omnibus hominibus, et men nisi ita fiat, non potest nomen domini esse nobis ando in terra, *nec laus ejus nobis* esse super coelos.

Prius autem est, nomen domini magnificare in terra, quam laudem ejusdem super coelos elevari. Sic dicit b. Virgo: „Magnificat anima mea dominum.“ Deinde certa, quod et ipsa in coelis coram Deo magnificaretur propter hanc domini magnificationem, dicit: „Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.“ Non est enim possibile, ut non benedicatur a Deo, qui benedicit Deum, nec fieri potest, ut diligat, laudet, delectetur in Deo, quin rursus Deus eum diligat, laudet et delectetur in eo.

Sed hic forte simplex animus scrupulum concipiet, qui toties audivit, non nos esse priores diligendo Deum, aut benefaciendo, sicut scriptum est: „Non quod nos priores eum dilexerimus, sed quia ipse prior dilexit nos,“ et Ro. 11.: „Quis prior dedit illi, et retribuetur ei?“ Et Johann. 15.: „Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.“ Joh. 6.: „Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum.“

Quo modo ergo nos prius eum magnificamus, ut ipse nos magnificet? Dicetur: Scriptura divina utrumque describit et gratiam Dei et fructus gratiae ejus. Ideo prudenter est observanda, ne id, quod de fructu loquitur, de arbore ipsa intelligamus, quod chaos si misceatur, sequitur error ille Pelagianorum de lib. arbitrio, qui nobis tribuit initium boni operis. Deus enim solus facit arborem bonam ante nos et sine nobis, quae necessario et prior est fructibus. Verum fructus quoque necessarium est esse priores praemio.

Quare hic locus Psalmi, et si qui similes, non ad gratiam initialem, sed ad finalem, ipsum scilicet praemium, quod redditur primae gratiae et suis *fructibus*, pertinet, ita ut intelligamus his et similibus

locis nos provocari ad perseverantiam in bonis fructibus promissione ista mutuae beneficentiae Dei. Sic qui conversus laudat Deum, hoc est, vivit accepta gratia ad laudem Dei in terris, hunc rursum simul et in aeternum laudat Deus in coelis, simul, inquam, et in aeternum, hoc est, in praesenti et futuro. Nam qui Deum glorificat in vita sua, non potest non rursus sentire laetam et quietam in fiducia misericordiae Dei conscientiam, qua intelligit se Deo rursus placere, laudarique in coelis. Adeo prope est laus coelestis nostra nomini domini in terris, licet coram hominibus ignominia vexemur assidue. Deinde si perseverat laudans, perseverat quoque laus ejus in Deo in aeternum. Sic illud intelligemus Zach. 2.: „Convertimini ad me, et convertar ad vos;" et similia.

Verum eorum sententia, qui posteriorem partem hujus versus intelligunt veluti causam prioris, inter quos noster interpres fuisse videtur, dicere oportet, laudem Dei super coelos esse priorem nomine domini magnificato in terris, et id Christum effecisse suo super coelos adscensu, ut misso Spiritu nomen domini magnificetur in terris, ut dictum est. „Spiritus sanctus (inquit) non erat datus, quia Jesus nondum erat glorificatus," atque ita laus Dei nonnisi ipse Christus personaliter intelligi poterit super coelos elevatus.

Ac non fuerit magni negotii, utramque sententiam simul tueri, nec adeo longe distant, cum id constet, per Christum exaltatum evenisse, ut accepto Spiritu sancto crederemus Deo nos esse gratos ac commendatos super coelos, et eodem Spiritu rursus nos Dei nomen auderemus in universa terra magnificare, quod est *aliud nihil, quam Christum exaltatum* nihil nobis

profuisse, nisi nobis exaltatus fuisset, id est, nisi adscendens in altum dona dedisset hominibus, per quae ipsum in terra magnificaremus. Haec sub cujusque judicio relicta volo.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem.

Iste versus apte sequitur ad sensum eum, quo per elevatam gloriam intelligi diximus Christum adscendentem, quanquam nec ad alterum ineptus est. Quare ad utrumque nos eum accommodemus in hunc modum. Nomen tuum domine magnificatum est, sed longe alia ratione, quam apud homines fieri soleat, nempe hominum mos, si mos dici debet, is est, ut non ab humilibus et contemtis velint laudari, sed alta sapientes raris placuisse (ut dicunt) volunt, et a magnis, sapientibus, potentibus suspici desiderant. Rursum et illi laudatores, cum vanissimi sint, non laudant nisi suorummet gratia, ut et ipsi laudentur, aut lucrum captent. Ita mutuum scabunt muli, nec sinceri laudantes, nec probi laudati. Sic, inquam, est hominum ingenium, qui specie rerum praesentium moventur.

At tu cum tuae res lateant, solaque fide intelligantur, non invenis inter homines praeclaros, qui te laudent, quin potius ipsi sunt, qui laudi et gloriae tuae prae insania suae gloriae tibi pertinacissime resistunt. Ideo contemtos et humiles tu ponis, qui te laudent, et nomen tuum magnificent, qui nomen suum in terris odiunt, contenti, quod tu sis laus eorum super coeles, et ut hoc ostenderes, misso Spiritu sancto *de coelis, postquam* assumseras gloriam tuam, apo-

stolos apostolorumque similes erudiisti, rudes et simplices homines, ex quorum ore perfecisti laudem tuam.

Magnam nobis quaestionem movet hoc loco auctoritas Christi, qui Matth. 21. hunc versum adducit et aptat pueris, qui eum in templo laudabant, dicens principibus sacerdotum et scribis pueros clamantes prohibentibus: „Nunquam legistis: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem?“ Si enim de istis pueris ad literam solum intelligitur Ps., ut volunt quidam, jam nec praecedentia nec consequentia consonabunt, cum de nomine domini in universa terra magnificato ante locutus sit, quod post passionem factum est. Deinde, si rigorem literae sequamur, isti pueri nec infantes nec lactentes erant, quando verbis formatis benedicebant et cantabant: „Osanna in excelsis!“

Rursus, nulla ratione licet Christo dissentire, qui hunc versum illis aptavit, cujus auctoritas etiam ipsi Psalmo praeferenda est. Reliquum ergo est, sententiam versus hujus esse generalem de omnibus, qui sunt simplices et recti corde, qui non alta sapiunt, nec in rebus mundi sunt prudentes, filii scilicet lucis. Quorum generatio cum nullius aetatis angustia claudatur, sed in omnium saeculorum tempore, in omnium aetatum genere reperiatur, recte pueris quoque convenit, non modo, quia ipsi sunt hoc modo simplices et sinceri, sed etiam, quia sua simplicitate et innocentia hanc fidei simplicitatem in Christo nobis corporaliter figurant, ut 1. Pe. 2.: „Quasi modo geniti infantes, lac rationale concupiscite.“ Pueri enim nec potentia, nec sapientia, nec magnitudine, sed impotentia, *stultitia, parvitate nos flectunt*, delectant,

vincunt. Ita Christi laudatores non in fortitudine mundi, non in sapientiae humanae verbis, non in magnitudine gygantum, sed in stultitia verbi et scandalo crucis orbem vicerunt, et nomen domini magnificaverunt in universa terra.

Igitur miracula canit hic versus divinae virtutis, quae nomen suum in terris potuerit magnificare tam stupendo et incogitabili modo, primum, in medio eorum, qui nomina sua magnificabant insanissime, et praeter ea nomini domini pertinacissime obsistebant. Magnum enim fuit, etiam regum et sapientum et sanctorum mundanorum nomen delere, et in nihilum redigere, erecto solo suo nomine. Deinde, quod is, cujus nomen magnificabatur, nusquam apparuit, soloque verbo indicabatur, cum illi et praesentes ipsi et suas res praesentes ostentare possent, quibus nomina sua statuerent. Tertio, quod paene maximum erat, quod hunc invisibilem Christum magnificabant, adversus omnem visibilem pompam, non gygantes, viri famosi, docti, divites, nobiles, sed piscatores, idiotae prorsus, infantes et lactentes, sine ulla potentiae aut sapientiae specie, cum illis adhaererent turbae, maximarum buccarum viri sapientissimi, eloquentissimi, potentissimi.

Proinde in heb. dicitur: „Ex ore infantium et lactentium perfecisti virtutem," ut sit major miraculi expressio. „Virtutem" autem alii laudem reddiderunt, offensi forte absurditate, quod ex ore virtutem perfici non ita quadret, ut laudem, communi sensui legentium servientes. Et licet virtus hoc loco queat intelligi idem quod virtutes praedicatas per synecdochen et idiotismum hebraeum, meo tamen sensu aptius intelligitur *id, quod est robustum*, potens, validum, ut sit

nsus: Perfecisti ex ore infantium virtutem, id est, rbum Dei praevalidum, cui non possent resistere et ntradicere omnes adversarii, sicut et alio Ps.: udient verba mea, quoniam potuerunt" (id est, quia lida firmaque facta sunt), ut simul intelligamus hristum in mundo omnia fecisse nonnisi verbo angelisantium, quod sua infirmitate omnium poten-am, sua stultitia omnium sapientiam, suo scandalo nnium religiones subvertit, quia quod infirmum est ei, fortius est hominibus, et quod stultum est Dei, pientius est hominibus. In hunc modum Lucas in ctis frequenter memorat verbum Dei crevisse valde et mfortatum fuisse, velut hujus versus rem monstrans.

Atque hic conveniendi sunt ecclesiarum Christi ctores, ut his verbis sese erudiri intelligant officium um. Virtus enim Christi et ecclesiae non hic ex undo accersitur, non invocat auxilium brachii sae-ılaris, non intentat ignem aut mortem, non fidit in mis regum et principum, sed ex ore infantium per-citur, sine dubio docens, quod, qui aliter nomen do-ini studuerit magnificare in terra, quam per os in-ntium, hic potius blasphemet, et nomen suum magis am domini magnificare convincatur. Quales sunt, i Turcas et infideles aut haereticos hodie non verbo ei, quod ignorant, sed bello et mundano tumultu t censurarum strepitu petendos esse insaniunt, sci-et, quae per os infantium victa sunt, per haec ipsi ncere praesumunt, et blandum os infantium in buc-s gygantum truculentas (id est, verbum Dei suave suarum traditionum tyrannides) mutant. Jam si quis t, qui hoc malum intelligit et relinquit, is deinceps scat, quid et quomodo *agat, ut recte populos regat,*

Primum (inquit) „ex ore,“ grande monitorium, sed fidele iis, qui in ecclesia verbum tractant. Tunc enim recte tractatur, quando discernitur os a verbo, ut verbum sit non ejus, qui praedicat, imo nec praedicet, sed sinat Christum per os suum loqui, sicut Paulus 1. [2.] Cor. 13.: „An experimentum quaeritis ejus, qui loquitur in me Christus?“ Poterat enim hic dicere: Infantes perfecerunt laudem, sed reprehendendi eramus nos temerarii fabulatores, qui insalutato Spiritu sancto, quidquid in mentem, imo in buccam venit, populo effundimus.

Quia alii de industria scrutantur et quaerunt, ne solida praedicent, hoc est, ne Christus verbum suum, sed ipsi verbum suum doceant. Ideo et sequitur, ut non solum non destruant inimicum et ultorem, sed potius fortificent et faciant irrisorem. Huc pertinent et illi, qui sibimet conscii magnae doctrinae suae periculum sibi somniant longe maximum, si non alios doceant, causantes sese talentum sibi datum in terra defodere, et cum servo pigro duram sententiam domini exspectare. Adeo ridiculis nugis diabolus ludit horum phantasias.

Quos hoc versu oportet instructos scire, nos non esse, qui docemus, nec verbum nostrum docendum, sed solum os nostrum posse verbo ejus servire, si ipse voluerit et vocaverit. „Tu (inquit) perfecisti laudem,“ non illi, non nos. Sic et in evangelio tradidit quidem dominus talenta servis, sed nonnisi vocatis. Exspecta ergo et tu, donec voceris, interim ne ambias nec te ingeras, non enim te rumpet scientia tua. „Currebant (inquit), et ego non mittebam eos, *prophetabant, et ego* non loquebar eis.“ Multos haec

tatio misere vexat, ita ut eos et instituti sui sine ... pigeat et poeniteat. Diabolus haec facit, ut inquietet eos, qui bene coeperunt, et tandem taedio ...manet. Igitur qui vocatur, praebeat os, et recipiat verbum, sit organum et non auctor, qui non vocatur, oret dominum messis, ut mittat operarios, et perficiat virtutem ex ore infantium.

Secundo, „infantium et lactentium." Hic verbi minister docetur, ut infans sit cum infantibus, et (juxta Paulum) fiat omnibus omnia, ut omnes lucrifaciat, omnino cavens, ne quenquam despiciat ac fastidiat, sicut infantes prae simplicitate sua prorsus nullum noverunt personarum respectum, sed sunt omnibus aequales et iidem. Quid enim periculosius in verbi ...i ministro, quam si alius sit magnatibus et divitibus, ...ius infimatibus et pauperibus, qui in hoc mittitur, ... omnibus serviat, nulli aduletur, nullum fastidiat? ...x invenias in scripturis, contra quod aeque pugnet spiritus, atque contra personarum iniquum respectum, ...od difficile sit personas et larvas contemnere, et ...mines in Deo invisibili amare et quaerere.

Deinde et hoc docentur, ut sint blandi, non contumeliosi, et ut Tit. 1. dicit, non praefracti, non percussores, non iracundi etc. Tales enim non sunt infantes et lactentes. Sed et ostentatio hoc verbo reprehenditur eorum, qui ambulant in magnis et mirabilibus super se, docentes sublimia et difficilia, quae ad ...m non pertinent, quae populus nec capit, nec si ...peret, fructum acciperet, et omnino omnis doctrina humanitus concepta et tradita quocunque adulterio sensus carnalis, aliena a divinitus inspirata.

Tertio „perfecisti." Nec *satis est* scilicet, etiam

Dei verbum docere, nisi recte doceatur, sicut Timotheum instituit Paulus, ut recte verbum Dei tractet. Sunt enim multi anxii et vani praedicatores, aestuantes et tumultuantes, qui ignorant aliud esse plantare et rigare, et aliud incrementum dare, statim, ut dixerint, omnia facta velint, non tam volentes audiri, quia verbum Dei dicunt, quam quia ipsi sunt verbi dictores, organum magis, quam sonum commendari petentes. Horum portio est, qui meditatis ac conceptis a se verbis promittunt sibi ipsis, nunc hos, nunc illos pungere et mordere, ac statim convertere. Ubi fit miro Dei consilio, ut nihil minus impleant, quam quod cogitaverunt. Sentit enim naturaliter anima hominis verbum arte super se compositum esse, et stercore humano (ut apud Ezech. est) opertum, id est, humano affectu pollutum, ideo nauseat super illo, et potius irritatur quam convertitur. Tunc autem potius movetur, quando nullam industriam dicentis, sed liberum verbum audierit. Liberum enim et sincerum vult in publicum proferri et tangere, quos praedicator ipse nescierit, sicut in hanc rem multa legimus exempla.

Itaque nostrum sit, os tantum accommodare verbo, Dei sit perficere et incrementum dare. Sic Christus Matth. 21. missis discipulis asinam et pullum praedixit, quos illi non viderunt nec noverunt, et tamen ibant ad incognitos adducendos. Quare stulta ista fiducia posita, quasi nos quidquam valeamus verbo cooperari in auditore, potius oratione satagamus, ut sine nobis solus ipse perficiat in auditore, quod loquitur in doctore, ipse est enim, qui loquitur, et ipse est, qui audit, et omnia in omnibus operatur. Nos vasa et *instrumenta ejus* sumus, nec accipere nec dare quid-

quam potentia, nisi ipse det et accipiat. Unde Ps. 68. vigilanti verbo dicit: „Adscendisti in altum, accepisti dona in hominibus," cum apostolus Ephe. 4. dicat: „Dedit dona hominibus."

Quarto, si tales fuerint verbi ministri, sine dublo efficax et potens erit verbum, nec frustra proferetur, sicut Isa. 55. dicit: „Verbum, quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet, quaecunque volui, (nota „quae ego volui," non quae minister,) et prosperabitur in his, ad quae misero illud" (non utique in iis, ad quos minister sua temeritate torserit aut direxerit). Proinde horrendum et periculosum est utrimque, sive docere verbum hominum sub titulo verbi Dei, sive verbum Dei, etiam purum torquere pro affectu proprio, quorum utrumque monstrum validissima tyrannide ecclesiam hodie occupavit.

Sit ob hoc timidus et humilis, quicunque populo Christi in verbo praeest, et magis orationis puritate quam industriae virtute studeat liberum verbum et solum simpliciter tradere, commendans Deo tam suam linguam, quam auditorum animas. Statutum est enim in ecclesia Dei non esse magistrum, nisi illum, qui dicit: „Unus est magister vester Christus," et Ps. 60.: „Deus locutus est in sancto suo" (id est, in sanctuario suo, quod est ecclesia). Ubi autem loquitur homo vel Satanas, sine dubio ibi lupanar et synagoga Satanae est. Quale enim est verbum, talis populus, talis Deus, talis cultus, talis fides, talis conscientia, talia opera et omnia. Adeo in homine omnia aguntur verbo solo.

Quocirca ego metuo, ne libri illi infiniti tam jurium quam theologiae, qui hodie extra evangelium in

ecclesia regnant, sint phialae illae aureae plenae iracundiae Dei, quae effusae in terram, mare, flumina, solem, aerem etc. multa mala hominibus inferre scribuntur, Apo. 16. Quae enim ira et plaga Dei gravior, quam inter christianos Christum non doceri, nec fidem ejus agnosci, interim decretis, decretalibus, sextis, clementinis, extravagantibus, moralibus, summistis miseras animas occupantibus et opprimentibus.

Porro quod diximus, neminem debere in ecclesia docere, nisi vocatum a Deo, ne quis desideret, quae sit ista vocatio Dei, id observet, si quis praeter, imo contra voluntatem suam, per majorum suorum sive ecclesiasticorum sive saecularium auctoritatem in officium verbi vocatur. Nam non est potestas nisi a Deo, Ro 13. Ideo quidquid potestas utraque mandat, non est dubium, quin Deus mandet. Inde non legimus in veteri testamento ullam historiam feliciter gestam, nisi primum consulto Deo, et sive per angelum sive per hominem accepto responso. Quam enim infeliciter pugnarint filii Israel citra Dei mandatum, legimus Numeri 14. Idem in Machabaeis videmus. Non dubites, si te dominus volet, quaeret te, et potius de coelo angelum mittet, qui adducat te. Atque hac causa fieri crediderim, cur hodie nec pontifices nec sacerdotes nec religiosi doceant in ecclesia verbum Dei, quod nullus ferme amplius sit, qui vocantem Deum exspectet, sed universi ambiant dignitates, praebendas, otia et saturitatem ventris, ut jam nec solos monachos, sed et pontifices et sacerdotes faciat desperatio (ut dicunt) et quaedam ignavia spiritus.

Hanc itaque vocationem Dei non melius intelliges, quam si observes historias scripturae et omnium sanc-

torum in ecclesia. Magna enim semper fecerunt, qui vocante Deo docuerunt, ut s. Aug., Ambro., et ante eos Paulus apostolus. Atque ne iterum cuipiam scrupulum injiciam, de iis loquor, qui ad docendum verbum Dei veniunt. Horum, inquam, est, quam maxime observare, ut mittente Deo veniant, sicut Ro. 10. dicit: „Quomodo praedicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelisantium," et Malach. 2.: „Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia angelus domini exercituum est." De reliquis vero, qui vel ad episcopatus vel canonicatus et id genus alia sacerdotia veniunt, in quibus non est officium verbi, non arbitror esse necessariam vocationem, quandoquidem in his hodie vix aliud, quam privatum studium serviendi Deo quaeritur, in quo juxta Paulum 1. Cor. 7. unusquisque proprium donum habet, alius sic, alius vero sic.

Non tamen abjiciendi sunt, si qui pio studio animosi, rerum, famae et vitae contemtores, ambiunt docere verbum (quanquam haec rara sit avis), imo sunt commendandi, ut apostolus 1. Timo. 3. dicit: „Fidelis sermo, si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat." Nam quare dixerit sermonem fidelem, et episcopatum bonum opus vocarit, sequitur: „Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem," et reliqua. Haec (inquit) quia sunt episcopi, si quis desiderat, certe bonum opus desiderat. Requirit enim id officii contemtorem gloriae et vitae et omnium rerum, quia veritatis ministerium est, quae praedixit, dicens: „Et eritis odio *omnibus hominibus propter me*." Quod cum

vix ferant, qui per vim attrahuntur inviti, frustr ratur laturus, qui sua sponte ambit, aut non lari gratia intus movetur, ut ambiat.

Sequitur in versu: „Propter inimicos t id est, adversarios seu (ut jam saepe transt id nominis) tribulatores tuos. Quod etsi de D carnato apte dicitur, cum Deus ipse tribulari no sit, nec adversarios pati, tamen ut pergamus sensu, quo ad personam patris, de Christo haec dici intelligimus. Consolamur hoc verbo, scilic dientes Spiritum sanctum diffinire adversarios no nostros, sed Dei adversarios, ejus enim adv sunt, cujus verbum et opus persequuntur. At nos non sumus, qui loquimur et operamur, sed in nobis, ita nec nos sumus, qui patimur aut c nimur, sed Deus in nobis. Sic apostolus Ephe. 4.: „Et nolite contristare Spiritum sa Dei, quo signati estis in diem redemtionis," et Za „Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei,' hoc jura ecclesiastica pulchre ad solos sacerdot torserint, quasi laici non sint organa Spiritus 1. Reg. 2.: „Qui contemnunt me, erunt ignol Quid ergo timemus, aut inquieti sumus, si ver operi nostro adversentur homines impii? Sinam furere, imo pro eis solliciti oremus, ut apertis videant, non in nos, sed in Deum ipsum se currisse.

Quid autem est, propter adversarios per esse virtutem ex ore infantium? Nempe quod verat in consolando infirmitatem nostram comr turus miraculum divinae virtutis, quasi dicat: tabitur adversus infantes imbelles Pharao rol

et linguam suam magnificabunt filii hominum, nec deerunt magi, jannes et mambres, qui signa faciant, et omnino praevalidi erunt adversarii, tam vi quam astu, qui resistant veritati, propter hos, inquam, ne proficiant, sed ut apostolus 1. [2.] Timo. 3. amentia eorum nota fiat, dabis eis os et sapientiam, cui non possint resistere et contradicere omnes adversarii eorum. Semper enim gygantes et cadentes (ut Hebraeus habet) sunt super terram viri famosi a saeculo, qui violentia freti irruunt et opprimunt veritatis, imbelles et simplices infantes, annuntiatores. Sed hoc permittitur, ut ostendatur virtus verbi, quam perficit ex ore ipsorum, dum per impotentes confundit potentiam, per stultos confundit sapientes, et per eos, qui nihil sunt, eos, qui omnia sunt, destruit. Unde sequitur:

„Ut destruas inimicum et ultorem.“ Hiero. sic: Ut quiescat inimicus et ultor, hoc est, ut cesset, desinat et sabbatisset ab operibus suis malis. Est enim verbum hebraeum, a quo sabbatum, id est, requies venit, ut indicet inimicos et ultores cessaturos esse, vel ut amplius non sint, juxta Ps. 104.: „Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ut non sint,“ vel quia mutandi sunt in amicos et patientes, juxta prophetiam Isaiae 2.: „Conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces,“ allegorice, linguas nocentes in salutares.

Synecdochen habet „inimicum et ultorem,“ id est, omnes qui sunt inimici et ultores. Inimici sunt, quod contraria sapiunt et agunt, ultores, quod pro suis statuendis adversus infantes Dei insaniunt, et (ut Ps. 2.) dicunt: „Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum.“ At ibidem se-

quitur, quomodo destruantur: „Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos." Quanquam ego credo hoc Ps. magis describi destructionem salutarem in spiritu, qua (ut dixi) destruitur impius, ut pius fiat. Hoc enim est proprium negotium Christi in ecclesia, hoc et opus Spiritus est, quod verbo pacifico evangelii magis, quam impetu furoris perficitur. Cujus indicium est, quod haec omnia fieri dicit nulla arte alia, quam quod ex ore infantium propter inimicos perficit virtutem, et opera digitorum suorum ostendit, ut dicetur.

Exprimit autem proprie ingenium et mores adversariorum verbi Dei, primum, quod sunt caro et sanguis, et ut dicit Ps. 116: „Omnis homo mendax," veritatis, praesertim ejus, quae mortificat, impatientes sunt. „Prudentia enim carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest." Ro. 8. Deinde ubi veritas Dei dicta per infantes fuerit, illi velut laeso suo sensu, in quo sibi placent, jam non solum sunt inimici, sed praetexto nomine specioso veritatis armantur zelo quoque in ultionem sui sensus, non quiescentes, donec veritatis apostolos pro gloria Dei et zelo veritatis, atque (ut hodie novo titulo tonant) pro honore sanctae ecclesiae occidant aut opprimant. Adeo promtum et pronum, imo necessarium est, inimicum veritatis Dei simul fieri ultorem mendacii sui. Quod malum cum in causis omnibus, etiam profanis celeberrimum videamus, tamen in causis Dei et rebus fidei, ubi species longe divinissima potest accommodari, secure et facile triumphat.

Esto ergo eruditus et certus, quisquis vocatus *aut conatus* fuerit docere verbum, sese adversarios

habiturum, qui non modo sua non audiant, sed etiam, si illorum offenderit studia (sicut oportet), acerrimos vindices et persecutores. Non mentientur haec verba Spiritus, quae infantes committunt cum inimicis et ultoribus. Portentosum satis certamen, sed tamen sic divinitus dispositum, feliciterque processurum, si credat non suis, sed Dei consiliis rem geri, solumque curet, ut os suum praebeat loquenti, et sit organum duntaxat verbi. Perficiens perficiet virtutem, et destruens destruet adversarium.

Proinde qui sic docet, ut non inveniat inimicum, qui resistat, et ultorem, qui persequatur, quia extra regulam hujus versus docet, non praesumat se verbi Dei esse perfectum et plenum praedicatorem. Sin invenerint inimici et ultores, dixerintque: „Dirumpamus vincula ejus, et projiciamus a nobis jugum ejus,“ aut illud prophetarum crimen objecerint: „Quod est onus verbi domini?“ et illud Zedechiae percutientis Micheam (1. Reg. ult.): „Mene demisit Spiritus domini, et locutus est tibi?“ Et tu solus es omnium sapientissimus? hic bene speret, sciens juxta hunc versum se infantem et lactentem esse, illos vero Nimrothos et gygantes. Sic enim videmus prophetis, Christo, apostolis et omnibus verbi ministris contigisse, quorum exempla velut nubes densissima nos debet animare, quae videmus cum hac scriptura ad apicem et jota usque concordare.

Ex quo sequitur, quod jura hominum atque adeo muta illa et somniculosa theologia sententiastrorum nunquam fuerit virtus oris infantium et lactentium, nec cum hujus versus elogio quidquam habuit commune, quod eorum nullus adhuc *repertus est*, qui pro ea

aliquod insigne malum passus sit, nisi forte muliebre aliquod inter rixandum convitium, neque enim pro opinionibus adiguntur ad ignem vel mortem, donec eruperint, et in sacras literas transpositi verbum Dei tractare coeperint. Quin potius insignibus ornantur, loco et nomine donantur, in foro salutantur, et rabbi vocantur, et sunt magistri nostri eximii.

Non habet ista doctrina inimicos et ultores, nisi quomodo vel Pilatus et Herodes inter se, aut pharisaei et sadducaei. Nam et Thomistas, Scotistas, Modernos, tum sacerdotes, episcopos et religiosos hodie nullum fuerit negotium convenire adversus Christum, licet inter se immortali dissidio pugnent, sicut Ps. 2. propheta non immerito admiratur, reges terrae, cum essent inimicissimi, tamen adstitisse, et principes sacerdotum, factionibus mutuis dissociatissimos, tamen adversus dominum et Christum ejus convenisse.

Haec dicta volo iis, qui verbum Dei pure proponunt tradere, ut sciant sese hujus versus lege tanto plures et majores inimicos et ultores habituros, quo corruptius est saeculum istud novissimum, et speciosior species titulorum, nominum, dignitatum, officiorum, rituum sub nomine Christi invaluit. Stat fixa sententia, ex ore infantium non perfici nisi virtutem, quae habeat adversarios, et destruat inimicum et ultorem. Non enim iis praedicatur, qui jam sunt amici, sed inimicis. Verbum crucis est et scandali, si non mortificat aut offendit, verbum crucis esse desiit.

Quoniam videbo coelos tuos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas, quae tu fundasti.

Quam sollicitus est optimus Spiritus Dei nos inflare, superbos, animosos, et, ut ad vocem alludamus, spirituales reddere, hoc est ventosos, tumentes, plenos adversus inimicos et ultores, sed nonnisi in fiducia sui. Dixerat infantes et lactentes esse, quorum est infima et impotentissima forma, ut quae indigeat in omnibus juvari, omni passioni per se exposita. At eosdem nunc appellat coelos Dei, formam scilicet rerum omnium supremam et potentissimam, ut quae lumine, motu, fulgure, tonitru, pluvia, et aliis operationibus nihil non possit, et faciat in omnibus sibi inferioribus.

Neque enim convenit satis, ut hoc loco coelos visibiles intelligamus. Quae enim esset jactantia maximi prophetae tam gaudiosa, se visurum esse coelos, quos et bestiae agri et volucres, aut, ut multum demus, impiissimi homines vident? Ac forte non sine causa adjecit pronomen „tuos," quo se ostenderet non de quibusvis coelis loqui, sed de iis, qui sint non hominibus coeli, sed Deo soli, ut in quibus ipse solus habitet, quos solus noverit, qui sibi soli serviant. Nam hi visibiles coeli et nostri coeli sunt, ut qui nobis quoque ad corporalia serviunt, nobis cogniti. Quodsi haec parum movent, moveat apostolus Heb. 2., qui ingressurus hujus Psalmi interpretationem vocat orbem terrae futurum dicens: „Non enim angelis subjecit orbem terrae futurum," de quo loquimur.

Quanquam ego, si quis contenderit, non resistam, hunc versum intelligi de coelis novis et terra nova, quae creabuntur in die novissimo, sicut Petrus praedixit, 2. Pe. 2., ut in fine mundi destructis inimicis et ultoribus universis, transeuntibus coelo et terra in novam faciem omnibus mutatis, electi videant et laetentur, sicut dicit Isa 65.: „Ecce ego creo coelos novos et terram novam, et non erunt in memoria priora, et non adscendent super cor. Sed gaudebitis et exsultabitis, usque in sempiternum, in his, quae ego creo.“ Et hunc sensum juvat verbum futuri temporis: „Quoniam videbo.“ Cur enim visurum se diceret, nisi futuros et alios coelos significaret? Sed et apostolus Heb. 2., cum inducit Ps. 102. de mutandis coelis, sicut amictum etc., videtur hunc Ps. de futuris coelis intelligere. Qui huic sensui volet consentire, dicet in praecedenti versu descriptum totius ecclesiae usque ad finem mundi negotium, quod aliud non est, quam perfici virtutem ex ore infantium, et destrui inimicum et ultorem, adeoque et ipsum peccatum, et peccati vindicem, mortem, ut 1. Cor. 15.: „Novissimus destruetur inimicus mors,“ ut*) his destructis coeli novi videantur.

Licet haec sententia pulchra et vera sit, tamen et priorem non deseremus, arbitrantes duas summe contrarias formas in verbi ministris depingi. Quarum altera est, qua hominibus parent. Haec nominibus infantium et lactentium significatur, scilicet, impotentia, stultitia et inanitas, quam 1. Cor. 4. latius explicat dicens: „Puto enim, quod Deus nos apostolos

*) *In edit. princ.* leg.: et.

novissimos ostendit, tanquam morti destinatos; quia spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo, nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles, usque in hanc horam, et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphis caedimur et instabiles sumus, laborantes manibus nostris, maledicimur et benedicimus, blasphemamur et obsecramus, persecutionem patimur et sustinemus, tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium περίψημα usque adhuc.“ Ecce forma infirma apostolorum, talis enim in oculis hominum est et esse debet apostolus apostolorumque successor.

At rursus 2. Cor. ult. [12.] formam, qua in oculis Dei erat, quanta copia effundit, inter cetera dicens: „Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis et prodigiis et virtutibus.“ Et 1. Cor. 1.: „Nos praedicamus Christum crucifixum, Judaeis scandalum, gentibus stultitiam, ipsis autem vocatis Judaeis et gentibus Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam.“ Et 2. Corinth. ult.: „Christus non infirmatur in vobis, sed potens est in vobis.“ His omnibus declarat, quam magna sit forma in oculis Dei ministerium verbi, cum sicut coeli pluat doctrinam salutarem, tonet minis, coruscet miraculis et signis, illuminet promissis etc.

Est ergo sensus hujus versus: Ex ore infantium perficies virtutem, et destrues inimicos et ultores, quod erit mirabile in oculis omnium hominum, neque credibile, ut fastus et potentia mundi tantae infirmitati cedant. Fiet tamen, quoniam coelos tuos videbimus, et *qui in carnis infirmitate praedicant*, vir-

tute tamen spiritus signa facient et praevalebunt, et qui in oculis hominum sunt despecti coram te, et qui oculos tuos habent, sunt super omnem potentiam et gloriam.

Atque ordinem vide. Prior est forma infantium, posterior coelorum, ut ostendat apostolum seu verbi ministrum gloriosa forma nihil valere, nisi prius valuerit ignominiosa. Cum autem nunc summis viribus detestentur formam priorem tantum divitiis, luxu, fastu, pompa praestantes, quid mirum, si nec posteriore valeant, nec verbo nec signis aliquid potentes? Unde imperator ille, cum papa ei suos ostendisset thezauros, adjiciens: Numquid imperator nos possumus dicere: Aurum et argentum non est mihi? respondit satis opportune et salse: Sed nec illud, quod se quitur, potes mi pater dicere: Surge et ambula. Nam sacerdotia duntaxat dispensare, et jurgia mundi curare, quae hodie sunt apostolicorum negotia, quis non vel Turca vel Scytha possit attentare? Infelicissimum sane adventum Dei in carnem, si ob hoc venit, ut hanc potestatem pontificibus daret, quam a se ipso tantis repulit studiis. Sed sine, sic meretur nostra aetas administrari.

Movet forte simplicem lectorem, quod visurum se coelos dicit propheta, cum tamen novi testamenti tempus non viderit. At in persona populi Dei loquitur, qui tunc visurus erat, postea vidit, et nunc videt, visurusque est in finem mundi. Neque enim tam curat exprimere, quomodo ipse videat, quam quomodo manifestandum sit, quod visurum se dicit, quasi dicat: Coeli tui revelabuntur, et mittentur in omnem terram omnium oculis expositi, ut videre possim eos, si viverem, nunc vero audio eos, et fide sola cerno.

Eodem tropo et eadem persona loquitur Jacob Gen. 49.: „Exspectabo salutare tuum domine," id est, scio manifeste venturum. Et Ps. 98.: „Viderunt omnes termini terrae salutare Dei," quod est dicere (ut Isaias loquitur): „Revelabitur gloria domini." Et Simeon: „Lumen ad revelationem gentium," id est, ut reveletur gentibus. Quare hoc suo visu nonnisi manifestam apostolorum et successorum ostendit omnium oculis praesentiam et notitiam. Atque hoc est, quod propheta exsultat, delectatus scilicet in revelandis verbi et gratiae sacramentis per apostolos et successores eorum.

„Opera (inquit) digitorum tuorum" Sumta ex hominibus artificibus metaphora, qui opera sua digitis efficiunt, praesertim electiora et teneriora. Nam quae manibus aut pedibus faciunt, crassa sunt, et parum artis referentia, omninoque similia bestiarum operibus. His docetur novi testamenti praedicatores esse longe prae veteris testamenti sacerdotibus sinceriores, quod spiritum a litera plene separarint, et purissime tenerrimeque tradiderint, quem illi involutum rudioribus legis umbris velut crassiore opere tradebant. „Nihil enim ad perfectum duxit lex," ait apostolus. Constat autem satis ex evangelio, digitum Dei vocari Spiritum sanctum, qui sive ipse propter diversitatem donorum (de quibus 1. Cor. 12.) pluraliter digiti dicatur, sive ipsa dona, nihil refert. Coeli enim formantur Spiritu sancto, formantur et donis Spiritus sancti.

Et illud quoque perseverat, quod Ps. primo diximus, verbum עָשָׂה significare operationem manentem seu facturam, ut est *domus aut vestis*. Quod hic

clare intelligitur, dum opera (heb. מַעֲשֵׂה) appell apostolos et verbi doctores per digitos suos facti In quo et altera dignitas apostolicae formae comme dator, qui etsi coram hominibus sint περίψημα, I tamen sunt tenerrima, electissima, gratissima ope: deformantur ab hominibus, sed formantur a Deo, il sunt patientes, imo passio, huic autem opus. In q iterum fortissima datur consolatio verbi ministris, sint fortes animo, scientes sese esse digitorum I opera, exquisita in omnes voluntates ejus. Opus en est robusta consolatione iis, qui adversus totum mu dum singuli et soli mittuntur pugnaturi. Unde et Ch stus Act. 1. praecepit apostolis, ut sederent in ci tate, donec induerentur virtute ex alto, et exspectare promissionem patris, quasi dicat: Non ibitis, don opera digitorum meorum facti fueritis.

Simul indicat ea dictione prosperitatem verbi, . ministri sint opera digitorum Dei. Nam Exo. 8. tertio signo defecerunt magi, dicentes: „Digitus I hic est.“ Sic et Act. 7.: „Non poterant resiste sapientiae et spiritui, qui loquebatur.“ Itaque cete omnibus resistit diabolus, mundus et caro, sed digi Dei, qui spiritus et impetus est, nemo resistit, „perfl auster hortum sponsae, et fluunt aromata illius,“ Can. „Flabit (inquit Ps. 147.) spiritus ejus, et fluent aquae id est, convertentur et mollescent populi. Ita in gito Dei, nec aliter ejicit Christus daemonia.

Igitur quam infirma, infelix, stulta est forı apostolica infantibus et lactentibus descripta, tam p tens, felix, sapiens est in coelis et operibus digit *rum Dei commendata*, ut faciat, quae nemo cred

...si posse. Adeo omnia sub contrariis formis aguntur, quae Dei sunt. Nam et Moses et Aaron in prioribus ...ibus signis velut infantes et impotentes habiti sunt, ...d in tertio et sequentibus sicut coeli et digitorum ...i opera praevaluerunt.

„Lunam et stellas, quae tu fundasti.“ Quaeritur, ...d sit, quod solus non meminerit, qui coelorum glo... est? Forte quod totum Psalmum de ipso Christo ...it, qui est sol istorum coelorum, ut Ps. 19.: „Soli ...uit tabernaculum in eis,“ quia de ipso superius ...rat: „Elevata et gloria tua super coelos,“ et ...nceps latius eundem proprio praeconio decantabit, ...us: „Quid est homo, quod memor es ejus etc.“ ...gnior enim et copiosior illi debebatur praedicatio, ...am lunae et stellis, ideo seorsum erat canendus, ...anquam et in hoc satis indicatus est, quod fundatas ...tellas et lunam dixit, cum fundamentum ecclesiae et ...storum procul dubio aliud non sit, quam quod po...tum est, qui est Jesus Christus, sol justitiae. Quo...odo et Isaiam 28. adducit Petrus 1. Pe. 2.: „Ecce ...nam in Zion lapidem summum, angularem, probatum, ...ectum, pretiosum, et qui crediderit in eum, non ...nfundetur.“

Poterat ergo dicere: Lunam et stellas, quae tu ...ustrasti, seu, per solem lucere fecisti, siquidem a ...le, universi luminis fonte, ajunt lunam et stellas ...uminari. Sed maluit dicere: „Quae tu fundasti,“ ...n sine causa, ut ostenderet simul Christum solem ...elorum esse, et fundamentum et petram, supra quam ...clesia aedificata et fundata praevalet etiam adver...s portas inferi. Matth. 7. et 16. Et ut sic potius ...quaeretur, magis quadrabat ad rem, quam si de illu-

mination locutus fuisset, quia Christus quidem illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, et evangelium praedicatur omni creaturae, sicut sol iste illuminat omnia, verum ut caeci non vident lumen omnia illuminans, ita non omnes obediunt evangelio, nisi qui fide forti fundantur in Christo sole illuminatore.

Quod iterum in nostram consolationem et exhortationem dicitur, quia, quantumvis insaniant in ecclesiam et sanctos Christi, non praevalebunt. Stat enim fundamentum, Christus, stat ecclesia, quia Deus eam fundavit super Christum, non commovebitur, quia, qui credit in illum, non confundetur. Quando ergo de fide ecclesiae et justorum voluit loqui, qua sola fundantur, repugnabat verbum (fundasti), ut solem adjicere non posset, cum ipse non fundetur, sed fundamentum sit.

Illud minutulum est, cur potius dicat: „Quae fundasti," quam: Quas fundasti, cum et luna et stellae sint foeminini generis. Nam Hebraeus neutrum genus non habet. Sufficit lunam et stellas significatione allegorica esse ecclesiam et fideles in Christo, qui fide super eum fundati visibiles spectabilesque facti sunt toti mundo. Sic Daniel. 12.: „Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui erudiunt ad justitiam multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates." Non hic loquitur de doctrina et justitia hominum, ut ferme contaminatur hic locus, a plurimis, sed de doctrina et justitia Dei, quae est in spiritu. Atque id indicat ipsa allegoria, quod coelos, lunam, stellas appellat, cum nihil minus appareant *coram hominibus*, videntur tamen; id est, signis et

virtutibus ostenduntur mundo, sed non creduntur ab omnibus.

Observa distributionem, coelos appellat opera digitorum Dei, lunam et stellas fundata Dei. Annon coelos quoque ipse fundat? Annon luna et stellae sunt opera digitorum ejus? Cur ergo sic distribuit? Utrumque certe ipse facit solus, et utrumque in utrisque operatur. Digiti ejus faciunt tam coelos quam lunam et stellas, et ipse fundat tam lunam et stellas quam coelos. Verum ideo hac distributione usus est, ne (sicut Corinthii) ullus diceret: „Ego sum Pauli, ego Cephae, ego Apollo.“ Non enim apostoli ecclesias et fideles fundaverunt, sed Deus, qui incrementum dat, sunt tamen ministri, per quos (inquit) credidistis, id est, fundati estis. Ipsi vero per nullos nos, se priores apostolos fundati sunt, sed sunt opera digitorum Dei prima, juxta illud Ps. 33.: „Verbo Domini coeli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.“

In qua re, quid opus est iterum admonere majores ecclesiarum, ut intelligant, non satis esse, si fundentur in Christo cum ceteris, nisi sint opera digitorum, scilicet vocati et facti ex Deo? At nunc quid, nisi opera manuum hominum, simulachra gentium, aurum et argentum? Aures enim habent, et non audiunt verbum Dei, oculos, et non vident se ipsos, manus habent, et non palpant aliis benefaciendo, nec vox in gutture eorum, non enim docent. Atque obtinuit quoque usus, ut vocentur hodie creatura hominis, et recte. Si enim essent opera digitorum, creatura hominis non essent. Et dignum

est saeculum nostrum, has ventosas et audaces adulationes audire.

Denique in praefationibus epistolarum non separant hominis et Dei gratiam, Dei (inquiunt) et apostolicae sedis gratia, quasi parum sit Dei gratia, aut non profanum eodem titulo Dei et hominis gratiam aequare. Abominatio ista in loco sancto stans etiam placet his, qui eam summis viribus debuerant propellere. Verum transeat ista iniquitas, dabitur nostris sua moribus aetas, ut praesint simul gratia apostolicae sedis et indignatione tribunalis Christi. Apostolica sedes debuerat agnoscere tanquam gratiam sibi factam, si cooperatores mereretur obtinere, et compellere invitos, tanquam onus et non gratiam impositura.

Quid est homo, quod memor es ejus, et filius hominis, quoniam visitas eum?

Primum, quia varios hic exercitavit locus auctores, illud sciendum, quod in hebraeo non est conjunctio disjunctiva, in qua re etsi parva Augu., Cassio. et alii suam intelligentiam collocant, cum dicunt, „aut filius hominis" pertinere ad Christum propter disjunctivam, et „quid est homo?" pertinere ad omnes alios. Verum Hebraeus constanter habet: „Et filius hominis," dicens: וּבֶן־אָדָם, et hunc sequemur, auctoritate Pauli Heb. 2. utrumque de Christo intellecturi, ubi dicit: „Testatur autem in loco quodam quis: „Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas eum?" quanquam, si etiam conjunctio disjunctiva servetur, non urget alium hominem alium filium hominis intelligi, quod usu permissum sit iis, qui cum admiratione nimia (ut hic locus)

interrogant, tautologia tum disjunctiva utantur tum copulativa ad indulgendum affectibus, ut ibi: „Popule meus, quid feci tibi, aut in quo molestus fui, aut in quo contristavi te?“

Deinde observandum, hebraea lingua duobus nominibus appellat hominem, in quantum natura constat, quae sunt אָדָם et אֱנוֹשׁ. Tertium, quod אִישׁ dicitur, et saepius pro homine transfertur, rectius vir duntaxat transferretur, cum ab eo dicatur אִשָּׁה uxor seu mulier, quasi diceret, virago vel viracea, quia inquit Gen. 2.: „De אִישׁ, id est, viro suo, sumta est.“ Unde et אִישׁ fere in scripturis mariti aut magistratus nomen est, et omnino magis ab officio, quam natura sic dicitur, de quo Psalmo primo diximus.

אֱנוֹשׁ autem et אָדָם sic differunt auctore Eusebio 11. praepa. evang. 4. et d. Hiero. in quaest. hebraicis, quod אֱנוֹשׁ proprie hominem significet secundum animam, אָדָם secundum corpus. Et hoc recte, אֲדָמָה enim hebraice terram significat, de qua secundum corpus formatus est, ut sit אָדָם dictus ab originis et materiae suae vocabulo, velut terrenus seu terrestris. Ad quod respexisse perspicue cernitur apostolus 1. Cor. 15., ubi dicit: „Primus homo de terra terrenus, secundus homo de coelo coelestis, qualis terrenus, tales et terreni etc.“ Et translator quoque Ps. 49. anxie conatus differentiam in aliena lingua reddere, dixit: Quique terrigenae et filii hominum, ubi dicitur, tam filii אָדָם, quam filii אִישׁ, vocans filios אָדָם filios terrae seu terrigenas, obscurissime loquens propter *intempestivam etymologiam*, satius

tamen indicans, אָדָם sonare terram, ac si lati
hominem ab humo diceres humigenam vel humanum.

אֱנוֹשׁ autem etymologia sua Eusebio signific
obliviscentem, et sic distinguit hunc versum, sicut
in hebraeo habetur: Quid est אֱנוֹשׁ, quoniam mem
es ejus? et filius אָדָם, quoniam visitas eum? Jo
Reuchlin dicit אֱנוֹשׁ ab afflictione, dolore, moero
dictum, quod una cum Eusebii sententia satis place
quod homo juxta animam suam oblitus sit Dei sui p
peccatum, non ea quidem oblivione, quae vulgaris es
Nam quis tam impius, qui non plurima de Deo garri
et cogitet? Quin nemo frequentius Dei memor es
quam impii, maledici, blasphemi et superbi, qui (
Isaias inquit) nominis domini recordantur neque in j
dicio neque in veritate, hoc est, nomen domini ass
due usurpant, sed in vanum. His bonum esset,
nominis domini obliviscerentur, sicut bonum est ei s
cris abstinere, qui non pure ea tractat.

Sed obliviscentem eum significat אֱנוֹשׁ, qui
spiritu et veritate Dei et sui est oblitus. Cui De
jam non Deus est nec pater, nec dulcis, sed jude
hostis, terribilis, qualis erat Adam, cum fugeret
paradiso a facie domini. Nonne hic nimio erat mem
Dei? imo nimium sensit praesentem, maluissetque a
sentem, quod et omnes daemones et damnati malle
qui contremiscunt a facie ejus assidue. Quicunq
ergo a Deo desertus, in ejus misericordia non fue
eruditus, hic est אֱנוֹשׁ, miser, moestus, pavidus, d
speratus et plane inconsolabilis. Quis consoletur eu
cujus conscientia eum contristat? At conscientia lae
non est, nisi ea, quae fidit in dulcissimam Dei mi

ricordiam, audens eum patrem cum omni fiducia appellare, nec judicium nec mortem nec ullum malum prae hac fiducia metuens, sicut econtra tristis non est, nisi quae hac fiducia inanis sentit illud Deutr. 28.: „Dabit tibi dominus cor pavidum, et animam moerore consumtam. Mane dices: Quis mihi det vespere? et vespere: Quis mihi det mane?" Haec igitur oblivio facit אֱנוֹשׁ et hominem, in quam maxime nos protrudunt traditiones, consilia, solatia hominum, sola autem fides liberat, et memorem rursus Dei facit, nonnisi misericordiam et caritatem in Christo nobis proponens et commendans.

Vide ergo antithesin gnaviter positam. „Quid est אֱנוֹשׁ, quoniam memor es ejus?" Memoriam Dei et oblivionem nostram pulcherrime componit, et nescio, an propheta vere memorem Deum ideo dixerit, ut אֱנוֹשׁ etymologiam indicaret, an Eusebius ex verbo „meministi" אֱנוֹשׁ obliviscentem etymologisarit. Nam illud: „Et filius hominis, quia visitas eum," obscuriore vel nulla antithesi dicitur, nisi in hoc spectetur, quod Deus coeli et filius terrae sint duo longe contrariissima, ut alterum ab altero visitari sit mirabilissimum, sicut illud Ps. 113.: „Quis sicut Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit?"

Igitur grande miraculum est, hominem, qui in se ipso et omnium oculis derelictus, desperatus, oblitus Dei nihil minus sentit, quam Deum sui memorem, esse Deo in memoria, et cor hominis debet ac potest hoc capere et credere, Deum esse jucundum, benevolentem, dulcem, quem non sentit nisi iracundum, horrendum, insustentabilem. *Quis non* miretur? quis non

dicat: „Quid est homo, quod memor es ejus?“ Opera Dei sunt haec incomprehensibilia, nisi per fidem, et vestigia haec non cognoscuntur Ps. 68. [77.]. Ita visitari filium hominis quis credat a Deo, cum non sit nisi despectus ab omnibus, nec in eo quidquam appareat, nisi quod natus est de muliere, similis naturae substantia? Si enim esset filius regis, principis, sacerdotis, divitis, honorati, appareret non difficile, visitari a Deo. Nunc nihil vilius dici potest de homine, quam quod sit filius hominis (nisi vellet hominem negare), hic enim titulus communis est, quantumlibet omnium, novissimus et vilissimus.

Et grandis est tapinosis in verbis istis: „Filius hominis,“ sicut in verbis Pilati, quando dixit de Christo: „Ecce homo!“ Vult enim vilissimo nomine eum appellare, quod nemo hominum in altero multum curat, et tamen ita Deus curat, ut visitet, et ad eum veniat, quem universi ne respiciant quidem. Unde in propheta Isa. 58. sublimes hominum oculos in personarum respectu occupatos arguens dicit: „Si videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris.“ Ecce tuam carnem appellat nudum, famelicum, sitientem, egenum, et quo quisque est novissimus. Sic scilicet formam, quae in omnibus nobis communissima est, nemo nostrum perpendit, pro qua culpa digni sunt sapientes illi, ut universalia vel Porphyrii vel Aristotelis somnient, et naturas communes vanissimo studio perditoque labore quaerant, qui universalia ista creatoris in se ipsis negligunt.

Emphasin ergo vide. Non solum novit אֱנוֹשׁ, sed memor est, nunquam obliviscitur ejus, semper bene cogitat de eo, nunquam derelinquit. Unde hujus

ad exemplum Isa. 49. describitur: „Et dixit Zion: Dereliquit me dominus, et dominus oblitus est mei. Numquid oblivisci potest mulier infantis sui, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, et muri tui coram oculis meis semper.“ Ita non solum videt, aut ad filium hominis mittit a longe, sed prope est dominus, et visitat eum, sicut amicus amicum suum. Quis, inquam, credet haec? At, nisi credantur, non fiunt. Proinde exui oportet omnem larvam, et relinqui aliud nihil, quam hominem et filium hominis, si dignus esse velit quispiam memoria et visitatione Dei. Alta enim a longe cognoscit, humilia et afflicta respicit. Homo contra quidvis magis observat, quam hominem et filium hominis, cum sit tamen proximus suus et caro sua.

Verum, quomodo haec convenient Christo, de quo diximus proprie prophetam loqui teste apostolo, ad Hebraeos? At idem Philippens. 2. breviter id ostendit, d.: „Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse aequalem Deo, sed exinanivit se, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.“ Non enim inventus est ut rex, princeps aut aliquid ejusmodi personarum, sed ut filius hominis, similis homini novissimo. Deinde et maxime assimilatus est peccatoribus, factus אנוש tristis, afflictus, et omnino sicut unus ex novissimis nobis, portans in se ipso iram patris pro nobis, et factus vilissimus terrae filius in oculis hominum, ut non solum ipsi, sed nec ulli mortalium videretur Deus esse memor *ejus, aut eum* visitare. Quin

ipse de se dixit: „Periit fuga a me, et non est, qui requirat animam meam.“ Et iterum: „Factus sum tanquam vas perditum, projectus sum a facie oculorum tuorum.“

Potissimum autem respicit ad tempus passionis Christi, quando incepit taedere et pavere in horto. Tunc enim exinanitus, factus est אֱנוֹשׁ coram Deo et se ipso, factus filius אָדָם coram hominibus, relictumque aliud nihil, quam natura sibi naturaeque vocabula. Nam sicut dixi, אֱנוֹשׁ ad animam, אָדָם ad corpus pertinere, ita pronum sequitur, אֱנוֹשׁ pertinere ad hominem, ut est coram Deo, miser et afflictus, אָדָם filius, ut est coram hominibus, vilis et despectus.

Ecce ergo, hic est sol justitiae, rex noster, super quo miratur ingenti stupore propheta. Numquid hic illuminabit lunam et stellas, et creabit coelos, imo fundabit? Sic utique sic, sic lucet, his radiis illustrat mundum, qui eum recipit. Ideo enim necesse est lunam et stellas fundari, ne hac solis sui luce offensi ruant. Atque haec ratio est, cum tam magnifica allegoria coelos, lunam et stellas praedicasset, cum jam exspectaretur, ut de sole quoque diceret, repente videatur aliena loqui, raptus in stuporem solis hujus gloriam ineffabilem demonstrans, magisque admirante silentio, quam magniloquo verbo eum indicans, ac si dicat: De luna et stellis audistis. Porro, de sole quid dicam? Stupore superor, sol est, sed quis capiat, cum sit אֱנוֹשׁ et filius אָדָם? Vere mirabilis et laudabilis Deus, qui hujus memor es, et eum visitas. Quanto magis mirabilis, quod hunc solem esse

nstituisti omnium illuminatorem? Illud mirabile, hoc
us quam mirabile, et homini incredibile prorsus.

Hic nunc videat quisque sibi, primum quam pa-
ns aut plenus sit radiorum hujus solis justitiae.
nia enim peccatum destruendum est, quod sine do-
re et ignominia fieri non potest, ideo אֱנוֹשׁ et filium
minis fieri quemque necesse est, ut sit intus dolens,
foris confusus, et sic utrique nomini naturae suae
tisfaciat et respondeat, similisque fiat Christo, qui
ilis prior factus est ei. Nos enim nihil ita fugi-
is, atque ne simus, scilicet, אֱנוֹשׁ et אָדָם, semper
lectati alienis vestiri plumis et larvis, et ea, quae
storum et sanctorum sunt, nobis vendicare, id est,
stitiam et gloriam. Verum sol justitiae non sic *)
cet, nec tales illuminat, nec super se fundat.

Deinde, ubi talis fuerit, confidat et gaudeat hujus
rsus solatio cantans et sciens, quoniam dominus
emor est אֱנוֹשׁ, et visitat filium hominis, sicut in
hristo sole suo ostendit. Porro, quomodo Christus
c ratione אֱנוֹשׁ, et obliviscens Dei fuerit, et filius
minis, per omnia similis nobis, forte Ps. 20. [22.]
tius dicetur.

inuisti eum paulominus ab angelis, glo-
ria et honore coronasti eum.

Nostri adjiciunt huic versui: „Et constituisti eum
per opera manuum tuarum," quae est in heb. se-
ientis versus particula prior. Hebraeus sic habet:
t minuisti eum paululum ab אֱלֹהִים, quod Hiero.

*) In edit. princip. leg.: sicut.

transtulit: a Deo. Et satis constat אֱלֹהִים ir tura non tantum Deo, sed et principibus et ju aliquando, quod vicarii Dei sint, accommod Exo. 21.: „Offerat eum dominus Diis, et appli ad ostium," et Gen. 6.: „Videntes filii Dei fil minum," quos omnino filios patriarcharum intell ipsos quoque gigantes, quanquam si quis perti neget uspiam אֱלֹהִים hominibus tribui, nesci ratione convincerem, cum his duobus locis etiam Deus queat intelligi. Verum auctoritate rum interim sequamur receptiorum, quam ut contradicere.

Noster sane interpres videtur potius ab a quam a Deo reddidisse, quod forte ineptius es cere Deo: Tu minuisti eum a Deo, cum aliam minuentis, et aliam ejus, a quo minut personam sermo exigere videatur. Sed hoc c culum facile tollit usitatissimus tropus scriptura ad secundam personam loqui solet in tertia, ut 14.: „Quae ait ad David: Recordetur rex Dei sui." Ita hic potuit intelligi locutus: M eum paulominus a Deo, id est, a te, quod ma reverentia in tertia persona, quam secunda a jores loqui.

Sunt autem hujus medii versus singulae di a multis tractatae. Difficultatem praestiterunt li" et adverbium „paulominus" et verbum „mi et pronomen „meum." Nec defuerunt, qui de h natura ad angelos comparata conati sunt intel Sed nos modo consequentia cogimur praeced copulare, idque unico et simplici sensu, ideo e

...um, quae placent et congruunt, accipiamus, relictis ... apud suos.

Explicat autem iste versus omnino praecedentem, ... quo dictum est, Christum אֱנוֹשׁ esse in memoria ...mini, et qui contemtus fuit hominibus, visitetur a ...eo. Ideo sensus est: Dereliquisti eum parvulo tem...re, sed cum gloria magna suscepisti eum, quo osten...disti, quam non fueris ejus oblitus, nec eum despe...ris, ut Ps. 20. [22.]: „Quoniam non sprevit, ne...e despexit deprecationem pauperis." Ideo omnino ...onomen „eum" referre debet, non filium Dei secun...m divinitatem, quod faciunt, qui per incarnationem ...m intelligunt hoc loco ab angelis minoratum, sed ...ecundum humanitatem, in qua אֱנוֹשׁ, tristis et dolens ...ctus, dum nostros ferret languores, videbatur in ...livione esse coram Deo et desertus, sicut revera ...it, quantum erat in sensu suo ipsius et hominum. ...m omnino de passione Christi hic Ps. loquitur, et ...oria per passionem obtentata, ut clare apostolus ...eb. 2. dicit: „Eum autem, qui minoratus est pau...minus ab angelis, videmus Jesum per passionem ...oria et honore coronatum etc." Et „paulominus" ...n ad dignitatem, sed ad tempus pertinet. Idem ...in adverbium Ps. 2. habuimus: „Cum exarserit in ...evi ira ejus" (id est, cito et post modicum exar...scet ira ejus). Et omnino nihil de substantia, dif...rentia, dignitate naturarum hic agitur, sed de du...tione passionis.

Jam verbum „minuisti," quia non reddidit hebrai...m, nobis sonat, ac si eum, qui magnus est, quis-

piam imminuat, quomodo potentia*), dignitas, opulentia alicujus minuitur**). Johannes Reuchlin interpretatur: defecit, defuit, diminutum fuit, ut 1. Reg. 17.: „Nec lecythus olei minuetur," et infra: „Nec lecythus olei est imminutus." Ex quo patet hoc loco significari Christum derelictum a Deo, ut qui cessarit eum tueri, et ei defuerit, sicut in cruce clamavit: „Eli, Eli, lama asabthani?" Nam hoc paululum intelligit, scilicet, horam illam, de qua dixit: „Sed haec est hora vestra, et potestas tenebrarum." Itaque cum ad hanc usque horam esset potens in opere et sermone, subito et parvulo tempore, nempe triduo, minutus est et desertus a Deo in hac potentia, subjectus infirmitati et morti quoque et inferno. Nam quid sit a Deo relinqui, suo loco dicemus.

Quare eandem ferme sententiam hoc versu de Christo, quam Isaias 54. de toto populo Dei ponit, dicens: „Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui," scilicet, haec omnia in robustissimam consolationem nostram, ut discamus ex modica tribulatione temporis hujus lucrum facere aeternae salutis, ne, cum anxiamur, arbitremur in aeternum nos derelinqui ab eo, quem audimus esse memorem אֱנוֹשׁ, et visitare filium hominis. Quantumlibet minuet nos paulominus, veniens visitabit, et gloria honoreque coronabit modicum passos, ut 1. Pe. 1.: „Modicum nunc si oportet con-

---

*) In edit. orig. leg.: patientia. **) Ed. orig.: auferens minuit.

ristari in variis tentationibus." Ejusdem 2. [1.] ult.: „Deus autem omnis gratiae, qui vocavit vos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit consolidabitque." Et Paulus 2. Cor. 4.: „Id enim, quod in praesenti est (id est, momentaneum) et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quae videntur, sed quae non videntur.

Verum fide hic opus est, est enim mirabile in oculis nostris, dum agitur, sicut hic propheta quoque miratur, dicens: „Quid est homo?" Quod in hebraeo potest dici: Quam homo, quoniam memor es ejus. Nam dictio מָה hebraicis valet aliquando quaesitivum quid aliquando quam, ut Ps. 119.: „Quomodo dilexi legem tuam domine," pro: quam dilexi. Et infra: „Quam dulcia faucibus meis eloquia tua?" Et Ps. 84.: „Quam dilecta tabernacula tua." Imo et hoc Ps.: „Quam admirabile est nomen tuum." Hoc enim fefellit interpretem, quominus Isaiae 37. clare redderet Hebraeum: „Et dixit Ezechias, quod erit signum, quia adscensurus sum in domum domini." Non enim quaerit ibi, sed miratur signum, quod ei datum erat, dicens: Quam signum, quia adscendam, quasi dicat: Nonne hoc grande et mirabile signum? Ita non inepte hic diceretur: Quam homo, quoniam memor es ejus. Quod sic redderetur: Nonne mirabilis est ille homo? Nonne mirabilis ille filius hominis, memor es ejus, dum oblivisceris, visitas eum, dum derelinquis? Verum hoc facis, ut in brevi eum deseras, in aeternum exaltaturus.

Hoc sensu habito perspicuum fit, hebraeum

מֵאֱלֹהִים aptius transferri a Deo quam ab angelis, quod Christum a Deo canit memoratum *) et derelictum, visitatum et desertum, minutum et auctum. Non tamen ob id rejicienda est usitata translatio, sive apostolus aut quisquis alius hebraice scripserit epistolam ad Hebraeos, sive graece, cum constet apostolum raro citare hebraicam proprietatem, sed frequentissime LXX. etiam in aliis epistolis, ut Ro. 3. ex Ps. 13. et 5. facit. Atque illud maxime convincit auctorem ejusdem epistolae legisse et scripsisse ab angelis, non autem a Deo, quod accedens ad hujus Psalmi testimonium dicit: „Non enim angelis subjecit orbem terrae futurum, de quo loquimur." Tunc mox inducit hunc Ps. Christo homini esse subjectum probans, neque enim liceat cogitare apostolum voluisse dicere: Non enim Deo subjecit orbem terrae futurum. Sequendo itaque hebraeum sensum non possumus Christi minorationem comparatione angelorum intelligere, cum (ut et Erasmus bene infert) non solum angelis minor sit factus, qui novissimus virorum, et (ut dixi) praeter אֱנוֹשׁ et filium hominis reliquum non habuit. Ex apostolo Hebraeorum non liquet, quid velit.

Quare cum Christus fuerit minoratus a Deo, nec amplius cum eo fuit in virtutibus triduo passionis suae, quid mirum, si et ab angelis volente Deo desertus sit? sicut dicit: „An non credis, quia possum modo rogare patrem, et exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum?" Ne autem leve putes ab angelis nos esse minutos seu relictos, considerandum, quod universam nostram salutem ministerio an-

*) In edit. plurim. leg.: minoratum.

angelorum Deus curat, sicut Ps. 91. scriptum est: „Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum," et Ps. 34.: „Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos." Sic filios Israel angelus eduxit ex Aegypto, posuitque se inter eorum et Aegyptiorum castra. Et „Angelus (inquit) meus praecedet te." Sic Lot de Zodomis eripuerunt, et tres pueros in camino ignis angelus servavit. Atque in lib. Judicum quoties quaeso angelorum officium memoratur pro hominibus? sicut et in Zacharia et Daniele, ut recte Paulus Heb. 1. dixerit, esse eos spiritus administratorios, missos propter eos, qui hereditatem accipiunt salutis. Non igitur mirum, quod pro novo miraculo et stupore ducit propheta, omnes veteris saeculi patres fuisse adjutos et servatos ab angelis, et eos in hoc uno Christo cessare, eumque minui ab eorum solatio.

Simili affectu Ps. 22. loquitur: „In te speraverunt patres nostri, et salvi facti sunt, in te speraverunt, et non sunt confusi, ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis," ac si dicat: Illi fide sua obtinuerunt salutem in adversis, nec unquam ad mortem usque sunt relicti, ego autem relinquor usque ad mortem, et spes mea post mortem demum veniet. Talis enim passio decet novum testamentum. Ideo Christus caput praecedit et prior omnium relinquitur et minuitur a Deo et angelis. Sequuntur eum omnes, qui credunt et invocant nomen ejus. Quare sicut b. Aug. ad Honoratum tractans Ps. 20. recte docet in ipso differentiam novi

et veteris testamenti, quod in hoc aliquando quidem relicti sunt patres usque ad periculum vitae, sed nunquam ad mortem usque, illo autem sicut oves occisionis aestimantur omnes, et in mortem deseruntur, ignominiosissimam. Ita et hoc Ps. eandem novitatem passionis celebrat propheta, et prae antiqua admiratur. Imo non modo angeli ei non adstiterunt nec ministraverunt, sicut solent, sed et quidquid nomine אֱלֹהִים potest significari, principes, reges, sacerdotes, seniores, et qui prius ei adhaerebant.

„Gloria et honore coronasti eum.“ Pulchre reddit contraria contrariis, gloriam אֱנוֹשׁ, honorem אָדָם, coronam minuto ab angelis. Quae ut intelligamus, vocabula primum declaremus. Gloria hoc loco proprie ponitur כָּבוֹד, quod *δόξαν* Graeci dicunt. De qua Ps. 3.: „Tu es gloria mea,“ et Ps. 7. „Gloriam meam in pulverem deducat.“ Ea est non modo pompa nominis, seu, ut dicunt, fama cum laude celebrata, volentes gloriam a laude seu fama discernere celebritate, quasi gloria sit claria a claritate dicta; verum est et ipsa augusta majestas rerum pulcherrimarum et maximarum, quas possidemus, et ex quibus tum ista fama celebratur, tum nos ipsi gloriamur et superbimus. Unde dominus Matth. 6.: „Dico vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestitus fuit, sicut unum ex istis.“ Quid hic gloriam nisi pompam et majestatem abundantiamque rerum appellat, quibus Salomon erat celebratus apud omnes gentes? Unde et in heb. gloria a verbo venit, quod gravescere significat, ut Ps. 4. vidimus.

Honor autem, quod הָדָר Hebraeis sonat, mirum

quam varie et inconstanter sit passim versum, nunc pro decore, nunc pro honore, nunc pro pulchritudine, nunc pro magnificentia, nunc pro splendore, nunc pro dignitate. Ps. 104. dicitur: „Confessionem et decorem induisti.“ Ps. 96.: „Confessio et pulchritudo.“ Quae duo nomina Ps. 45. sic redduntur: „Specie tua et pulchritudine tua.“ Ps. 145.: „Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae.“ Ps. 110.: „In splendoribus sanctorum.“ Prover. 14.: „In multitudine populi dignitas regis.“ Haec omnia loca habent idem nomen, הָדָר seu הֲדַר, quae ab eodem verbo veniunt, הָדַר, quod auctore Reuchlino significat: decoravit, honoravit, glorificavit.

Ex quibus sequitur, honorem hoc loco propriissime redditum hebraeo nomini, significare pompam alteram magnatum, quae consistit in multitudine eorum, qui eos reverentur, suspiciunt, adorant, subjiciuntur, serviunt, obsequuntur, assistunt. Hi enim sunt decor, ornamentum, splendor, magnificentia, pulchritudo, dignitas regis, ut gloria et honor sint velut contrariae pompae, gloria, quod a rege exit et divulgatur ad alios, honor, quod ad eum hac gloria moti multi veniunt et agnoscunt. Ex hoc Levi. 19. dicitur: „Honora personam senis.“ Et mutuo se augent hae duae pompae. Gloria enim multos allicit, ut honorent. Allecti vero, ut honorent, mox gloriam augent. Ideo canimus Deo gloriam, et honorem in saecula saeculorum, quod in sempiternum augeatur et maneat, sicut econtra duo illa mala quoque se mutuo augent, quae sunt אֱנוֹשׁ et filius hominis, qui enim oblitus est Dei, et miser ac tristis factus, statim et filius אָדָם deseritur,

quia, de quo nihil dicitur, eundem et nemo honorat. Sicut in se ipso nihil est, ita ab omnibus deseritur.

„Coronasti“ metaphorice dicitur a corona, quae undique perfecta est, et totum cingit, pro eo, quod est: circumdedisti eum, 1. Reg. 23.: „In modum coronae cingebant David et viros ejus,“ et Ps. 5.: „Scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.“ Igitur Christus factus pro nobis אֱנוֹשׁ, desperatus et afflictus undique et in omnibus, nunc habet omnium rerum imperium multa laude et fama celebratum, delectatus et securus in omnibus, factus filius אָדָם, contemtus et inhonoratus, nunc honoratur, adoratur, quaeritur ab omnibus. Et qui minutus fuit ab omnibus, nunc is undique ex omni creatura cingitur, ut non sit creatura, quae hunc*) ignoret aut non honoret, evangelium enim praedicatum est omni creaturae in gloriam ejus.

Rursum in nomine ejus omne genu flectitur, coelestium, terrestrium et infernorum. Ista enim corona gloriae et honoris, id est, universae creaturae, nulli unquam alteri concessa est neque conceditur. Ex parte enim illi glorificantur et honorantur, et nullus habet omnia, nisi ille, qui minutus est paululum ab omnibus, ex nulla parte gloriam et honorem habens, imo ex omni parte afflictionem et irreverentiam, ut pro hoc merito coronetur in aeternum gloria et honore. Verum ista corona gloriae et honoris nondum est completa, ut Paulus dicit 1. Cor. 15.: „Nunc autem nondum videmus ei omnia subjecta, oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos

---

*) Edit. princ.: hoc.

scabellum pedum suorum." Hoc agitur scilicet usque ad extremum judicium, interim manent, qui non glorificent nec honorificent eum, et coronae hujus plenitudini resistant.

Constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subjecisti sub pedibus ejus.

Sic versus iste in heb. absolvitur, in quo gloria et honor Christi exponitur. Gloria est, quod omnium rerum dominus est, atque ita vides gloriam esse majestatem rerum possessarum, ut diximus. Honor est, omnia ei esse subjecta, omnia eum agnoscere, ad eum converti, ex nutu ejus pendere. Et satis pulchre aperteque utraque pompa, tam gloriae quam honoris, hoc versu componitur, dum simul dominus et subditi describuntur per verba „constituisti" et „subjecisti," quorum uno dominus et gloria, altero subditi et honor monstrantur. Eadem duo et Ps. 45. sic habentur, alterum illo: „Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna, propter veritatem et mansuetudinem et justitiam, deducet te mirabiliter dextra tua," alterum isto: „Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent in corde inimicorum regis."

Hic est ergo princeps regum terrae et dominus dominantium. Confer eos huic regi. Super quaenam sunt constituti? Certe super opera manuum Dei, sed nulli omnia subjecta sub pedibus. Parum sonat, opera manuum Dei ad sensuales illos titulos regnorum, provinciarum, populorum, et spectacula insignium imaginum, monumentorum, quibus reges et principes mundi jactantur. Parvo titulo Christi regnum et sine insignibus praedicatur infinitum et aeternum: „Opera

(inquit), manuum tuarum," non enim terra aut coeli nomine potuerunt comprehendi. Quidquid enim creavit Deus, Christo subjectum est, ut 1. Cor. 15.: „Qui dixit omnia, nihil utique excepit, praeter eum, qui subjecit ei omnia."

An autem frustra dixit: „Omnia subjecisti," et tamen non dixit: Constituisti eum super omnia? Omisit enim in subjectione opera Dei, et in constitutione: omnia, cum tamen conjuncta utrimque velit intelligi? An in detestationem fastus et ambitionis sic loquitur? Ut nec ille, cui vere omnia subjecta sunt a Deo, titulum jactet se esse constitutum super omnia, et major sit possessio quam titulus, cum contra homines non raro solis rerum titulis vehantur, rebus satis exiguis dominantes.

Illud certe apostolico more pensandum est, quod Christum describit non ambivisse hunc principatum, sed a Deo constitutum, ut disceremus non assumere honorem, nisi vocati, sicut Aaron, Heb. 5. Et quod mireris, tam ingens imperium Christo his verbis tribuitur, et tamen ambitio singulis paene syllabis coarguitur, nullum hic inflatum verbum, quemadmodum decreta hominum solent dicere: Cuncta per mundum nobis etc., et jura tam coelestis quam terreni imperii Petro clavigero suo commisit. Sic tument bullae, inflatoque rotant turgentia gutture verba.

Hic autem „constituisti" (inquit) et „eum" et „super opera manuum tuarum." Vide, ut pressis, verecundis, tenuibus, solidis tamen verbis inaestimabile regnum Christi tractat, quanquam pro „constituisti" in heb. habetur: Dominum fecisti. Quomodo Petrus Act. 4. loquitur: „Hunc Christum et dominum fe-

cit etc.", sicut soli Gen. 1. dicitur: „Ut praeesset diei," seu ut Ps. 136.: „Solem in potestatem diei."

Et pulchre „opera manuum tuarum" dicit, sine omni specie commendans possessionem Christi. Hominum enim mos est his tantum imperare et praeesse, quae digna, magna multaque sunt, et omnino, ex quibus ipsi lucrum, honorem voluptatemque capiant. Ea quae sunt vilia, indigna, et quae egeant ipsorum ope vel opera, facile permittunt, ut aliis subsint. At Christus omnium dominus, quaecunque opera Dei censentur, sive sint infirma, egena, contemta, sive potentia, opulenta, honorata, possidet. Non est rex, qui personarum respectu captus regnet, sed quidquid creatura Dei est, suum agnoscit, sine ulla differentia.

Proinde Christi regnum tale est, ut non modo nulli alteri possit conferri, sed et si conferri posset alteri, nullus queat reperiri, qui susciperet. Nemo enim est eorum, qui vel ambitiosissimi sunt, qui optet praeesse infirmis, egenis, ignominiosis, et ex quibus nihil sibi provenire possit. Omnes enim offendit verbum hoc: Opera manuum Dei et omnia, nec delectantur scire, quid ista vocabula significent.

Ex his fuerunt et pontifices olim, qui omnia sibi arrogarunt. Sed non id quaesiverunt, ut opera manuum Dei et omnia regerent, sed omnia, quae sibi placerent, et quaedam opera Dei, quae ipsi elegerant, cetera, quibus et prodessent, nihil curantes, quantumvis inter opera Dei et omnia censerentur. Purissimus ergo sit oculus necesse est, et ab omni personae ac larvae specie alienissimus, qui opera manuum Dei recte debet intelligere. In hoc enim nomine non differunt papa et laicus, imperator et mendicus, ho-

stis et amicus, sapiens et indoctus, sanctus et peccator, sanus et aegrotus, vivus et mortuus. Ideo dominus omnium et aequaliter omnia sunt illius.

Gaude ergo, o christiane, et quicunque te opus Dei esse agnoscis. Tibi haec, et magno solatio, dicuntur, si credis vere Christum esse super omnia dominum constitutum. Si enim inimici tui vel a longe in te mala consultant, in quem rogo consultant? In te, an in Christum? Ejus enim sunt et illi et tu. Noli timere, ipse praesens est illic et hic, videt, quid contra te moliantur, et majore cura super te vigilat, quam tu super te ipsum.

An putas rem possessam habere posse super se ipsam majorem sollicitudinem, quam habet ipse possessor? Quid aurum in arca vel pera pro se cogitat? Nonne paterfamilias arcam quoque ei providit, et omni hora latronum et furum insidias sollicitus observat? An aurum rapitur sibi ipsi, an possessori suo? Et fur, utrum offendit gravius, aurum an possessorem? An putamus avarum hominem uri de rapina suarum rerum, et Christum non uri de quacunque laesione rerum suarum? Et quomodo obediet patri subjicienti omnia sub pedibus? Quodsi te occidant, exurant, laedant, criminentur, ejiciant, (modo sis ei tu subjectus), rogo cui damnum faciunt? cujus rem perdunt? tuam an Christi?

Vae incredulitati nostrae, quod prae sua impietate haec solatia et tantam securitatem non potest intelligere. Non enim deest protector et possessor nobis, sed deest fides, quae credat nos esse possessionem illius. Verbum enim maxime fidei audis, cum dicitur:

„Omnia subjecisti sub pedibus ejus, et constituisti eum super opera manuum tuarum.“

Si dicis: Metuo, ne me perdat ipse dominus meus, cum sim peccator magnus, nec meritus ab eo possideri hac felicitate. Non perdet te, si confitearis te esse suum, et eum esse dominum tuum, ipsius enim sunt et sancti et peccatores, et omnia opera manuum Dei. „Omnis lingua (inquit ad Philipp. 2.) confiteatur, quod Jesus est dominus, et hoc ad gloriam patris,“ et Ro. 10.: „Si confessus fueris ore tuo, quod Jesus est dominus, et corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.“ Hac (inquam) confessione et fide, si peccator es, non modo justus, sed et salvus eris, dicit hic apostolus. Eos potius damnabit, qui, cum sui sint, eum nolunt recipere in dominum, sicut Lucae 19. dicit: „Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, et interficite ante me.“ Hi enim nolunt et coguntur ei esse subjecti. Non enim habemus regem, qui exactor sit, sed salvator potissimum eorum, qui oppressi sunt vel poenis vel peccatis. Nam in his praeter titulum operis Dei vix reliquum est, at opera Dei sunt ejus propria possessio.

Quare si peccas et cadis, ne desperes de Christo, non enim extra ejus imperium rues, nisi desiveris esse opus Dei. Quod si imperium ejus agnoscis, et cum illo Sapientiae 15. ei dixeris: „Etiamsi peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam etc.“, non potest ipse te dimittere, nec tu sine fiducia misericordiae ejus dimitti. Agnoscet ipse te suam possessionem, si agnoveris eum tu dominum tuum. Nam hoc est, quod impiis Isaiae primo exprobrat: „Cognovit bos

possessorem suum, et asinus praesepe domini sui, Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit.“ Igitur constitutus est nobis super omnia, ut in omnibus nos possit juvare, et ad eum nos queamus confugere, sive in peccatis, sive in morte, sive in vita, sive in justitia. „Sive vivimus (inquit Ro. 14.), sive morimur, domini sumus. Nemo sibi vivit, nemo sibi moritur. Qui vivit, domino vivit, qui moritur, domino moritur.“

Oves et boves universas, insuper et pecora campi, volucres coeli et pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Hi duo versus occasionem dedisse videntur interpreti nostro et aliis, ut de puro homine Psalmum intelligerent, et אֱלֹהִים angelos transferrent. In qua sententia sunt et magni aliquot patres, quod ex Gen. 1. cap. homini formato Deus tria haec animantium genera legitur subjecisse. Et habent sane pro hoc sensu non parum speciei, quod videlicet omnia illa subjecta videtur explicare propheta, his versibus, esse aliud nihil, quam bestias terrae, coeli et maris, neque magnum videatur Christo tributum, si imperium harum bestiarum ei tribuatur, quandoquidem et humani reges etiam hominibus praesint.

Verum fortiter obstat Paulus, non modo ad Hebraeos (si forte quis eam neget esse Pauli), sed et 1. Cor. 15.: „Omnia (inquit,) subjecit sub pedibus ejus.“ Cum autem scripturae et verbi Dei oporteat esse unum, simplicem constantemque sensum, ne (ut dicunt) sacris literis caereum nasum faciamus, justum

est Pauli sensum praeferri omnium aliorum patrum sensui, sive Amb., Aug., Athanasii, Hierony.

Quae ideo dico, ne quis more scolasticorum doctorum statim pro oraculo sequatur, quidquid in aliquo illustrium patrum legerit, ut quidam solent, qui hac ratione nobis scripturam in meras lacinias sensuum secuerunt, ut tot sententias prope habeamus, quot syllabas. Et nescio, probandumne improbandumve sit studium magistri sententiarum et Gratiani, quo egerunt, ut omnia omnium assuesceremus vorare, sicut immunda animalia, nec findentes ungulam, nec ruminantes lingua. Id studii enim (meo judicio) fons est tot quaestionum, opinionum, rationum et bellorum, quae jam plus trecentis annis per scholas grassantur.

Permittendi sunt itaque s. patres suo quandoque sensu abundare, et pro affectu suo in literis sacris extra ordinem luxuriare. Sed theologo puram germanamque intelligentiam scrutanti necessarium est consultis ipsis sacris literis de omnibus judicare, sicut Aug. in multis locis docet, et Paulus praecipit: „Omnia probate, quod bonum est, tenete."

Quare hi duo versus non modo Christo parum tribuere videntur, sed etiam puro cuique homini, quando Gen. primo etiam dominium terrae ei tribuitur, et omnium arborum, herbarum, lignorum, quod hic ne Christo quidem tributum legimus. Et fateor, nonnihil difficultatis locus habet. Aug. cum suis ad allegoriam fugit, sed non effugit. Cum enim praemiserit omnia et opera manuum Dei, non constat ratio, cur ea explicaturus solum oves et boves et pisces et volucres (sive justi sive peccatores per haec allegorice intelligantur) recenseat. *Non enim* hi sunt omnia

illa, quae Christo subjecta sunt, sed in omnibus ei dem comprehensa. Cur ergo prae ceteris explicantu Cur non fuit satis dicere: „omnia", et: „opera manur Dei?" Oportet enim oves, boves, volucres, pisces, p cora hic ad literam intelligi. Ego confiteor mea ignorantiam, nec quid dicam, habeo, movebo tam aliis cogitationes, quando aliud non possum.

Quid si propheta voluerit potissimum ea explicai quae puro homini sunt subjecta, propter contentios cervicososque, praesertim Judaeos, qui maxime oı nium regno Christi resistunt? Ne quis obganni queat, Deum non posse sibi ipsi contradicere, qui ja olim haec (Gen. primo) subjecerit homini puro tei porali ditione regenda, ac per hunc scripturae pra textum aut omnia Christo subjecta neget intelligi illa, aut Christi universale dominium calumnietur, si praeveniretur huic versutiae, quod sic sunt omn Christo subjecta, ut etiam ea, quae olim hominibı subjecerit Deus, non modo nolit excepta, sed uı cum hominibus eidem subjecta. Idque adeo, ut homines nolint Christo esse subjecti (sicut sunt veritate), scirent tamen ea, quae ipsis subjecta sun ei subjecta, habereque eum potestatem in omnia, quı sunt eorum, sine ulla resistentia, quantumlibet ip resistunt.

Deinde non est ulla offensio, quae magis pugn adversus fidem dominii Christi, quam ipsa impioru praesertim regum et magnatum, in his rebus homi olim datis, opulentia, ut necessarium fuerit, haec pr prie explicare Christo esse subjecta, ne quis scand lisatus non crederet, si videret impios, praeserti *magnos*, non subditos ei. Omnia enim alia facile e

credere Christo subjecta, praeter ea, quae impiorum sunt. Haec enim in potestate eorum plene posita videntur, de quo et Ps. 144.: „Boves eorum crassae, promtuaria eorum plena," quasi diceret propheta: Ne offendare frater, quod omnia Christo subjecta esse dixi, cum in solis impiis ejus inimicis videas contrarium, ceterorum enim nihil videtur resistere. Scito, quod et ipsorum quaecunque habent, sunt Christo subjecta.

Et ad hanc sententiam juvandam valet, si per epitasin eleves illud adjectivum „universas," quasi dicat: Nihil est rerum, etiam rebellium impiorum, non tantum sponte subjectorum, quod non sit ei subjectum. Et hoc apostolus quoque 1. Cor. 15. queritur, dicens: „Nondum videmus ei omnia subjecta," quasi dicat: Sunt omnia subjecta, sed nondum impletum est, nec videmus, resistentibus scilicet impiis. Quare volucres coeli, pisces maris per auxesin additi sunt, ac si dicat: Omnia hominis sunt subjecta Christo, sive quae ipse possidet, sive quae ei Gen. primo subjecta sunt, ipse est dominus omnium.

Nec id forte nimio abhorrebit, si quis et alteram fiduciam Judaeorum prosterni hoc verbo putaverit, quae fuit, quod sacrificiis et holocaustis animalium, velut suis rebus Deo servire se credebant, sicut s. Stephanus Act. 7. eos refellit ex Isaia 66., quod ei templum aedificare praesumerent, cum ipsius jam essent omnia, ex quibus templum esset exstruendum. Ita et hic liceat opinari, quando propheta novum regem sola gloria et honore colendum docet, non esse, quod praesumant sese animalibus occisis ei servituros. Cui enim sunt omnia subjecta, etiam oves et boves,

et omnia, quae homini unquam data sunt, su
jecta sunt.

Quid ergo dare poterunt illi, cujus sunt omn
quae habent? Similem enim eorum fiduciam et sil
causa similique sententia damnat et Ps. 50.: „N
in sacrificiis tuis arguam te," id est, non est m
adversus te causa propter sacrificia tua. Quar
„Quia holocausta tua in conspectu meo sunt sem
(id est, non est, quod ea mihi offeras, jam sunt ea
coram me). Non accipiam de domo tua vitulos, n
de gregibus tuis hircos, quoniam meae sunt omn
ferae silvarum, bestiae in montibus millium. Cogn
omnia volatilia coeli, et universitas agri mecum e
Si esuriero, non dicam tibi, meus enim est orbis te
rae et plenitudo ejus. Numquid manducabo carn
taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?" Tu
sequitur verus cultus: „Immola Deo sacrificium la
dis, et redde altissimo vota tua. Invoca me in
tribulationis, et eruam te, et honorificabis me."
in fine: „Sacrificium laudis honorificabit me, et il
iter, quo ostendam illi salutare Dei."

Vide, anne hic Asaph hunc Ps. fere totum
hoc Ps. 8. suxerit? De laude enim Dei in tribul
tionibus agit (sicut hic Ps.) contemtis sacrificiis p
corum, quae Dei potius dicit esse, quam hominu
quibus Gen. 1. data sunt, ut scilicet et hic omn
Christi esse scirent, nec posse amplius ei serviri i
quae illi sua esse putent.

Adjiciamus et de superstitione aliquid ac liberta
christiana. Quando enim generalis est haec sente
tia, Christo omnia esse subjecta, et post legem pr
mulgata, necesse est, ut regulet omnia particulari

…peretque universa legis praecedentis edicta. Quare …n solum pro sedando scandalo, quod impiorum opu… statuit, nec tantum pro tollenda fiducia, quam …s donatio et sacrificia in rebus istis donatis in…t, sed etiam pro vendicanda libertate spiritus, …m legis cerimoniae aeque stulta fiducia aut infeli…re conscientia opprimebant, debuit imperium Christi …nuntiari, et valere credi, siquidem cerimoniae legis …issimum constiterunt in animalium differentia, in …tus, vestitus, locorum, aquarum, regionum coeli, et …no in rebus hisce, quae homini subjecta sunt, … 1.

In hanc rem apostolus quoque 1. Cor. 10., cum … libertate christiana adversus cerimonias dixisset: …ne, quod venit (id est, venditur) in macello, man…te, nihil interrogantes propter conscientiam," sub… pro causa generalissimam sententiam ex Ps. 24. …us: „Domini enim est terra, et plenitudo ejus." … et hic videtur generalem sententiam dominii …isti adversus pertinaciam cerimonialem Judaeorum …isse propheta, ut sub Christo, cui omnia subjecta …t, omnia libera esse doceret et licita, sive malint …ces, oves, boves, volucres comedere, sive abstinere. Dominus est (inquit ipse Christus Marci 2.) filius …inis etiam sabbati." Quare dominus? nisi ut in …itrio ejus sint omnia. Quare dominus animalium … bestiarum terrae, maris coeli? nisi ut in arbitrio ejus sint omnia. Ita sub Christo omnia possidente libera licitaque sunt omnia, quae in coelo, terra, mari sunt. In quibus tamen hodie major est per hominum decreta captivitas, quam unquam olim sub lege fuit.

Haec sub cujusque judicium relata dictaque volo.

Ex quibus (si vera sunt) et hi duo versus clari sunt, et ratio aperta est, cur potissimum has res ex omnibus explicarit, quod conveniebat liberrimo omnium imperio Christi omnia libera asserere, tutaque facere, et nos in eo recte instituere.

Id reliquum est, quod, ubi nos: „Pecora campi," aptius Heb. בַּהֲמוֹת שָׂדָי, id est, bestias agri, habet. Pecora enim latine domestica animalia significant, quae per oves et boves satis expresserat. Et ubi nos habemus: „Qui perambulant semitas maris," videtur Hebraeus non de piscibus sonare, sed de aliis, quaecunque versantur in mari. Geminam enim inductionem hi duo versus videntur mihi continere in hunc modum, prior: Oves et boves universas, insuper et quidquid animalium versatur in agris, posterior: Volucres coeli et pisces maris, et quidquid versatur in semitis marium. Ubi id observabis, quod ex Genesi volatilia et aquatilia omnia ex aquis producta scribuntur. Ideo volucres coeli cum piscibus maris inductione posteriore conjungit.

Quaerat autem quispiam, cur semitas maris tribuat piscibus et iis, qui in eo versantur, cum nihil minus in mari quam semitae, sicut et in aere, appareat? Forte, quod mare totum sit pervium, in quo quaelibet bestia suum iter faciat, et tamen nunquam communis et regia via perseveret, neque eadem via saepius ibi teratur. Verum haec levicula.

Habemus itaque Christum passum, coronatum, praedicatum ac creditum in hoc Psalmo descriptum egregie, quem titulus torculari suo nobis indicavit a principio. Ideo, ut denuo inculcet ejus legitimum

cultum, qui alius non est, quam fides, laus, praedicatio, confessio, repetit versum primum, dicens:

Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Magnum est enim et arduum, hunc אֱנוֹשׁ et filium אָדָם credere tantae et gloriae et dignitatis esse. Ideo repetendum et assidue id inculcandum monet. Stat enim sententia, Deum esse memorem visitatorem, coronatorem, sed eorum duntaxat, qui oblivione, ignominia, solitudine sunt extreme in nihilum redacti. Qualem enim exaltasse Christum hoc Psalmo scribitur, tales et semper exaltaturus eodem exemplo cognosci voluit. In quo satis demonstravit, in quosnam oculi sui sint aperti et firmati. Nempe oculi domini super justos (id est, eos, qui sunt nihil in hac vita tam sibi quam hominibus), quia humilia respicit in coelo et in terra. Atque haec ipsa misericordia ejus facit, ut magnum sit nomen ejus in universa terra.

PSALMUS NONUS.

Ad victoriam, pro occultis filii, Ps. David.

Quanta, bone Deus, est hujus tituli exponendi varietas. Alius mortem Absolom, alius mortem Goliath, alius instrumentum musicum, alius judicium Dei occultum, alius juventutem, alius cantorem Psalmi, alius aliud intelligit*). De quibus omnibus, qui volet, Lyram, Burgen. et Reuchlin videat.

*) Hoc. vocab. in edit. princip. deest.

Ego, quantum ex scopo Psalmi capere possum, sequar Burgensis titulum, non interpretationem, qui dicit, עַל־מוּת, quod „pro occultis" transfertur, hebraice juventutem significare. Est enim Psalmus iste omnino generalis quaedam gratiarum actio, exsultatio, exhortatio, oratio plena jucundis affectibus de victis vincendisque assidue inimicis, quae non possit convenire, nisi populo in medio inimicorum agenti, pugnanti, vincenti, triumphanti, tam de praeteritis, quam praesentibus et futuris loquenti. Quare de populo Christi, praesertim martyribus et eorum persona Psalmum esse dictum, non dubito. Quod ut aliquantulum demonstremus, titulum hebraicum tractemus, qui sic habet: לַמְנַצֵּחַ עַל־מוּת לַבֵּן מִזְמוֹר לְדָוִד. לַמְנַצֵּחַ „ad victoriam" sonat, satis expositum supra. מִזְמוֹר לְדָוִד, Psalmus David. Reliquum est עַל־מוּת לַבֵּן. Si עַל־מוּת cum Hieronymo dividas in duas dictiones, (quod Lyra negat,) sonat super mortem seu ad mortem, et hinc alii mortem Goliath, alii Absolom hic somniant. Si unam dictionem serves, est nomen abstractivum a verbo עָלַם, quod abscondit significat, a quo verbo adolescens et adolescentula vocantur עֶלֶם et עַלְמָה, quod in tabernaculis et abscondito educarentur, cum periculosissimum sit teneram aetatem vagari in mundo, et illecebris exponi. Inde et עֲלָמוֹת juventutem, adolescentiam, et eam scilicet aetatem significat, quae hac ratione absconditur, et in occultis religiose educatur. Sic Jacob scribitur vir simplex, morans in tabernaculis, Gen. 25., contra Esau vir gnarus venandi et agricola. Atque ab hac consuetudine obtinuit usus, ut adolescentulae

vocentur hebraice עֲלָמוֹת (id est, absconditae), ut Isa. 7.: „Ecce עַלְמָה concipiet.“

David autem dedita opera hoc titulo prodigiosam juventutem signat, dum juventutem לַבֵּן, id est, filii seu filio, signat, cum adolescentes seu adolescentulas habere sit patris aut avi, aut ad summum fratris, sive tutoris cujuspiam. Quis est enim filius, qui ut filius possit dici habere adolescentes et adolescentulas, quos in abscondito erudiat et educet? Proinde Christum manifeste indicat, qui novo miraculo carnalem generationem sua nativitate finiens filius tantum est, nullius secundum carnem pater, et tamen spiritualem generationem nova per baptismum nativitate incipiens pater est multorum filiorum et filiarum, quos in abscondito fidei educat, erudiens, ne sapiant ea, quae patent, sed ea, quae latent, sicut Ps. 31.: „Abscondes eos in abscondito faciei tuae, a conturbatione hominum.“

Quare vero similius est עֲלָמוֹת utroque significatu in unum coacto significare novam creaturam evangelii, prolem gratiae, juventutem baptismi, populum novi testamenti, ac vere absconditas filii, id est, fideles et obedientes Christi, quorum vita sub morte, salus sub cruce, gloria sub ignominia latet. Sic enim abscondit eos mundo, quos David, vir plenus spiritu, concepit significari adolescentibus et adolescentulis, domi et abscondite educatos.

Est enim et haec inter cetera judaici populi laus, quod a mercatorum et negotiatorum studiis semper fuit alienus, suis ac domesticis contentus proventibus, sicut et patres eorum, quandoquidem, ut polytropi illi et vagabundi homines multorum quidem hominum

vident mores et urbes civilesque (ut putant) et urbani redduntur, ita multorum quoque pessimorum exempla et hauriunt et invehunt aliis, quod Corinthus, Syracusa, Tyrus, Alexandria satis probaverunt, ut Romam taceam, et adhuc probant in hodiernum diem emporia famatiora, ut non injuria Cananaeos (id est, negotiatores) potissimum de terra expulerit Deus. Satis civilis est, qui legem Dei sui noverit, et Deo pure servierit, ad quod maxime opus est, praesertim adolescentioribus, secessu abscondito et fuga hominum. Gentilis ille ait: Quoties inter homines fui, minor redii. Et ille: Amici fures temporis. Ac d. Bern.: Nunquam minus solus sum, quam dum solus sum. Non quod velim aetatem istam solitudini deputare, cum et exemplis horrendis et illustrium patrum auctoritate probatum sit, solitudine nihil periculosius esse adolescentiori aetati, rursus idem periculum conversatio turbae.

Quid ergo? Hoc consultum est, ut magistrum domesticum ac familiarem habeat, sub cujus conspectum omnia dicat, faciat, omittat in timore. Atque id demum est, עֲלָמוֹת esse, id est, domi bene institui, tum ubi instituta fuerit, et foras in officium vocatur regendi populi, tum illud praestet affectu, quod prius effectu, tum sit עֲלָמוֹת in spiritu, quae fuit עֲלָמוֹת in litera, jam per se ipsum ea, quae patent, contemnens, et contemnere docens, quae huc usque alterius magisterio contemsit, imo contemnere docta est. In hanc עֲלָמוֹת olim instituta sunt monasteria et universalia studia.

Neque hoc abjecero, quod abscondita ista non modo intelligantur pro parte ista ecclesiae, sed etiam

contraria inimicorum, quod videlicet decantet non solum populi spiritualis, et absconditi statum et opus, sed et spiritualem, et quae in abscondito contingit victoriam de inimicis, quod illi spiritualiter pugnent, et hi spiritualiter vincantur, quo impleantur figurae bellorum vet. test., ubi corporaliter caesi fuerunt inimici, quia ibi erant aperta servi, id est, Mosi figuralis et externa facies, populi, belli, victoriae, sicut hic abscondita filii, id est, spiritualis et interna plenitudo populi, belli, victoriae.

Esto itaque עַלְמוּת populus Christi, cujus vita abscondita est cum Christo in Deo, qui non ambulat in his, quae patent, sed ab iis, qui sic ambulant, multa patitur, et victor in omnibus haec suo Christo cantat de inimicis suis in abscondito et spirituali bello victis, ut utrimque sint abscondita, tam apud victos, quam victores, utrique in spiritu agentes.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Laetabor et exsultabo in te, psallam nomini tuo altissime.

Ordinem Psalmorum a primo usque ad octavum dedimus Ps. sexto. Tentandum forte nunc quoque, qua ratione octavus sequatur septimum, et hic nonus octavum.

Manifestum est autem, septem priores Psalmos esse passionum et tribulationum tam Christi capitis, quam christianorum membrorum descriptiones, inter quos nullus est, qui laudibus et confessionibus gestiat. Octavus enim primus omnium incipit nomen, laudem,

gloriam, honorem exsultare, nec habet ullam querelam, nec agit causam cum adversariis, sed fructum passionis praecedentium summario colligit, recitans, quam nihil promoveant persecutores, et quam feliciter habeat passus, atque id ut in capite omnium patientium Christo inchoaret, optime conveniebat. Ideo optimo ordine octavus et post tribulationum Psalmos sequitur, et Christum canit loco primo inter gaudentes et passionum victores. Oportet enim tribulatos interdum consolari, ut possint sustinere, ideo et Psalmos nunc laetos, nunc tristes, vario ordine misceri, ut haec ipsa diversorum Psalmorum mixtura et confusa ordinatio (sicuti putatur) exemplar esset vitae christianae, quae inter varias tribulationes mundi et consolationes Dei exercetur.

Inchoata itaque laetitia Ps. octavo Christi capitis, omnium passionum victoris, recte subsequitur hoc nono et corporis sui ecclesiae laetitia de suarum quoque tribulationum victoria, ut, quem secuta est Psalmis praecedentibus via passionis, ejus sit et socia consolationis, exemplo et (ut dicitur) velut digito monstratura confirmaturaque id, quod Ps. praecedente dictum est: „Ex ore infantium et lactentium perfecisti virtutem propter adversarios tuos, ut destruas inimicum et ultorem.“ Pergit, inquam, ostendere hanc virtutem oris infantilis, et Christum super omnia constitutum, ut non inepte hunc Psalmum queas praecedentis exemplum existimare expressum, cum in eo adversariorum, inimicorum et ultorum destructio, et magnificatio nominis ac laudis Dei sic tractetur, ut aliud fere nihil tractetur. Quia enim David virtutem ex ore *infantium perficiendam* cognovisse cernitur Ps. 8., nunc,

... sine mente sonum dedisse putaretur, (ut montanus prophetas incusat) ostendit se nosse quoque rem, et universum negotium ejus virtutis.

Verba ista: „Confitebor et psallam," Ps. 7. versu ultimo illo: „Confitebor domino secundum justitiam ejus, et psallam nomini domini altissimi," satis exposita sunt. „Laetabor et exsultabo," Ps. 5. ubi dicitur: „Et laetabuntur omnes et gloriabuntur in te omnes." Quod enim hic „exsultabo", illic ejusdem verbi futuro „gloriabuntur" dixit. Porro Hiero. illic laudavit, hic gaudebo reddidit. Tanta est difficultas utique constare sibi interpretem. Atque quod illic futurum se in media tribulatione pollicetur, hic liberatus profuso gaudio facit. Tribulatus enim sola Dei laude sustentatur, quam finito malo reddat, sicut dicit Ps. 42.: „Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei." Et ibidem: „Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei, in voce exsultationis et confessionis, sonus epulantis." Nec moveat, quod verbis futuris utitur in rem praesentem, ita enim moris est narraturis, cantaturis, acturis, ut dicant: Cantabo, dicam, faciam etc., cum jam incipiant.

Vide ergo, qui confiteri, narrare, laetari, exsultare, psallere se dicit, quanto aestu et cumulo jucundissimorum prorumpit affectuum, et emphaticus est totus. Non simpliciter dicit: „Confitebor," sed: „In corde, et toto corde," nec simpliciter jam narrat opera, sed mirabilia Dei, eaque omnia. Adeo gestit, sicut Johannes in utero, et exsultat spiritus ejus in Deo salutari suo, qui fecerit ei magna, et mirabilia

illa, quae sequuntur. In quo verbo certe argumentum hujus Psalmi aperitur, scilicet, quod mirabilia Dei canit. Mirabilia vero, quod per eos, qui nihil sunt, convertit eos, qui omnia sunt, et per עַלְמוּת in fide abscondita viventes, mundo mortuos, humiliat eos, qui in gloria florent, mundo spectabiles, tam magna faciens sine vi, sine armis, sine opere, sed sola cruce et sanguine.

Illud quod omnia mirabilia dicit se narraturum, quomodo conveniet cum illo Iob. 9.: „Qui facit mirabilia et inscrutabilia, quorum non est numerus?“ Aut quis enarret omnia mirabilia Dei? Dicemus hoc hyperbolico illo affectu dici, quo Ps. 6. dictum est: „Lavabo per singulas noctes lectum meum,“ quod videlicet tantus ei sit ardor in Dei magnalia, ut, quantum est in votis, omnia velit, etiamsi non possit enarrare. Amor enim non habet modum neque finem, 1. Cor. 13.: „Caritas omnia credit, omnia suffert, omnia sustinet.“ Sic et omnia potest, et facit, Deus autem spirituum ponderator est.

Potest etiam fieri*), quod ideo „omnia“ dixerit, quia solum opera Dei proponat cantare, et aliud nihil, juxta illud Ps. 51.: „Docebo iniquos vias tuas,“ et Ps. 17.: „Ut non loquatur os meum opera hominum.“ Narrabo itaque omnia mirabilia, id est, quidquid narravero deinceps, tua mirabilia erunt. Eodem tropo Ps. 6. audivimus dici: „Inveteravi inter omnes inimicos meos,“ id est, eos qui sunt omnes inimici mei.

„In toto corde,“ ex superioribus intelligendum

---

*) *Hoc* vocab. deest in edit. princip.

paliaque. Sunt enim, ut Psal. 12. dicetur, qui loquantur corde et corde, id est, duplici divisoque corde, et qui Deo confitentur, donec benefecerit eis. Alii vero lingua quoque mentiti sunt ei, et cor eorum non fuit rectum, Ps. 78. „Qui et loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, viri sanguinum et dolosi.“ His nunquam contingit, ut mirabilia Dei cognoscant, nedum aliquando enarrent. Igitur toto corde confitetur domino, qui neque in prosperis se ipsum jactat, nec in adversis contra Deum murmurat, utrobique aequabilis in sincera laude Dei, quod nisi cum Christo crucifixis et passiones expertis non est possibile.

In convertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur et peribunt a facie tua.

Hic incipit mirabilia Dei enarrare, scilicet, inimicorum conversiones. Satis jam superque commendata est figura hebraeae linguae omnium frequentissima synecdoche, quam alii singulare pro plurali, alii collectivum pro distributivo vocant. „In convertendo (inquit) inimicum,“ et mox: „Infirmabuntur,“ scilicet, idem inimicus seu inimici. Deinde, quod grammaticos offendit: „In convertendo inimicum,“ in secunda persona reddi poterat: Dum convertes, aut convertisti inimicum meum, sic enim coepit, et prosequitur in secunda persona psalmum.

Heroicis autem et militaribus verbis utitur, ut possit rudibus videri de carnalibus bellis et inimicis loqui, tum inimicos commemorat, deinde retro fugatos, infirmatos quoque et occisos perditosque. Verum haec

omnia, ut Aug. hoc loco ait, beneficium, non poena, et tantum beneficium, ut huic comparari nihil possit.

Ego autem conversionem retrorsum simpliciore sensu intelligo aliud nihil, quam fugam inimicorum, qua verso dorso revertuntur, unde venerant. Sicut Exo. 14. dixerunt Aegyptii: „Fugiamus Israelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos.“ Qui locus vel exemplum vel speculum fuit, quo propheta erudiretur ad hanc prophetiam formandam. Nulla enim vi hominum, nullis armis, sed solo respectu suo Aegyptios perdidit, sicut ibidem dicit: „Respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, interfecit exercitum eorum, et subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum.“ Sic Ps. 104.: „Qui respicit terram, et facit eam tremere.“ Abacuc. 3.: „Adspexit et dissolvit gentes, et contriti sunt montes saeculi.“ Et 116. [97.]: „Montes sicut cera fluxerunt a facie domini, a facie dominatoris universae terrae.“

Ita quod et hic dicit: „A facie tua,“ tollit suspicionem armorum et virium carnalium, quibus homines confidunt et pugnant, ut omnino spirituali virtute atque de coelo intelligantur fuga, impotentia et casus inimicorum ecclesiae provenire, sicut et Iudi. 5.: „De coelo pugnatum est contra eos, stellae manentes in ordine suo, adversus Sisaram pugnaverunt.“ Nisi quod hoc Ps. non corporalis, ut in illis figuris contigit, sed spiritualis fuga, infirmitas casusque inimicorum describitur, ut dixi. De plenitudine enim loquitur, et absconditis figurarum.

Quae est ergo fuga spiritualis inimicorum? quae *debilitatio*? quis interitus? E spectro isto hostium

cadentium nobis liceat ea capere. Primum est fuga, deinde impotentia, quod a verbo ruere in heb. venit; et sit lapsus, quo hostes fugientes et caesi cadunt ac pereuntur. Ultimo perditio et interitus, quo omnino desinunt esse, ut nec eorum memoria supersit. Quibus omnibus aliud nihil quam conversio et justificatio impiorum describitur. Fuga enim terror est, et amissa fiducia conscientiae, agnitio peccati, virtus legis cognita. Quam sequitur mox debilitatio, lapsus, tumultus et felicissima caedes, quam nos contritionem vocamus, odium scilicet peccati; ac jam mors ipsa malorum affectuum. Tunc enim mox displicent, quae placuerunt, et placent, quae displicuerunt, cedimus et damus terga his, quae prius insensata fronte persequebamur.

Post haec sequitur abolitio penitus et perditio, quando conversa per gratiam Dei voluntas, ne signum quidem prioris vitae reliquum in nobis est, ambulantibus scilicet in novitate vitae, secundum virtutem resurrectionis Jesu Christi, ut Ro. 6. docet apostolus, et haec exemplo ipsius ejusdem apostoli liceat cernere, qui inimicus ecclesiae acerrimus, et fugiens repenteque infirmatus dixit: „Domine, quid me vis facere?“ Tandem perditus omnino adeo, nihil reliquum habuit inimicitiae, ut summis viribus pro ecclesia Dei prae ceteris abundantius laboraret.

Verum, quibus viribus haec victoria pariatur, signat, cum dicit: „A facie tua.“ In quo tangitur officium verbi, per quod revelatur divina voluntas, misericordia, judicium etc., de quibus statim dicet. Non enim alia re, quam solo verbo Dei ista fuga, debilitatio, perditio impiorum perficitur, in quo revelatur

gloria domini, cui si cooperatus fuerit Deus, et sese cordibus impiorum per incrementum notum fecerit, sequitur haec victoria. Ideo non frustra voluit magis „a facie tua" dicere, quam ulla alia re, aut verbo, ut incrementum verbi efficax ostenderet. Quis enim a facie apostolorum converteretur, cum essent persona contemtibiles?

Quot vero audiunt verbum Dei, qui perdurant tamen in impietate sua? At ubi facies domini ipsa revelata fuerit per Spiritum intus docentem, ibi conversio retrorsum, infirmatio, perditio simul sequuntur, sicut Isa. 5. dicit: „Rugitus ejus ut leonis, rugiet ut catuli leonum, et frendet, et tenebit praedam, et amplexabitur, et non erit, qui eruat." Et Mich. 5.: „Et erunt reliquiae Jacob in gentibus, in medio populorum multorum, quasi leo in jumentis silvarum, et quasi catulus leonis in gregibus pecorum, qui cum transierit et conculcaverit et ceperit, non est, qui eruat, et exaltabitur manus tua super hostes tuos, et omnes inimici tui interibunt."

Quare sincerissima gratitudine עֲלָמוֹת ista haec mirabilia non sibi, sed soli Deo tribuit, et si ministerio suo cooperata sit, non tamen a verbo suo, sed a facie Dei perfecta dicit, sicut et Paulus 1. Cor. 3.: „Neque qui plantat, neque qui rigat, aliquid est, sed qui incrementum dat Deus, Dei cooperatores sumus."

Cur autem in futuro loquitur: Fugabis, infirmabis, perdes, cum de praeteritis glorietur et confiteatur? Forte, ut simpliciter dicamus, quia prophetiam de futuris texit, ideo et futuris mixtim et praeteritis verbis utitur, ut est mos constans fere omnium pro-

phetarum, praesertim psalmographorum, cum revera res ita geratur ab initio, quod ecclesiae inimici et cuntur et victi sunt et vincentur, atque ita stet, quod verbum domini manet in aeternum, et veritas ejus in saeculum saeculi, omniumque saeculorum hominibus conveniat, semper idem operans, sed in novi testamenti exordio abundantius.

Adde adhuc unum, ut personarum differentiam observes, עַלְמוּת et inimicorum ejus, scilicet illam esse infirmam, stultam, contemtam, hos autem esse potentes, sapientes, honoratos, et omnino montes mundi, ut ex Abacuc. 3. diximus: „Adspexit, dissolvit gentes, et contriti sunt montes saeculi. Incurvati sunt colles mundi ab itineribus aeternitatis ejus" (id est, mundi ejus). Hoc est, ut Isa. 40.: „Omnis mons et collis humiliabitur," seu, ut ejusdem 2. clarius dicit: „Et incurvabitur omnis sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum, et elevabitur dominus solus in die illa." Et Ps. 104.: „Tangit montes et fumigabunt."

Hanc (inquam) personarum comparationem nisi observes, non satis intelliges, quae sint mirabilia, quae narraturum se dixit. Quid enim mirabilius, quam ut Petrus, indoctus, idiota et piscator, converteret principes sacerdotum, pharisaeos, deinde reges gentium, atque adeo ipsam Romam, quam in flore magnitudinis et virtutis suae aggredi, subjiciendam sibi rudi et pauperi piscatori, tam stultum ac ridiculum apparet, ut vix aliud magis ridiculum toti mundo, et impossibile praesumi potuisse videatur. Et tamen quod omnium fidem tanto intervallo superavit, et cre-

ditum et factum est, licet pertinacissime resisteret, ac multo tandem martyrum sanguine vinceretur. Et proh dolor hodie tanta mirabilia, in quantam abiere oblivionem, imo ignorantiam et inconsiderantiam, licet adhuc in oculos nostros impingant.

Quoniam fecisti judicium meum et causam meam, sedisti super thronum, qui judicas justitiam.

Perierunt, inquam, inimici mei, quia tu judicasti causam meam. Quae rogo consequentia? Dixi, quod personarum differentia magnificat mirabilia Dei, dum enim feces Israel (ut Isa. 49. appellat) et reliquiae Jacob, pauperesque terrae pugnant adversus montes mundi, ut dictum, nec spes, nec species erat causam hanc pauperum praevalituram, aut esse aliquem, qui judicium faceret inopis. Nam et Pilatus, alioqui vir satis civilis, ut apparet, hac una specie falsus, Christum damnavit inique et scienter, cogitans non referre pauperem perire, nec esse, qui vindicet. At Ps. 140.: „Ego cognovi, quoniam faciet dominus judicium inopis, et vindictam pauperum.“ Dei enim nostri solius haec est gloria, quod humilia et afflicta respicit ac vindicat, suntque ejus haec opera propria, et ideo mirabilia.

Utrumque ergo ad mirabilia Dei pertinet, quod facit judicium inopis, et perdit superbos, ut illos justificet, hos condemnet, et ut Isaias dicit 14., faciat: „Erunt capientes eos, qui se ceperant et subjicient exactores suos.“ Gloriosissimum enim victoriae genus est, ex inimicis reddere amicos et ex persecutoribus servos, sicut ecclesia fecit ex regibus et principibus mundi.

„Sedisti super thronum judex justitiae.“ Sic enim Heb. habet. Reddit autem rationem, quare dixerit causam suam judicatam, quia (inquit) causa mea toti mundo invisa, et omnium hominum judicium iniquum est, cum omnis homo sit mendax et hostis veritatis, quam ego loquor et sequor, adeo, ut et hi, qui de sapientia, justitia et religione maxime omnium gloriantur, montes scilicet mundi, maxime omnium me persequantur, qui ignorantes justitiam tuam, et suam quaerentes statuere, tuae justitiae non sunt subjecti, atque hac specie efficiunt, ut omnibus hominibus in sui affectum et mei odium commotis sibi audeant polliceri, te quoque iniquitatis judicem fore, meam causam damnaturum, et suam ipsorum justificaturum.

Verum tu es judex justitiae, tuum est tribunal, tuum judicium, tuus thronus et tuum regnum. Ideo scio et certus fui et semper sum, quod vindicas causam meam et inimicum convertis retrorsum, prosternis et perdis etc. In hunc sensum et Ps. 93. dicit: „Dominus regnavit, decorem indutus est,“ et iterum: „Parata sedes tua ex tunc, a saeculo tu es,“ et sequitur: „Elevaverunt flumina fluctus suos, mirabiles suspensurae maris, mirabilis in altis dominus.“ Una est enim consolatio oppressorum, scire, quod Christus sedet rex et judex omnium. Sic Petrus 1. Pe. 4. contra blasphemantes sanctimoniam fidelium dicit: „Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos et mortuos.“ Quanquam hoc Ps. de extremo judicio proprie non loquatur, terret tamen eo judicio, ut videbimus, sicut et Petrus hic facit.

Ex his nunc colligi potest, quosnam dixerit inimicos suos. Cum enim causam suam vindicatam a Deo jactet, evidens est se passum et oppressum fuis-

se ab iniquis, multis, magnis, astutis, coram quibus adeo impotens, derelictus, contemtus fuerit, ut causa sua a nullo homine, sed a solo Deo sit suscepta. Non enim gloriaretur in Deo vindice, nisi desertum et solitarium sese sensisset coram hominibus. Atque ita versus hic nobis nihil quaerentibus per se aperit et describit utriusque partis conditionem, illius, quae Dei est, afflictam et derelictam, hujus, quae mundi est, potentem et multis stipatam. Tantis videlicet per totam scripturam exhortationibus consolamur, si pro veritate patiamur, nec sic tamen audemus Christum confiteri libere et publice.

Illud grammatici viderint, an latine dictum sit: „Fecisti judicium meum et causam meam.“ Mihi facere causam et judicium, idioma hebraeum videtur pro expedire causam, sicut vernacula germanica sonat. Latini enim agunt causas, et ferunt sententiam. Hic autem faciendi verbum, quod עָשָׂה diximus esse, habetur, ut partibus inter se contendentibus et causas agentibus dominus judex lite diremta statuat et faciat justitiam et pacem. Utrumque autem nomen hebraice judicium significat, מִשְׁפָּט et דִּין, quorum unum reddidit judicium, alterum causam, forte quod in qualibet causa duo sunt officia judicii, alterum justificandi innocentis, alterum damnandi nocentis, quasi dicat: Jus utrumque meum est, meae causae justificandae et illius damnandae.

„Sedisti super thronum,“ periphrasis esse videtur pro eo, quod est: Rex, judex factus es, quod Ps. 2.: „Ego autem constitutus sum rex ab eo,“ quomodo et Ps. 110. dicitur: „Sede a dextris meis,“ quod aliis verbis Ps. 97. dicitur: „Dominus regnavit.“ Hoc enim coeptum est assumto Christo in

coelum, sicut praedictum est Isa. 9.: „Super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut corroboret illud in judicio et justitia, a modo usque in sempiternum.“ Hiere. 23.: „Ecce venient dies, dicit dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra, et hoc est nomen, quod vocabunt eum: Dominus justus noster.“

Ex his verbis patet, nulli mortalium in universis saeculis tribui posse gloriam justitiae et sapientiae. Quotquot enim reges fuerunt, quos sapientes et justos jactant libri hominum, stulti et injusti omnes fuerunt. Nam etsi humana et politica seu sapientia seu justitia claruerunt, coram Deo tamen et in his, quae Dei sunt, vani, mendaces, iniqui reperti sunt. Quod luce clarius est tam in republica Romana, quam Judaeorum. Nonne Romani pulcherrimas leges condiderunt? Nonne justitia gentes frenabant superbas? At cur Christum et christianos tam atrociter persecuti sunt? Scilicet justitia eorum species fuit in oculis hominum, in re coram Deo nihil. Sic audet apostolus, 1. Cor. 2.: „Nos loquimur sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam nullus principum hujus saeculi cognovit. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor hujus saeculi?“ Solus itaque Christus sic sedet in solio et regno, ut justitiae rex et judex sit in his, quae Dei sunt. Ideo et solus regnat, nec regni ejus erit finis. Sicut enim judicium justitiae ejus comparat ad judicium justitiae hominum tanquam ad iniquitatem, ita et regnum ejus ad regnum hominum comparat tanquam ad servitutem ac captivitatem. Ipse enim solus proprie et super omnia regnat, omnia potest, et omnia juste vult, ideo gaudeant omnes inique in mundo pressi.

Et quid est aliud universus iste tumultus regnorum et magistratuum mundi, in quibus judicia et justitiae celebrantur de rebus temporalibus, pecunia, honore, voluptate, et similibus, nisi quaedam fabula seu comoedia? Nam in his omnibus peccatum non tollitur, nec justitia confertur, sed tollendi peccati et conferendae justitiae simulachra et imagines exhibentur, et sunt tamen tam stulti quidam, qui hos ludos seria ducant. Verum Christi regnum semper in scripturis cum judicio et justitia commendatur, quod veterem hominem cum actibus suis judicet et mortificet, et novum hominem justificet. Ideo soli ei attribuitur a Hiere. 23., quod ipse judicium et justitiam faciat in terra, aperte pronuntians ceteros omnes in terra nec judicium nec justitiam facere, sed, ut dixi, tantummodo simulare. Quare longe sublimius judicium et justitia in sacris literis, quam in profanis et juribus accipienda sunt. Judicium enim est mors peccati, justitia vita aeterna in Christo, quae sunt divini muneris, non humani.

Proinde verba hujus versus quendam in saeculares judices et reges stomachum habent, quasi per antithesin dicat: Quid illi judices et reges inflantur, qui contra me pro sua causa judicant? Tu vere solus es rex et judex omnium, cui illi comparati picti reges sunt, quia tu juste judicas, etiam ea peccata, quae illis justitiae videntur. Sed quaeres: Quo negotio, quo exercitu, quo juris processu, quibus advocatis, quibus testibus causam ejus et judicium ejus fecit? Sequitur:

Increpasti gentes et periit impius, nomen eorum delesti in aeternum et in saeculum saeculi.

Putabam audituros nos esse fragorem armorum

et quadrupedantem aliquem tumultum equorum et equitum, et ecce sonum et increpationem verbi facit tanti negotii machinam. Increpat solum et facta sunt omnia. Quis non miretur? Hoc est, quod ex ore infantium et lactentium perficit virtutem. Hoc est, quod Spiritus veritatis arguit mundum de peccato, de justitia et de judicio, solo verbo facit omnia. Et quando de gentibus potissimum loquitur, et increpatio ista, si per quenquam, vel primo vel maxime per apostolum Paulum, gentium doctorem, completa est, dignum est hunc exempli vice pro hoc versu adducere, quando non est dubium id, quod hic dicitur, per ipsum gestum esse. Vide, quam increpet Ro. 3.: „Omnes peccaverunt et egent gloria Dei." Et rursus: „Causati sumus Judaeos et Graecos omnes sub peccato esse." Et 2.: „Inexcusabilis es omnis homo, qui judicas, eadem enim facis, quae judicas." Et 5., ubi peccatum et mortem in omnes transiisse clamat, „et in quo (inquit) omnes peccaverunt."

In universum, tota illa epistola, meo judicio totius sacrae scripturae tum commentarius, tum epitome, imo lux et apocalypsis, quem non reum statuit mortalium? Quanta fiducia universos increpat? Quod nullus alius liber scripturae tanta copia, tanta luce facit, ut huic versui glossa non inepte daretur ista. „Increpasti gentes," scilicet, per apostolum Paulum, verbo quidem multas alias, literis autem maxime Romanos.

Usus est autem hoc loco magis verbo „increpasti,", quam alio quopiam, quo simplex verbi praedicatio significaretur, quia hoc ad rem conveniebat, ut exprimeret modum universi negotii, quo convertit inimicum, et vindicat causam עַלְמוּת. Increpare enim est ar-

guere, reum facere, terrere, quod maxime fit, ubi conscientia cujusque verbo Dei convenitur. Ibi incipit fuga, ibi ponitur praesumtio et fiducia sui, et prorsus elanguet ac concidit omne robur carnis. Quod non fit, ubi simplex dictio non movet, multi enim audiunt, sed insensati non moventur. Ideo in increpatione non modo verbum, sed virtus quoque verbi et energia commendatur, ubi et audiunt et terrentur auditis, ut illi Act. 2. ad vocem Petri compuncti dicebant: „Quid faciemus fratres etc."

Ac vide spiritum non dolosum quidem, sed insuperabilem bellatorem. Verbo pugnat, sed cui nemo resistat. Cur ita? Homines contra homines pugnant armis et viribus corporalibus, ubi neutri neutris fiduciam cordis auferre possunt, ideoque et neutri neutris cedunt, atque si etiam corpus, non tamen animum morituri relinquunt, nec ullus repertus est hominum, qui alterius hominis animum vincere potuerit. At spiritus in sua pugna corpus et vires ejus omittit, ad conscientiam apponit vocem solam, et mox ruit omne praesidium, omnis fiducia, omnis virtus.

Quis non haec narret mirabilia? quis enim stet ad vocem hanc Pauli Ro. 1.: „Revelatur ira Dei de coelo super omnem impietatem hominum eorum, qui veritatem Dei in mendacio detinent?" Quis consistit? quis confidit? quis audet, cui divina majestas nuntiatur irata? Aut quis non convertitur retro, cadit, perit, cujus conscientia verbo Dei increpata sibi ipsi malo testimonio dissentit? Victo autem hac arte animo hominis, et obtentis penetralibus regnis, quid est reliquum in homine, quod victum non est? Et adeo potens est illa victoria, ut etiam inter homines videamus contingere, quod ferre neque judicium, neque

increpationem, neque famam, neque periculum possit, quem conscientia vexet, verumque sit proverbium illud: Conscientia mille testes, et illud trivii: Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Ideo recte sequitur:

Et perdidisti impium. Sic enim Hebraeus habet. Hac enim increpatione tactus statim intelligit suam miseriam. Sic Paulus increpatus de coelo statim de impio Christi adversario factus piissimus discipulus dixit: „Domine, quid me vis facere?" Non sustinet hanc increpationem spiritus hominis, sed sicut fulgure perstrictus subito immutatur et vertitur. Sic Ps. 18.: „Ab increpatione tua, ab inspiratione spiritus irae tuae."

Non est necesse iterum admonere figuram synecdochen impium pro impios, cum sit tam frequens, deinde jucundiorem locutionem etiam in nostra vernacula habet, ut vulgo dicitur: Deus adjuvat fortiorem, id est, fortiores. Quare ne taedio sim, deinceps non admonebo, satis habens, quod semel admonuerim esse eam fere unam omnium usitatissimam in sacris literis.

„Impius," hic רָשָׁע ille est, quem Ps. 1. et 5. satis exposuimus esse eum, qui fide inanis multa specie fulget, et nihil minus quam impius esse apparet. Et hic est inimicus ille, qui עַלְמוּת maxime persequitur zelo Dei et justitiae, cujus conversio et difficilior et mirabilior est, nec verbo nudo possibilis, nisi increpationis incrementum accesserit.

„Nomen eorum delesti." Ecce quod dixi, impios esse, qui pulchro nomine vehuntur. Dictum est enim Ps. 5. et 8., quomodo nomen in scripturis significet famam. Nomen habent, quod vivant (ut Apo. 3. dicitur), et sunt mortui. Quo nomine inflati securius persequuntur et foedo nomine conspurcant עַלְמוּת adversariam. Deletur ergo nomen eorum, quando increpati

verbo spiritus seu potius spiritu verbi positis veritatis, sapientiae, justitiae fiducia, opinione et nomine infirmantur, stulti et peccatores fiunt, gratiam Christi in humilitate et solatium communionis עַלְמוּת filii in tremore quaerentes, ut jam nomen stulti et peccatoris non erubescant.

„In aeternum et in saeculum saeculi.“ Hoc indicat, quod increpatio efficax est. Ubi semel tetigerit cor, sic mutat hominem, ut in aeternum non possit de suo nomine gloriari et vanus fieri, sed etiam si cadat aliquando, tamen opinionem rectam de Deo non amittit, semper sciens solius Dei esse et opus et nomen bonum.

Inimici defecerunt frameae in finem, et civitates eorum destruxisti, periit memoria eorum cum sonitu.

Totum hoc versus unus est Hebraeis. Hiero. sic: Inimici completae sunt solitudines in finem, et civitates subvertisti, periit memoria eorum cum ipsis. Obscurus plane versus. Constructio et ambigua et insolita videtur, quod „inimici defecerunt frameae“ Latinis ita sonet, ut nescias, utrum singulare aut plurale, et an genitivi vel nominativi sint „inimici“ et „frameae.“ Ego citra temeritatem pono meum sensum et judicium. Vocabulum „frameae,“ quod procul dubio hebraeae originis est, a verbo פָּרַם, quod scindere significat, unde a scindendo frameam dicunt gladium seu cultrum, quasi framea sit idem, quod scissorium (ut ita dicamus), hoc inquam vocabulum frameae redditum est hebraeo nomini חֳרָבוֹת, quod pluralis numeri est a חֶרֶב, quod gladium significat, hoc no-

ster interpres sequitur, vel a verbo חָרַב, quod vastare, desolari significat, a quo Hieronymus transtulit solitudines. Quare me judice sensus est:

„Inimici defecerunt frameae," seu solitudines, id est, vastationes inimici vastatae sunt, seu cessaverunt vastare, ut sonet aliquid tale, quale dicitur Ps. 68.: „Cepisti captivitatem," et Isaia 33.: „Vae qui praedaris, nonne et ipse praedaberis? Qui spernis, nonne et ipse sperneris? Cum consummaveris depraedationem, depraedaberis, et cum fatigatus desieris contemnere, contemneris." Et consonat fere hic versus cum ejusdem Isaiae 14.: „Et erit in die illa, cum requiem tibi dederit Deus a labore tuo et a concussione tua et a servitute dura, qua ante servisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, et dices: Quomodo cessavit exactor? quievit tributum? Contrivit dominus baculum impiorum, virgam dominantium, caedentem populos in indignatione plaga incessabili, subjicientem in furore gentes, persequentem crudeliter." Et infra: „Ex quo dormisti, non adscendit, qui succidat nos."

Igitur, sive frameae sive vastationes dicas, ipsas persecutiones significat ecclesiae, quibus eam sciss erunt, persecuti sunt et vastaverunt principes hujus mundi, praesertim Judaei, quae penitus cessaverunt, ubi increpatis gentibus impii perierunt, et nomen eorum deletum est in aeternum. Consequens est enim, ut persecutio cesset, quando persecutor amplius nullus est. Quare haec syntaxis: „Inimici defecerunt frameae," ubi genitivus primo loco ponitur, similis est illi Ps. 3.: „Domini est salus." Ita hic: Inimici desertae sunt vastationes, hoc est, inimicus desiit

vastare, sicut domini est salus, id est, dominus salvum facit.

„In finem“ vero exuberantis affectus causa dicitur, quo exprimit vastationem inimici sic desiisse, ut non sit spes aut timor resuscitandam. Desinunt enim impii quandoque vastare, sed nondum statim finis, manente enim odio redeunt ad furorem tempore et occasione datis. At qui spiritu increpante salubriter pereunt in alios homines mutati, quia diligunt, non possunt unquam in aeternum ad persecutionem reverti, quin ipsi patiuntur potius cum illis. Atque ita desiit in eis vastatio usque in finem, ut nec odium, quod fons est persecutionis, reliquum sit, sed omnia in amorem, qui fons est pacis et quietis, sint mutata, quo sensu et Ps. 2. dictum est: „Tanquam vas figuli confringes eos.“

Sed quomodo destruxit civitates? Vim verbis facio invitus, et tamen non patitur consequentia nec spiritus, in quo loquitur propheta, ut de corporali vastatione intelligatur. עֲלָמוֹת enim abscondita et spiritualis triumphatrix loquitur, cujus arma sunt verbum et fides. Deinde gentes sola increpatione Dei perdidit, deleto nomine eorum et vastatione eorum finita. Quare et civitates eadem increpatione destructas oportet intelligi.

Simili sententia dicit Micheas 5., ubi de reliquiis Israel in medio gentium victricibus dixerat: „Et exaltabitur, inquit, manus tua super hostes tuos et omnes inimici tui interibunt.“ Subdit: „Et erit in die illa, dicit dominus, auferam equos tuos de medio tui, et disperdam quadrigas tuas, et perdam civitates terrae tuae, et destruam omnes munitiones tuas,“ et mox: „Evellam lucos tuos, et conteram civitates

tuas." Ex quo loco adjuti, cum manifeste de opere spirituali loquatur, dicemus et hic everti civitates, quando verbum fidei inter homines praedicatum venit non mittens pacem, sed gladium, et separat patrem adversus filium, nurum adversus socrum suam, ut confuso mundi sensu sint inimici homines domestici ejus, sic enim subversae sunt feliciter civitates hostium.

Et civitates potissimum nominat, quod in his sit primo plurium hominum congregatio, in quorum publico verbum Dei praedicandum fuit, deinde, quod in eis sit civilior hominum sensus, id est, major prudentia carnis, quae inimica Dei est. Ideo mundum in suis praestantioribus et capitibus et quibus maxime valet, aggressus est Christus verbo suo, civitatibus enim subversis et reliquum vulgus mundi subversum est. Sed et b. Aug., etsi nomen civitatis trahat in tropologiam, tamen verbum „destruxisti" de spirituali destructione intelligit. Dixi autem et antea in sacris literis oportere magis observari verba, quam nomina, pro intelligendo spiritu, ut Ps. 72.: „Et dominabitur a mari usque ad mare etc. Hic non est mare aliud, quam corporale intelligendum, non tamen est carnale dominium (more judaico) intelligendum. Ita hic civitates proprie et ad literam sunt accipiendae, sed destructio non carnalis, sed spiritualis accipienda est.

Igitur adeo cessavit framea vastationis inimicae, ut etiam ipsi et eorum civitates vastentur et subvertantur. Qui autem volet aliter effugere, habet pro se hebraei nominis ambiguum. Nam nomem עָרִים volunt, si abjecto Iod scribatur, ut hoc loco, significare non tantum civitates, sed etiam hostes. Nam pronomen „eorum" non est in hebraeo. Sic illud Micheae 5.: „Et conteram civitates tuas." Dicit Reuch-

lin Hebraeis haberi: Et conteram hostes tuos. Quod an aliquid faciat, in medio relinquo. Hoc certum est, sive civitates sive hostes dixeris, idem in sensu manere. Diximus enim civiles homines, et filios hujus saeculi pro sua prudentia esse maxime adversarios crucis, quos et idem verbum maxime petit, haeret enim aries noster cum cornibus in istis vepribus.

„Periit memoria eorum.“ Patet aliud esse nomen eorum, quod deletur, et aliud memoriam, quae perit. Nomen enim eis detractum est, in quo sibi placuerunt, et redditum Deo, dum sese peccatores, ignominia dignos cum humilitate confitentur. Deinde sic sunt omnia eorum per verbum fidei vastata, substantia, nomen, potentia, multitudo, ut horum ne memores quidem sint. Atque ex usu popularis proverbii hoc dicitur, ubi de hominibus vel factis eorum perditis dicitur: Man gedenkt sein nit mehr, id est, non sunt in memoria amplius, extremum vastitatis perfectae est ipsa oblivionis perpetua sepultura. Ecce ergo virtus verbi et fidei, quae impios reddit pios, et peccata eorum et arma iniquitatis in aeternam oblivionem perdit, ut sint in aeternum alia substantia, alio nomine, alia potentia, alia multitudine, alia memoria servati apud Deum.

Illud „cum sonitu“ transtulit Hiero.: cum ipsis, ac hebraice ad verbum sic habet: Periit memoria eorum, ipsi. Praepositio „cum“ non est in textu. Est autem affinis dictio eadem verbo, quod sonare significat. Hoc secuti sunt, qui transtulerunt: „cum sonitu.“ Ego pro mea simplicitate hypodiastolen amplector, et per conjunctionem: et sic expono: Periit memoria eorum et ipsi, cum iste hebraismus sit et in aliis locis frequentissimus, sicut dictum est Ps. 4. in

versu: „Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.“ Quare propheta mihi adjecisse videtur in fine: et ipsi, vel epilogi vice, vel affectus exuberantia, ac si dicat: Periit memoria eorum et ipsi. Adeo scilicet omnino in nihilum abierunt cum omnibus suis. Sie seind dahin.

„Cum sonitu,“ Aug. interpretatur: cum strepitu, seu tumultu, quo impii fremunt, dum pereunt et ne pereant, resistunt, vel quod perit memoria eo ipso tumultu simul pereunte. Atque quid refert super commentitium textum varias comminisci glossas, ut „cum sonitu“ etiam intelligas: velociter, sicut sonus periit? Sic enim et fugitivae umbrae Job. 14. comparat hominem. In his abundet sensu suo quilibet.

Et dominus in aeternum permanet, paravit in judicio thronum suum.

Hierony. sic: Dominus autem in aeternum sedebit, stabilivit ad judicandum solium suum. In quo manifestius non modo duratio, ut noster interpres sonat, sed officium quoque Christi declaratur, quod est duplex, judicare et justificare, occidere et vivificare, damnare et salvare. Per judicium humiliat superbos, per justitiam exaltat humiliatos. Quod ergo thronum suum paravit, ut judicet, hoc est, quod Malach. 3. dicit: „Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum, et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum et quasi argentum, et erunt domino offerentes sacrificia in justitia.“

Sic enim, ubi increpatis gentibus perierit impius, et amisso nomine peccatum suum agnitum confessi fuerint, aliud non est reliquum, nisi ista quotidiana

purgatio peccati, renovatio mentis de die in diem, iter de virtute in virtutem, destructio corporis peccati. Quod agitur, dum aut variis passionibus exercitamur, aut ipsimet peccatorum nostrorum assidua memoria nobis ipsis displicemus, gemimus, laboramus in humilitate, juxta illud Ps. 51.: „Et peccatum meum contra me est semper.“ Unde Ezech. 20.: „Et recordabimini ibi viarum vestrarum et omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis, et displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas fecistis, et scietis, quia ego dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait dominus Deus.“

Hac theologia crucis omissa periculosissime ambulant in magnis et mirabilibus super se otiosi quaestionarii, quasi non habeant, quod lugeant. De quibus Isaiae 58.: „Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quaerunt, et scire vias meas voluit, quasi gens, quae justitiam fecerit, et quae judicium Dei sui oblita non fuerit etc.“ Quid his verbis voluit? nisi quod curiosos speculatores operum Dei retraxit in cognitionem et cogitationem peccatorum suorum, ut cogitarent pro peccatis suis (Ps. 38.) et essent in his assidue, quae eis Deus praecepit. Hoc enim est judicium Christi in hominibus, sic exercet nos in peccatorum nostrorum luctu, poenitentia et labore.

Proinde speculativa illa theologia, quae sui oblita in divina sursum fertur, Satanae praecipitium quaerit et invenit.

Legimus in vitis patrum, quomodo duo fratres

juniores de Melchisedech quaestionem agitantes ad seniorem retulerunt, qui tunso pectore suo: Vae mihi, inquit, peccatori, qui neglectis peccatis meis has inanes quaestiones sector. Tum illi erubescentes cum silentio in suam sese quisque cellam proripuit. Et ubi nostri parebunt, qui non de Melchisedech, sed de Aristotele et Porphyrio tam frivola versant pretiosissimo tempore tam infeliciter perdito et judicio hoc Christi posthabito? Sane et sponsam in Canticis 6. reprehendit, nimio studio scrutandi Dei intentam: „Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt.“ „In laboribus hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia.“

Sed et illi hoc Christi judicium impiissime impugnant, qui hominibus deceptis remissiones (ut vocant) omnium poenarum et culparum plenarias mendaciter securitate vanissime promissa concedunt, dicentes: Pax, pax, et non est pax, atque ut Isaias ait, facientes populum Dei fidere in mendacio, et rursum. 3.: „Popule meus, qui te beatificant, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant.“ Stat enim sententia: Paravit ad judicandum thronum suum. Sic et Ps. 122.: „Quia illic sederunt sedes in judicio.“ Quem enim non mordet suum peccatum, quomodo sitiet gratiam Dei? Qui non sitit, quomodo quaeret? Qui non quaerit, quando inveniet?

Nec frustra dicitur: Dominus in aeternum sedebit, quod referri debet ad tempora hujus vitae. Non enim erit peccatum post hanc vitam, ad quod judicandum tunc sedeat, sed erit et ipse filius subjectus ei, qui subjecit ei omnia, tradens regnum Deo et patri, postquam subjecti fuerint omnes inimici sub pedibus ejus, ut 1. Cor. 15. docet apostolus. Semper itaque

sedet, quia semper est peccatum, quod in nobis judicet, ut nobis destructis ipse perseveret, et transferamur nos in illum, et non ille in nos. Qui vere hoc judicium domini portaverit cum Michea 7. dicens: „Iram domini portabo, quoniam peccavi ei," dignus erit, ut eductus cum eodem Michea in lucem videat, videat justitiam Dei, et cum sederit in tenebris, erit dominus lux ejus. Unde sequitur:

Et ipse judicabit orbem terrae in aequitate, judicabit populos in justitia.

Idem fere versus Ps. 98. sic est redditus: „Judicabit orbem terrarum in justitia, et populos in aequitate," quod Ps. 96. dicit: „Judicabit orbem terrae in aequitate, et populos in veritate sua." Verum et aliis locis duo haec nomina, justitia et aequitas, sunt inconstantissime reddita, alterum pro altero, et aliquando aequitas pro recto, et econtra. Fuit autem hoc versu justitia priore loco, et aequitas posteriore ponenda. Sic enim Hebraeus habet, auctore etiam Hieron.: Et ipse judicabit orbem in justitia, judicabit populos in aequitatibus," hoc est, in rectitudinibus, quas Ps. 99. directiones vocat: „Tu (inquit,) parasti directiones."

Debemus autem justitiam et aequitatem intelligere, non internam Christi solum, qua ipse justus et aequus est, sed opera ejus, quibus justificat et rectificat populos, et gratiam ejus, qua illis justitiam et aequitatem largitur. Alioquin quis staret ante thronum ejus, quantumlibet sanctus, si justitia et aequitate sua homines judicaret? Sicut de Salomone potest dici, quod fuerit rex regnans in divitiis, gloria et pace, quia non solus ipse, sed et subditi sui per eum dite-

scebant, gloriabantur et pace fovebantur, ut 1. Reg. 4.: „Habitabatque Juda et Israel absque ullo timore, unusquisque sub vite sua et sub ficu sua, a Dan usque Bersabeae.“ Alioqui miserrimo et infelicissimo regno regnasset, si subditi sui fuissent omnes pauperes, infames, inquieti, stulti etc.

Ita regnum Christi in veritate, justitia, aequitate, pace, sapientia consistit, non quia solus ipse, sed et fideles sui per eum sunt veraces, justi, aequi, pacifici, sapientes. Esset enim infelicissimus, si sui essent mendaces, peccatores, iniqui, inquieti, insipientes, quale est diaboli regnum. Sic Isa. 35. praedixit: „Non adjiciet ultra, ut pertranseat in te immundus et incircumcisus.“

Justitiam et aequitatem, ne affectemus copiam et varietatem, pro nostra sive temeritate sive libertate arbitremur ex Ps. 5. esse aliud nihil, quam opus misericordiae et judicii Dei, dicitur enim illic: „Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.“ Et iterum: „Deduc me domine in justitia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meam.“

Qui enim proposita misericordia Dei, firma fide in eum credit atque confidit, hic justificatus est, ac sic intrat in misericordia, et deducitur in justitia, et vere regitur a Christo sedente et in justitia ejusmodi judicante orbem terrae. At qui sic ingreditur in justitia, multis in via sua scandalis petitur a carne, mundo et diabolo, juxta illud Ps.: „Juxta iter scandalum posuerunt mihi,“ si quo modo offendat ad lapidem pedem suum. Donec enim in carne vivimus, insidiatur

calcaneo nostro serpens antiquus, ut viam nostram depravet aut detorqueat a recto incessu. Ideo hic judicium Dei propositum incutit timorem, qui praeservat et facit, ut declinemus a malo, ne seducantur sensus nostri per Satanam, sicut Eva seducta est, a simplicitate, quae est in Christo, ut coepto et recto itinere procedamus, et haec est rectitudo seu aequitas ista.

Quare licet haec duo in spirituali isto negotio aestimare, sicut apud medicos medicinam sanativam et praeservativam, seu ut aliud sit, quod aeger sumit, aliud a quo abstinet, donec sanetur: ita mihi videretur justitia esse gratia, qua per fidem in Deum justificamur, rectitudo abstinentia quaedam, qua abstinemus ab omnibus illecebris aut minis, quibus homo averti et in sua curvari ac depravari possit, sive per hanc perseverantiam sive temperantiam, aut quovis alio nomine quis appellet.

Eadem duo per justitiam et judicium significari arbitror, quae fere semper componuntur in sacris literis, ut Ps. 119.: „Feci judicium et justitiam." Et iterum: „Beati, qui faciunt judicium et justitiam in omni tempore." Eadem duo per justificationem et mortificationem membrorum post justificationem exercendam intelligerem, licet rectitudo magis ad affectum referatur, quam ad tumultum mortificationis, qui judicio et cruce peragatur. Nam is utique rectus est, qui integri ac sinceri tum judicii tum affectus esse perseverat, quamcunque in partem oblata vel causa vel occasione. Quae rectitudo Ps. 91. certe copiose describitur, ubi dicitur:

„Qui habitat in adjutorio altissimi, in protectione

Dei coeli commorabitur, dicet domino: Susceptor meus es tu etc." Haec enim ad fidem et justitiam pertinent. Deinde sequitur: „Scuto circumdabit te, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit." Quare? Quia nec ad dextram nec ad sinistram declinat, sed media regia rectaque via incedit. Et infra: „Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis." Certe haec custodia facit, ut in via recta perseveret adversus omnes illecebras ad pravitatem allicientes. Denique sequitur: „Super aspidem et basiliscum ambulabis, conculcabis leonem et draconem." Quid hoc? nisi quod calcanei sui universas insidias vincit justus rectitudine sua.

Hanc rectitudinem apostolus Rom. 6. et 13. aliisque locis commendat, ubi docet nos esse justificatos quidem per fidem, sed tamen sollicitos reddit, ne obediamus concupiscentiis, nec membra exhibeamus arma iniquitati, sed renovemur de die in diem, exuentes veterem hominem, et induentes novum. Nec est dubium, quin in hebraeo plurali numero dixerit: In rectitudinibus, quod nostra translatio singulariter dixit: „In justitia" (quod et ipsum pro aequitate permutavit), ut ostenderet infinita illa maris hujus magni reptilia, et animalia magna cum parvis, id est, varias insidias, quibus via justitiae impetitur, ut, etsi una sit justitia et rectitudo, multae tamen dicantur, quia multis exercetur pravitatibus et toties velut renovatur.

Ex his intelligamus, quam magna gratia sit habere Christum judicem in justitia et rectitudine, atque quam

recto ordine justitiam praeposuerit aequitati, cum multi sint, qui incipiant per fidem justificari, sed statim depravantur et obliquitatibus deturbantur in alienam viam, manente nihilominus (ut ipsi putant) fide saltem acquisita, quam vocant. Et haec obliquitas seu pravitas maxime periculosa est in rebus spiritualibus, de quibus Ps. 5. diximus. Hanc justitiae et aequitatis differentiam interim sequemur, donec meliora invenerimus, quae multum meo judicio lucis afferunt variis scripturae locis, quae his vocabulis utuntur.

Illud leviculum est forte, non tamen praetereundum, quod verbum „judicabit" non tam operis quam officii seu dignitatis significationem hebraico more habet, sicut Ps. 110.: „Judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum." Sic in libro Judicum de rectoribus populi Israel dicitur, quod judicaverint, id est, praefuerint Israel.

Quo significatur, quod regnum Christi constitutum sit in expugnandis non urbibus aut hominibus, sed peccatis et vitiis, et qui vice hujus regis praesunt, in judicio ejusmodi praeesse debent, unico hoc scopo observato, quo reddant populum Christi a peccatis et erroribus quam purissimum, sicut Ps. 122. dicitur: „Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David." Judicium enim est officium respectu inferioris, quo rectificatur, et a peccatis emundatur. Justitia est officium respectu superioris, quo obeditur ejus verbo. Alterum hoc ad spiritum justificatum, alterum illud ad carnem mortificandam pertinet, utrumque tamen ab uno eodemque Christo rege et judice proveniunt, ministerio verbi per apostolos apostolicosque viros.

His dictis nihil obstat, si hunc versum ut generalem sententiam aptes etiam extremo judicio novissimi diei, atque in universum omni judicio, sive severitatis, quo perduntur impii etiam in hac vita, sive bonitatis, quo convertuntur electi, unum est enim et idem judicium Dei in omnes. Qui enim judicari nolunt suaviter, nec in aequitate a peccatis purgari, ut salventur in justitia spiritus, sibi ipsis ex judicio bonitatis faciunt judicium severitatis, manente nihilominus justitia et aequitate in vasis misericordiae. Peccatum enim aequitate judicii Dei damnari oportet, sive ab impiis separetur, sive in aeternum eis adhaereat.

Et hoc sensu apostolus hunc versum tractare videtur, Act. 17.: „Nunc Deus annuntiat hominibus, ut ubique omnes poenitentiam agant, eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in aequitate, per virum, in quo statuit, fidem praebens omnibus, suscitans eum a mortuis.“ Huc et Ro. 3. alludit: „Numquid iniquus est Deus, qui infert iram? Absit. Alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum?“ quasi dicat:. Utique in aequitate judicabit.

Nam et Petrus 1. Pe. 4. idem judicium Dei facit id, quo convertit impios, et quo damnat reprobos, dicens: „Quoniam tempus est, ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt evangelio? Et si justus quidem vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt?“ Ubi Petrus illud Prover. 11. tangit: „Si justus in terra recipit, id est, retribuitur ei sicut peccatori et impio, quanto magis impius et peccator?“ Quod hebr. dicitur: Ecce justo in terra retribuitur ira, quoniam impius et peccator. Vult autem Petrus illud Ezech. 9.

ubi dominus misso viro, qui atramentarium scriptoris in lumbis suis habuit, induto lineis, mandat, ut interficiat omnes usque ad internicionem. „A sanctuario (inquit) meo incipite,“ hoc Petrus dicit tempus judicii, quod inchoat a domo Dei. Quomodo et Hiere. 49.: „Ecce quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, et tu innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes.“ Ecce idem calix, sed diverso fine bibentes, alius hinc purgatur et convertitur, alius reprobatur et damnatur. Sic Deutr. 32.: „Judicabit dominus populum suum et in servis suis deprecabitur.“ Par itaque judicium omnibus, sed impar eventus.

Et factus est dominus refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus in tribulatione.

Hic alterum exercitum describit victorem, scilicet, piorum, ipsam עַלְמוּת. Eadem dictio hebraice est refugium et adjutor, quam Hiero. reddit: Et erit dominus elevatio oppresso, elevatio opportuna in angustia. Vult enim propheta populum pauperem apostolorum et martyrum esse elevatum et victorem factum futurumque super mundi magnates et gigantes per verbum Christi. Quo tropo Jsaiae 9. dicitur: „Et levabit dominus hostes Rezin super eum,“ id est, victores faciet hostes Rezin. Ita hic prophetat futurum, ut persecutores ecclesiae victi victrici ecclesiae victoriam cedant. Quod cum fieret, erat incredibile, nunc autem factum est mirabile, sicut erat cum et praediceretur, hoc totum increpante, judicante, sedente Christo in throno suo.

Quod „in opportunitatibus“ dictum est, heb. in temporibus dicitur, eadem dictione, qua Ps. 1.: „Et fructum suum dabit in tempore suo.“ Satis autem transtulit bene: „In opportunitatibus,“ in quo et impatientes arguuntur, et nos omnes consolamur. Impatientes enim, quibus omnis mora longa est, diem et modum Deo praescribunt, quo velint juvari, ut Judith 8. arguuntur: „Qui estis vos, qui in arbitrium vestrum diem constituistis ei?“ Promisit omnia petentibus, pulsantibus, quaerentibus se daturum, sed locum, tempus, modum, id est, opportunitates sibi reservavit soli. Si enim mox, ut clamamus, exaudiret, magno nostro malo exaudiret, primo, quod fidei, spei, caritatis nullus locus nullusque usus reliquus fieret, statim ad sensum expleto desiderio nostro, sicut Ps. 78. in deserto Judaei scribuntur non fraudati desiderio suo, cum postulassent carnes increduli et impatientes morae, verum et ira quoque Dei simul adscendit mox super eosdem, et perierunt. Deinde ubi fidei, spei, caritatis nullus usus esset, nulla quoque sequeretur purgatio peccatorum et mortificatio vitiosorum affectuum, quibus in res praesentes et sensibiles insanimus. Non purgatis autem affectibus et rebus carere non assueti nihil boni operis facere possumus, nec Deo unquam placere, quare nec salvi fieri.

Adeo sollicita est divina misericordia pro nobis, adeo propter nos differt dare, quod tamen praecipit postulare, quo possit multo lucro et cumulo nobis donare. Proinde Isa. 64.: „Oculus non vidit absque te, quae praeparasti exspectantibus te.“ Verbum observa „exspectantibus,“ et: Ea quae oculus non vidit, quibus apostolus 1. Cor. 2. addit: „Nec in cor

hominis adscenderunt," et pro „exspectantibus" reddit „diligentibus." Nam hi demum vere diligunt Deum, qui exspectant promissoris veritatem. Qui vero deficiunt, se ipsos potius diligunt. Sic Ps. 27.: „Exspecta dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, et sustine dominum." In hanc rem multa praeclare Joh. Taulerus in ser. vernaculis. Nam hi sunt recti corde, de quibus Ps. 73.: Quam bonus Deus Israel his, qui recto sunt corde," et cetera, quae pulchre huc consonant. Rectum enim cor diximus, quod non quaerit, quae sua sunt, nec in se ipsum depravatum est*), et huic bonus est dominus, quia ipsi gustant et vident, quoniam suavis est dominus.

Et his duobus nominibus proprie exprimitur conditio עַלְמוֹת nostrae, id est, absconditae juventutis, seu populi novi, in mysterio fidei viventis, quod pauper et tribulatus describitur. Ut enim impios inimicos famosi nominis, magnae potestatis et frameae et multae turbae in civitatibus esse, ac per hoc foris speciosos et apparentes descripserat, ita econtra pios oportuit describi contraria sua forma paupertatis, tribulationis, infirmitatis, ignobilitatis, et tamen huic contemtibili dari victoriam adversus magnificos illos et superbiam Jordanis, ut stet, quod dixit, se mirabilia Dei narraturum, gaudens in domino, qui deponit potentes, et exaltat humiles, et humilia respicit in coelo et in terra.

*) In edit. princip. hoc vocab. deest.

Et sperent in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quaerentes te domine.

Quid sit nosse et diligere nomen domini et sperare in eo, abunde Ps. 5. dictum est eo versu: „Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum etc.“ Pertinet autem tam spes quam notitia nominis Dei ad formam עַלְמוּת depingendam, quod vita ejus sit in spe abscondita, et nomen suum non agnoscat, glorietur autem in solo Dei nomine, ubi impii in re apparente et in suo nomine gloriantur.

Hoc autem potest intelligi indicativo futuro dictum: Et sperabunt in te, qui noverunt etc., ut sit ex praeterito exemplo liberationis confortatio spei in futura tribulatione, quo affectu Ps. 4. incipit: „Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiae meae, in tribulatione dilatasti mihi,“ ut ibi dictum est. Loquitur enim hic versus ad consolationem infirmorum, ut sperent in Deum omnes, qui invocant nomen ejus, visis tot ejus mirabilibus praeteritis.

Et illud adversus sensum carnis dicitur: „Quoniam non dereliquisti quaerentes te,“ ut opportunitatem discant exspectare, apparet enim omni sensui, Deum dereliquisse quaerentes eum, contra quas procellas cogitationum hujus versus rupes est firmanda, et dicendum cum fiducia: „Non dereliquisti quaerentes te domine.“

Psallite domino, qui habitat in Zion, annuntiate inter gentes studia ejus.

Ecce et hic versus declarat, quos nomine עַלְמוּת

intellexerit in titulo, nempe reliquias Israel, qui relicta vetere synagoga, quae in splendoribus mundi et sanctis saecularibus spectabilis erat, per fidem nati sunt in novum populum et juventutem spiritualem, quae ambulet non in pompis ceremonialibus literae, sed in spiritu novitatis, sub cruce et passionibus contemta laborans. Hoc nimirum indicat, quod habitatori Zion psallere jubet, et annuntiare in gentes studia Dei. Nec enim alii praedicaverunt gentibus sacramenta illa Dei, nisi apostoli et alii ex Judaeis conversi, ut Isa. ult. praedixit: „Et mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes, in mare, in Africam et Lydiam, et sagittarios in Italiam et Graeciam, ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt de me, nec viderunt gloriam meam, et annuntiabunt gentibus gloriam meam, et adducent fratres vestros de cunctis gentibus etc" Item ex Mich. 5. supra retulimus de reliquiis Jacob in medio populorum multorum.

Nec oportet hoc loco Zion allegorico sensu trahere ad ecclesiam per orbem diffusam, sed ipsam ad literam civitatem Hierusalem, in qua Christus instituit, coepit et perfecit ecclesiam suam, intelligimus, cum de his loquatur, scilicet, primitivis apostolis et sanctis, qui in monte Zion et Hierusalem habitaverunt. De Zion autem Ps. 2.. dictum est, quomodo Christus constitutus sit rex super Zion montem sanctum ejus. Non enim fecit et abiit, sed constitutus habitat in Zion, praesentissimus nobis factus.

Quod dictum est adversus larvas eorum, qui in hominum facies intenti ecclesiae regnum, quasi Christus in triumphante ecclesia regnet solum, militantemque hominibus reliquerit, paene vendicant humanae temeri-

tati et potentiae. Si enim credimus verum esse, quod hic dicitur, Christum habitare in Zion, quid tam anxie pro nostris juribus, titulis, ditionibus laboramus? Cur tot traditionibus, foederibus, pactis, imo bellis ac discordiis tumultuamur? Et cui animas in baptismo in aeternum victuras concredimus: cur corpora et res nostras hominum studiis ita tenemus, roboramus, tuemur? Verum non credunt istiusmodi Christum in nobis habitare, ideo digna incredulitatis mercede donati traduntur in sensum reprobum, ut faciant ea, quae non conveniunt.

Subindicat vero propheta futurum, ut desertis Judaeis Christus in gentes praedicaretur, dum inter gentes annuntianda praedicit studia Dei, et jam incipit eas quoque passiones et victorias recensere, quae fidelibus inter gentes contigerunt, ut videbimus ordine suo.

Studia, quae hoc loco hebraice עֲלִילוֹת dicuntur, alii opera, alii mirabilia, alii consilia transtulerunt. Mihi prae omnibus placet, quod nostra translatio habet, studia, quo generalissimo nomine comprehenduntur opera, exercitia, negotia cujusque hominis, praesertim ea, quae data opera molitur, unde non inepte studium Hebraeis simul involvit et consilium et opus. Dei itaque studia sunt proprie opera illa mirabilia, quae consulto facit, ea sunt, quae diximus, humiliare superbos, et exaltare humiles, convertere impium retrorsum, et refugium esse pauperi. Haec quia Judaei respuerunt et contemserunt, „ecce (inquit Act. 13) convertimur ad gentes,“ quae annuntiata et ex gentibus multos converterunt, et multos offenderunt, utrobique enim Christus signum est contradictionis, positus in ruinam et resurrectionem multorum.

Quoniam requirens sanguinem eorum re-cordatus est, non est oblitus clamorem pauperum.

Exponit studia Dei clarius, quae annuntianda ... cuit, scilicet in consolationem tribulatorum, Deus est tardus est redditor, ut sapiens dicit Ecclesiast. et multae divitiae bonitatis, patientiae et longanimitatis ejus. Apparet neque requirere sanguinem sanctorum, neque memor esse pauperum suorum, in longanimitate opus est, ut his Psalmis spiritualiter nos exhortemur.

Et iterum עַלְמוּת nostrae personam descri... pulchre exponens rationem tituli. Nam dum sanguinem pauperum et clamorem recenset, nonne indi... imaginem mortis et omnium passionum portari ab i... עַלְמוּת? Vere novum genus hominum, quod sub mor... vivit, sub passione gaudet, sub oppressione vinc... sub oblivione sui clamans exauditur. Quomodo pote... profundius abscondi, quam sub sanguine? Itaque, quis hucusque dubitavit martyres hoc Psalmo lo... hunc versum legat, et sanguinem eorum observet.

Ita videmus quoque, quibus viribus vicerint ma... tyres, scilicet, sanguine et clamore, et quam longa facie primitivae ecclesiae recesserit ecclesia hodiern... quae vel Babylone cruentior potius aliorum sanguine fundit, et clamores in coelum contra se concitat, arb... trata se obsequium praestare Deo. Sive autem hu... versum aptes ad praeterita mala, quibus a Judae... afflicta est juventus martyrum, sive ad praesentia futura inter gentes ferenda, parum refert, quanqua... priori sensui magis convenit sequentia textus, cum

hos studia Dei declaret, quibus a judaico furore liberata est, ut ostendat, quid praedicandum sit inter gentes de studiis Dei, et ob quod psallendum ei sit, nam statim dicet de malis inter gentes ferendis.

Recordationem vero sanguinis sanctorum et memoriam clamoris pauperum primo intelligimus suaviter de conversione impiorum, merito sanguinis et clamoris martyrum facta, sicut s. Stephanus Paulum, Laurentius Hippolytum, et in summa, ecclesia totum mundum sanguine et oratione convertit. Deinde severiter in eos, qui contemta hac suavitate manent in sua impietate, de quibus Christus Lucae 18.: „Audite, quid judex iniquitatis dicat, Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte? Dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorum.“

Vide, quam sibi ubique constet evangelica doctrina et vita. Christianorum est, non reddere malum, nec retaliare, nec vindictam facere. Ita hoc versu martyres fundunt quidem*) sanguinem, nec tamen aliud faciunt, nisi quod clamant, ut et nos erudiamur, oportere quemlibet in sua causa patientem et vacuum vindictae esse, ac sola oratione ad Deum converti, sicut Ro. 12. dicit: „Non defendentes vosmet ipsos carissimi, sed date locum irae, scriptum est enim: Mihi vindicta, et ego retribuam.“ Verum hoc olim erat praeceptum necessarium, quando evangelium florebat, nunc regnantibus opinionibus factum est consilium perfectis datum.

---

*) In edit. princip. leg.: quidam.

Miserere mei domine, vide humilitatem meam de inimicis meis, qui exaltas me de portis mortis.

D. Hiero. sic: Vide afflictionem meam ex inimicis meis. Quare humilitas hoc loco manifeste vilitatem, oppressionem, laborem significat, quod et frequenter pro pauperibus accipitur in scripturis, quasi dicas: Tristitiam ac molestiam animi, qua laboras sub inimicis. Inimici proprie hoc loco ab odiendo osores hebraice dicuntur. Tum illa locutio Latinis insolita est: „Humilitatem meam de inimicis meis," eclipsis enim esse videtur, in hunc modum supplenda: Vide humilitatem meam, quam patior ab osoribus meis.

Est itaque hujus versus affectus in his, qui victis aliquot malis iterum premuntur, clamant et orant, ut liberentur, ut non modo indicet sanctos assidue tribulationibus expositos esse, verum et ecclesiae formam praescribat, in cujus persona psallit, quae in praecedentibus martyribus confitetur et gloriatur, in praesentibus gemit et clamat, pro futuris orat et optat. Unde et hic, cum petit respici suam afflictionem per misericordiam Dei, recenset priora Dei mirabilia, quod etiam a portis mortis eam exaltarit.

Exemplum autem hujus versus pro mea ruditate pulchrum exhibuit apostolus Paulus in tribulationibus, quibus gravabatur in Asia, scribens 2. Cor. 1. sic: „Nolumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quae facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere, sed ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui susci-

tat mortuos, qui de tantis periculis eripuit et eruit, in quem speramus, quoniam adhuc eripiet, adjuvantibus vobis in oratione pro nobis.“ Itaque arguit a majori tam apostolus quam propheta. Si (inquit) a portis mortis exaltasti antea, etiam nunc, cum molesti mihi sunt osores mei, et in afflictione mea miserere mei. Facile fidelis est et sperat in minori malo, qui in maximo expertus est spei fructum.

Hanc portam mortis gravissimam esse persecutionem credo, quam apostolus responsum mortis in se ipso videtur appellare. Scio quidem in scripturis portas solere accipi pro curiis aut consistoriis, ubi judicium accipiebatur, ut versu sequente videbimus, alios autem tropologiam secutos, per portas mortis intelligere vitia seu peccata, quibus pervenitur ad mortem.

At simplici sensu contenti mortem istam corporalem, ut dixi, accipiemus, et portam ingressum ejusdem, ut sit porta mortis introitus mortis seu mors instans et urgens. Quae etsi parvi momenti sit ad mortem aeternam, tamen nisi victrice gratia Dei superetur, prorsus nihil differt ab aeterna morte, imo est vere initium aeternae mortis. Alioquin vix dormitio vocatur et somnus, seu requies sanctorum. Quare epitasin observemus in porta ista mortis, ut intelligamus apostolum et sanctos martyres cum morte sic pugnasse, ut senserint quendam gustum aeternae mortis, quem et Christus Matth. 16. per portas inferi significasse videtur. Nisi enim atrocius aliquid sensibili morte indicaret, non tam ardentibus et potentibus verbis uteretur dicens de portis mortis.

Ut annuntiem omnes laudes tuas in portis filiae Zion, exsultabo in salutari tuo.

Sic enim hebraeus versus finit, et quod hic „annuntiem," supra versu primo dixit „narrabo," idem utrobique verbum. Potuit autem et sic transferre: Propterea enarrabo omnes laudes tuas. „Omnes laudes" dicit eodem tropo, quo supra „omnia mirabilia" dixit. Affectus autem iste Ps. 5. tractatus est, ubi dictum est, quomodo glorientur in domino, qui diligunt nomen ejus. Delectantur enim ejus laudem nuntiare et praedicare, ideo petunt adjuvari, et sustinent viriliter dominum futurum adjutorem, qui nisi veniret, laus quoque ejus penitus periret. Sicut Ps. 6. dictum est: „Quoniam non est in morte, qui memor sit tui, ita et hic dicit se exaltatum a portis mortis, ut laudes ejus enarret, et exsultet in salutari ejus.

Unde videmus hunc Psalmum in persona totius עַלְמוֹת cantari. Martyres enim occisi non enarrant laudem Dei in ecclesia militante, sed reliqui, qui data pace aut victis impiis supersunt aut succedunt, cum ideo narrentur laudes ejus, ut nota fiant opera Dei, et nomen ejus cognoscatur in consolationem et spem fidelium, atque in conversionem infidelium. In coelo enim, ubi omnes vident gloriam Dei, non indigent praedicante. In terra autem, ubi gloria Dei nullo modo capitur, dum sub tam adversa forma operatur, ut magis oblitus quam memor esse videatur, opus est saltem verbo eam commendari et fide intelligi.

Hic portas filiae Zion hebraeo tropo significare loca, in quibus fideles conveniunt ad verbum Dei, ad orationem, ad sacramentum, ad poenitentiam, et ad

vel ligandos vel solvendos peccatores, satis clarum puto. In portis enim olim sedebant judicaturi, ut Prover. 31.: „Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae.“ Nec absurdum videtur, juxta synecdochen civitates intelligi per portas in lege Mosi, quando Deutr. 17. et similibus locis dicit: „Si fuerit repertus intra unam portarum tuarum vir aut mulier etc.“ Quo nomine civitates credo appellatas ob mysterium ecclesiarum futurarum, in quibus introitus et exitus tum patens tum tutus est. Exitus, inquam, ad bella et labores, introitus ad pacem et quietem. In his portis utique laudes Dei annuntiantur, sicuti vidimus et videmus.

„Filiae Zion“ dicit, ut supra, quod ecclesia in monte isto coeperit, et inde promoverit in omnem terram. Et forte non sine causa adjecit „filiae“, non contentus, „in portis Zion“ dicere, quod praeviderit Zion et Hierusalem vastandas. Nihilominus ecclesia per orbem, quae filia illius est, habet suas portas, in quibus praedicatur laus et gloria Dei in salutem gentium, et agitur judicium ad mortificandum peccatum veteris hominis, ut dictum est.

„Exsultabo in salutari tuo.“ Frequens est vocabulum salutare tuum in sacris literis, et fere ad Christum refertur, recte quidem, sed non satis aperte. Aliud enim sonat salvator, aliud salus, aliud salutare. Salutare enim Latinis id dicitur, quo usus salvator salutem confert, sicut cibum, potum, medicinam et similia dicimus salutaria. Quae cum ita sint, Christus aptissime salutare vocatur, cum ipse sit remedium *) illud, quo nos salvamur. Ipse est panis, qui dat vi-

*) In edit. princip. leg.: medium.

tam mundo, et omnino idem medicus et medicamentum, quo sanantur peccata animarum, quo et liberamur ab omni malo.

Est itaque sensus: Ego salutem neque in me neque ullis hominibus quaero, vana enim salus hominis, libens a me et ab illis destituor, ut liceat mihi in Christo filio tuo salvum fieri ab omnibus peccatis et malis. Ipse enim est saluberrimum unguentum, ipse consolatio nostra, seu ut apostolus 1. Cor. 1.: „Ipse justitia, sanctificatio, sapientia, redemtio nostra a Deo nobis factus," quibus verbis optime energiam hujus nominis, salutare, et usum Christi, et incorporationem nostri in Christum exposuit, modo vites somniatores sophistas, qui Christum nobis sic justitiam et sapientiam faciunt, ut semper vel objectum vel causam justitiae nostrae statuant, usum vero ejus, qui est per fidem in eum, penitus ignorantes, de quo solo loquitur Paulus. Fides enim in Christum facit eum in me vivere, et moveri et agere, non secus atque salutare unguentum in aegrum corpus agit, efficimurque cum Christo una caro et unum corpus per intimam et ineffabilem transmutationem peccati nostri in illius justitiam, sicut nobis repraesentat venerabile altaris sacramentum, ubi panis et vinum in Christi carnem et sanguinem transformantur.

Haec qui noverit et expertus fuerit, mox fastidit salvari ab hominibus, libenter damnatur ab illis, exsultat in solo Dei salutari, gaudens et gratias agens, se talem esse, cui Christus sit salutaris, donec plene salvus factus, similis sit ei, qui se salvum fecit suo ipsius impendio. Ita verbum salutare, quia usum et vim salutis includit, aptius convenit militanti ecclesiae, *quam salus*, quae potius futuri saeculi res con-

summata erit. Interim Christus fermentum est, absconditum in satis tribus farinae, donec fermentetur totum, hoc enim agit, hoc judicium ejus est, hic est thronus ejus in hoc tempore (ut diximus), quod expurgat peccatum in fidelibus suis, et imbuit justitia per se ipsum, sicut Heb. 1. dicit: „Portans omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum per semet ipsum faciens, sedet ad dextram majestatis in excelsis."

Et pulchre, licet paulo obscurius, hic versus sacrificium altaris, id est, missam, videtur tractare. Hoc enim agi debet in missa, primum, ut enarrentur laudes Dei, (id est, evangelium) in quo mirabilia, studia, opera, beneficia Dei praedicantur, idque in portis filiae Zion, id est, in conventibus fidelium, deinde, ut fermententur populi salutari fermento, id est, imbuantur et reficiantur Christo, ut exsultare discant in salutari Dei. Est enim mensa ista mensa convivii magni et jucundi, e qua vesci debemus cum laetitia. Verum hoc illis conveniet, qui tribulationem et humilitatem ex inimicis patiuntur, sicut praecedente versu dicitur.

Cum autem et aliis locis omnibus scripturae istud sacrificium in et pro conventu multitudinis celebrari statuatur, ego saepius passus sum et adhuc patior miras cogitationes, quidnam de singularibus et privatis missis sentiendum sit, in quibus prorsus id non agitur, ad quod institutum est hoc mysterium, neque praedicatur ibi, nec communicatur, nisi id laudes Dei enarrasse dixeris, quod est evangelium ab uno legi et audiri, rarissimeque intelligi, et id communicari putes, quod est unum solitarium hominem, qui communitas dici non potest, sacramento isto uti. Nam illos evidenter errare pronuntio, *qui in* hoc tantum cele-

brant, ut opus bonum aliquod faciant, quasi hoc mysterium ad faciendum opus bonum institutum sit, ac non multo maxime et solum ad usum justitiae Christi, et vim salutaris Dei exercendam, sicut canimus: Calicem salutaris accipiam, et nomen domini invocabo, non quod damnem missas privatas, quas etiam tum novi tum expertus sum multis fuisse saluberrimas, non tamen nisi magnis tentationibus vexatis, sed quod usum earum, qui passim regnat, vix paucis credo salutarem esse.

Infixae sunt gentes in interitu, quem fecerunt, in laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Pro „infixae sunt" Hiero. habet: demersae sunt, quod pulchre conveniret, si pro „interitu" foveam quoque reddere vellemus. Significat enim eadem dictio interitum, foveam et laqueum, forte quod fovea et laqueo pereant homines. Atque iterum tropus ille, cujus Ps. 7. meminimus, hoc loco ponitur, ubi omisso pronomine „quem" Hebraeus simpliciter dicit: In interitu, fecerunt, sicut: Incidit in foveam, fecit. Denique eadem dictio, quae illic fovea, hic interitus versa est, estque per omnia fere similis cum illo versus et similis sententia, ut appareat vice proverbii hanc sententiam fuisse vulgo notissimam, quae illo et hoc versu traditur. Nam et hoc, quod dicitur: „In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum," distat in verbis et nihil in sententia ab eo, quod illic dicitur: „Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet."

Sensus autem apertus est, quod impii martyrum *persecutores* dupliciter demerguntur, aliqui suaviter,

aliqui severiter. Severitatis exemplum Ps. 7. monstratum est in Absalom, qui in foveam cecidit, quam patri suo paravit. Quod contigit et Judaeis vastata Hierusalem, cum ipsi parassent vastare ecclesiam, sicut et Roma hoc merito vastata est. Idem necesse est tandem pati omnes piorum persecutores, etsi ad tempus modicum superiores sunt, sicut scriptum est Prover. 11.: „Justus liberatus est, et tradetur impius pro eo," et 27.: „Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet." Quae omnia et similia, sicut et hic versus, proverbialiter dicuntur in consolationem patientium et infirmorum, ut certi sint, id quod patiuntur, reversurum ad adversarios, seque liberandos, absque hoc, quod adversarii non modo corporali huic suo malo obnoxii erunt, sed simul pejori malo in spiritu conterantur, dum et peccant in pios homines et poenam pro peccatis incurrunt. Quod Hiere. dicit.: „Duplici contritione contere eos." Sic et Cain Gen. 4. scribitur peccatum suum adhaerere, simul tamen poenam non evadere.

Verum hoc loco magis benignitatis exemplum intueri decet, quia Psalmus jucundissimus est, et verba increpationis omnia geri dicuntur, idque consonat sequentibus, ubi dominus judicia faciens cognosci, et peccatores in infernum converti, et legislatorem constitui, ut gentes sciant se homines esse, dicitur, non tamen rejecto severitatis exemplo. Quod ut etiam rudioribus planum faciamus, constituamus sibi contraria duo bella, carnis et spiritus, quibus pii et impii in hoc mundo congrediuntur. Carnale bellum dico, quo impii adversus pios insaniunt, ut in עַלְמוּת ista martyrum ostensum. Hic impii semper superiores sunt, imo apparent esse superiores, dum sancti non-

nisi patiuntur, non reverberant, non vindicant. Unum est, quod faciunt, quod sinunt impios furere et facere, quae volunt, sola patientia pugnantes.

Verum non in finem patientia ista pauperum peribit, sed mors et quaecunque mala impii eis intulerint, tandem in caput impiorum redibunt et demergentur in interitu, quem fecerunt. Morientur enim et viros injustos mala capient in interitu, nec inde unquam liberabuntur, sicut justi liberati sunt. Igitur iste est congressus carnalis piorum et impiorum, hic finis et victoria utriusque. Sic major servit minori, et qui praevalet, rubeus et cruentus Edom supplantatur a posteriore Jacob.

Spirituale bellum est de pietate et impietate. Hic iterum impii imaginem majoris et prioris Edom habent, pii vero minoris et posterioris Jacob, hic de religione, de fide, de opinione, de sensu spiritus, et omnino de his rebus bellatur, quae ad Deum pertinent, propter quas et carnale bellum oritur et geritur, dum impii sua pertinacissime statuunt, piorum autem impetuosissime persequuntur et damnant. Hic proprie colliduntur in utero Rebeccae duo parvuli, ut mater ipsa periculo territa dicat: „Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?“ Acerrima est haec congressio. Talis fuit apostolorum contra Judaeos, pseudoapostolos, martyrum contra idolorum religiosos et cultores, doctorum contra haereticos, et semper et ubique humilium adversus superbos mente cordis sui. Hic impii multitudine et fortitudine praestant potentibus, sapientibus, justitiariis a sua parte fideliter stantibus, sicut Arianae haeresis exemplo pulcherrime cognosci potest. Tum ratio, sensus, opinio vulgi in illorum copiis regnant, suntque undique armatissimi.

Pii vero praeter confessionem, quae fit in salutem, paene nihil habent, pauci sunt, simplices, stulti et peccatores ab eorum parte stant. Tum quae loquuntur, quia supra sensum, rationem, opinionem vulgi sunt, eo ipso quo loquuntur, victi videntur, denique contemti et ridiculi. Tum illi opinione et plausu vulgi et magnatum suorum freti inflatique mox implent illud Ps. 14.: „Consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes ejus est." Hucusque succumbunt seu succumbere videntur justi, usque ad opportunitatem.

Ubi autem perseverarint in confessione hac salutari, sive interim moriantur sive patiantur, venit dominus in opportunitatibus, dicens: Non sic, sed major serviet minori, hoc est, victor victo subjicietur, sicut ex Isaia 14. superius adduximus: „Et erunt capientes eos, qui se ceperant, et subjicient exactores suos." Dicit autem et fit ita, ipse enim dixit et facta sunt. Tunc autem fiunt, quando (ut infra dicet) dominus cognoscitur judicia faciens, et corruit impius in operibus suis. Revelatione enim veritatis cognoscitur, sicut supra dixit: „Increpasti gentes, et periit impius." Non enim nobis praedicantibus, sed Deo increpante, judicium faciente et incrementum dante vertuntur impii.

Mutatis autem ac victis hac ratione impiis, jam verum est, esse captum pedem eorum laqueo, quem ipsi absconderunt, et demersos in interitu, quem fecerunt, quia interitum et laqueum, quem pietati justorum intentarunt, ut perderent eam, passa est potius eorum impietas, et periit ipsa. Non autem eodem interitu perierunt, quem fecerunt, sed simili, quia interitus pietatis et impietas non sunt idem interitus, sed similis formae. Unde hic locus ad tropum apo-

stoli Ro. 5. intelligendus est, ubi dicit Adam esse formam Christi, cum tamen ille peccati, hic auctor sit justitiae, verum forma est similis originis, non similium rerum. Ita hic impii demerguntur in*) interitu, quem piis fecerunt, cum piorum interitus sit impios fieri, et impiorum interitus pios fieri, forma itaque eadem, sed res longe diversissima. Haec duo bella forte signat Apoc. 13., ubi cum altera bestia pugnantibus dicit: „Hic est patientia et fides sanctorum," cum altera vero pugnantibus: „Hic est sapientia."

Sunt autem, qui tropologissent penitus hoc loco, volentes demergi in interitu, quem fecerunt, esse conscientiam illaqueari et capi peccato, quod perpetrarunt, alii argutius, haereticos et impios proprio sermone capi et constringi. Sicut enim mendacem non est possibile satis esse memorem, ita nec satis prudentem, quo fit, ut ab iis, qui acute observant, facile capiantur, sicut David Goliath suo gladio peramit, et Christus fortiorem alligans distribuit arma, in quibus confidebat, et fere videmus Judaeos, haereticos, superbos quosque hac arte superatos.

Sic 1. Reg. 14. Jonathas hoc signum futurae victoriae sibi praesumsit, si ad Philistinos ipsi irent vocati, secus, si ad ipsos Philistini venirent. Nam et rei militaris periti canonem hunc habent, non esse bellum differendum, donec hostis obsideat muros, sed occurrendum adhuc longe agenti, aut melius in terra sua moranti, qualia fuere ferme bella David regis contra gentes. Sed et Romani Hannibalem vincere in Italia non poterant, in Africa vero Hannibal quoque vincere non potuit.

---

*) Hoc. vocab. in edit. princip. deest.

Quid his lusibus rerum divina potentia ostentat? nisi, quod hic dicitur, hostem tutissime et optime posse vinci suis viribus, suis armis, suis artibus, suis praesidiis. Quia et mortem Christus morte ipsa mortisque viribus vicit, et peccatum de peccato damnavit, sicut et maledictum maledicto superavit, et potestatem nobis dedit, diabolum, mundum, carnem inimici propriis eorum studiis vincendi, dum fide et patientia firmatos et invictos reddit adversus omnem vim et astutiam eorum. Pulchra est haec et jucunda sententia, sed nescio, an huic versui apta. Simplicior enim videtur esse sensus prior de occubitu impiorum et impietatis, quem intentarunt piis et pietati, sive de severitate, sive de bonitate, sive de utraque simul intelligas, cum sit idem domini judicium et opus, ut supra retulimus, sed non omnibus eadem faciens, quia non eodem studio susceptum.

Ad vim verborum veniamus, quae videmus omnino esse allegorica, quo, ut Ps. 2. diximus, etiam rem allegoricam spiritus significare voluit. Aliud enim agitur, et aliud agi videtur, quando impii oppugnant pios, seu carnali seu spirituali bello, videntur enim victores et majores, sed vincuntur et servient minoribus. Quam allegoriam et verbum hoc: „Major serviet minori," pulcherrime et brevissime commendat. Major et minor apparent, scilicet, illius victoria, hujus servitus. At vera servitus, quam Deus censet, non apparet, sed verbo Dei nuntiatur, ac fide sola percipitur.

Ubi iterum vides spiritum magis in verbo quam nomine observandum. Atque utinam omnes tribulati hoc proverbii vice haberent sibi usitatissimum, quo saepius consolari et adversus sive peccata sive poenas quascunque dicere assuescerent: „Major serviet

minori." Majora sunt nobis, quae nos premunt, sed confide, verbum Dei omnipotens est, quod dicit: „Major serviet minori." Quod adeo verum est in futuro et adepta victoria, ut et praesenter nobis serviant et prosint, qui majores nobis sunt, id est, qui nos persequuntur, ut eorum ipsa tyrannis ad nostrum malum, sit nobis servitus ad nostrum bonum. Ita sunt judicia alia Dei, alia hominum.

„Demerguntur" sumtum videtur ab Aegyptiis Exo. 15., ubi dicitur: „Submersi sunt sicut plumbum in aquis vehementibus." Sed et totus versus eandem historiam non parum simulat. Sicut enim Aegyptii conati Israelem perdere, longe majores illo facti, ipsi potius eo ipso perierunt, ita impius spiritualem Israel persecutus periit. Demersio autem sive defixio indicat perpetuum interitum, unde non liberentur, sive severiter sive benigniter intelligas. Nam damnati non revocabuntur, et fideliter conversi non revertentur ad vomitum in aeternum. Chaos enim magnum inter utrosque firmatum est, ut non possint hinc aut inde transire ad se invicem.

Sic supra Ps. 7. diversi ponderis verba posuit: „Lacum aperuit et incidit in foveam, quam fecit." Grandius est incidere in foveam, quam facere foveam. Ita hic: Defixae seu demersae sunt in interitum, quem fecerunt. Majus est demergi in interitum, quam facere seu parare interitum, quasi dicat: Mala, quibus impii petunt pios, videntur esse eorum casus et perditio, sed revera sunt solum apparatus quidam et magis intentatio casus et perditionis. Tentantur enim morte et malis, sed vivunt et bene habent, sicut Ps. 118: „Impulsus, eversus sum, ut caderem, et dominus suscepit me." Contra impii videntur erigi, stabiliri, ele-

vari super pios, et demergere in interitum, sed revera apparatus, species et tentatio est erectionis, et verius demersio, qua interitum patiuntur, imo patiuntur praesenter.

Idem dicemus de altera versus parte, ubi gravius est, laqueo comprehendi, quam laqueum abscondere, et tamen pii videntur comprehendi, cum solum paretur laqueus, ut comprehendantur. Tentantur, inquam, non comprehenduntur, nec ultra promovent impii, nisi quod abscondunt laqueum, tenduntque insidias, sed incasso labore. Rursum ipsi videntur liberi, tuti et comprehendere pios, cum revera ipsi comprehendantur.

Et versus hic, nisi tautologiam habet, potest pro priore parte aptari bello carnali, pro posteriore bello spirituali, quod impii pro impietate sua pugnantes pleni sunt astu et insidiis adversus pietatem doctrinae, sua non sincere producunt, et aliena insidiosissime calumniantur, donec detectis versutiis comprehendantur, operante Deo mirabilia sua, aut in aeternum confundantur revelatis coram omnibus consiliis suis. Impossibile est enim, ut impius non agat subdole et mendaciter, cum sit mendax a planta pedis usque ad verticem, deinde pro mendaci suo sensu ardeat zelo impotentissimo, sicut in Judaeis monstrum habemus. Cum autem aperto negotio videat sibi victoriam non posse obvenire, ad insidias vertitur, et cum magis Pharaonis sciens et prudens resistit veritati Mosi. Talem dolum saepius infra audiemus, qualem et in evangelio quoque Christum videmus ubique passum.

Quodsi simpliciore sensu laqueum insidias mortis corporalis intelligere quis velit, non resistemus, sic enim ipsi insidiantur sanctis in mortem, et tamen

sanctis liberatis ipsi capiuntur in mortem, an intelligant. „Cum enim dixerint: Pax et se repentinus eis supervenit interitus."

Notum relinquo, captionem pedis in laque tam esse ab avibus aut bestiis, quas aucupes natores hac arte capiunt. Quibus rebus pulchr rantur scandala, insidiae, pericula et lapsus ani maxime Hebraeis. Et ut hebraismum hunc incu in hebraeo neutra parte versus habetur re „quem," sed simpliciter: In interitu, feceru laqueo isto, absconderunt.

Cognoscetur dominus judicia facie operibus manuum suarum comprehe est peccator.

D. Hiero. et Hebraeus ita: Agnitus est judicium faciens, in opere manuum suarum impius, meditatio semper. Et vere in praeterit agnitus est, non in futuro: „cognoscetur." pius, quem noster transtulit peccatorem, ipse stitiarius ille ceremonialis, pharisaeus, supe virtute sua, glorians in operibus suis, qui a quium Dei pro veritate fidei et honore sanctae siae occidit filios Dei magna fiducia, de quo dictum est*) in superioribus, qui hebraice רשע tur. Quod vero Hiero. corruit, Hebraeus et rectius „comprehensus est" habet, quanquam multum refert ad sensum.

Pergit autem propheta narrare mirabili quod non modo gentes idololatrae, persecutric

---

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

...ae sunt in interitu, quem fecerunt, verum et ii, ...i sibi sancti et bene vivere visi sunt, inventi sunt ...ccatores, nisi forte hunc versum praecedentis lucem ...e dixeris, et hic declarari, quod ibi obscurius dic... est. Ego magis huc feror, ut credam prophetam ...isse vim divini operis et judicii extendere ad ...ia, ut gentes non modo invenirentur male agere, ... hominibus resistendo propter sua studia, sed ...a ipsa studia inveniri peccata et mala, sicut in ...lo licet exemplum petere, qui, cum cognovisset ...stitiam, quae ex lege est, esse meram impietatem, ...e inflet, non modo universa mala, quae sanctis ...erat, id est, interitum, quem parabat, et laqueum, ...m absconderat, agnovit esse pessima facta, quae ...ius zelo legis ardens optima judicabat, verum et ...am, quae ex lege est, justitiam mox damnavit ...prehensus in his operibus manuum suarum, tanquam ...piis et malis, quae credebat esse summae justitiae.

Est ergo sensus: Quando dominus cognoscitur t sic cognoscitur, quod est judex, seu judicium fa... at, nullus subsistere potest ante faciem ejus, quan...mlibet justus, sapiens et potens. Aliud enim est ...gnoscere dominum judicem, aliud dominum miseren...m. Cui dominus judicii notus fit, corruit territus ad nihilum redigitur a facie irae ejus insustentabi...i. Cui autem notus fit dominus misericordiae, sur...it laetus, et super omnia tollitur a facie bonitatis ...jus incomprehensibilis. Cognoscitur autem judicium ...sciens externe et interne. Externe verbo evangelii t exemplo sanctorum, quos justificat, demersis gen...ibus in interitu, quem fecerunt. Verum haec non ...movent satis, donec et interne cor adspiciat et treme...faciat, sicut supra dictum est in verbo: „a facie tua“.

Unde opera manuum impii dixit, non pe
impii, omnino significans ea opera, quae impius
velut bona, in quibus et confidit, propter quae
rigibilis est, nec audit verbum Dei, nec, si aud
se pertinere credit, sine timore, securus sibi de
coelorum. Hunc ergo nemo convertit, nisi a
judicantis domini, coram quo nemo non nocen
Naum 1.: „Dominus mundans non facit innocen
et Exo. 34.: „Nullusque apud te per se innocei
etc." Vide ergo miram et terribilem vim judici
Impius praesumsit sese operibus manuum suarun
bilire et liberare, et ecce noscitur judicium d
ac mox comprehenditur et corruit in eis, in
impius et peccator.

Potest etiam versus accipi pro generali sent
etiamsi ipse impius non credat se comprehen
hunc modum: Praedicatus est et cognitus do
judicium faciens in gentibus, et simul cognitu
neminem inter homines esse non plenum et co
hensum in peccatis, quando et illi comprehensi
qui prae ceteris sunt magnorum operum et virt
quae omnia in peccatum coram Deo comput
Sic Ro. 3.: „Non justificabitur in conspectu ej
operibus legis omnis caro, sed omnes peccav
non est, qui faciat bonum." Et hic mihi sensus
placet, quod impius sit proprie, qui, cum sit pec
operibus bonis inflatus non credit se esse peccat
ideo non habet rectam de Deo opinionem, nec
ipso, quod si ipse non sentit, sentiunt hi, qui
noscunt.

Quod sequitur: „Meditatione semper," hel
הִגָּיוֹן סֶלָה dicitur, estque dimidius versus, huju
tius posterior pars, quam nullus interpretum vi

ldidisse. Aug. indicat סֶלָה (id est, diapsalma) in s codice positum fuisse, sed de „meditatione“ sive הִגָּיוֹן nihil. Mirumque quid velit ea dictio, praesertim cum tanta sit, ut sola medium versum absolvat, re parte tam longa. Nam de סֶלָה diximus Ps. 3. hoc certum est, an in nominativum, ablativum vocativum reddi debuerit, meditatio, meditatio-, aut o meditatio. Significationem ejus Ps. primo nus, ubi dicitur: „In lege ejus meditabitur die octe.“ Significat enim loqui, dissertare, garrire, mnino negotium verbi aut cantus, sic tamen, ut tate fiat, unde frequenter cum corde conjungitur, 19.: Et meditatio cordis mei in conspectu ubi est eadem dictio, quae hoc loco.

Ego meam iterum ignorantiam confiteor, nisi suspicor prophetam de bona meditatione loqui. ram ignota primus, etsi id poeta parum tutum t. Quid si propheta prae abundanti affectu Dei efficaciam et fructum una hac dictione vo-, velut exclamando, commendare? ac si dicat: gentes demerguntur in interitu, quem fecerunt, ntur laqueo, quem abscondunt, agnoscitur domi-udicia faciens, et in operibus suis comprehenditur s, atque haec omnia meditatione, id est, verbi terio. O meditatio, o verbi ministerium, tu res tam tam despecta, tam infirma, tam stulta coram nibus, et tanta per te fiunt. Tu enim sola coo-is Deo in omnibus mirabilibus istis, non potestas, sapientia, non justitia, non gratia mundi. Sic et in vernacula nostra, cum vehementissime ad-nur aliquod gestum, per id quod non sperabatur, vel indignatione vel admiratione ipsum vix no-mus, dicentes: Ille, istene fecit?

sanctis liberatis ipsi capiuntur in mortem, antequam intelligant. „Cum enim dixerint: Pax et securitas, repentinus eis supervenit interitus.“

Notum relinquo, captionem pedis in laqueo sumtam esse ab avibus aut bestiis, quas aucupes et venatores hac arte capiunt. Quibus rebus pulchre figurantur scandala, insidiae, pericula et lapsus animarum, maxime Hebraeis. Et ut hebraismum hunc inculcemus, in hebraeo neutra parte versus habetur relativum „quem,“ sed simpliciter: In interitu, fecerunt, in laqueo isto, absconderunt.

Cognoscetur dominus judicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

D. Hiero. et Hebraeus ita: Agnitus est dominus judicium faciens, in opere manuum suarum corruit impius, meditatio semper. Et vere in praeterito dicit: agnitus est, non in futuro: „cognoscetur.“ Et impius, quem noster transtulit peccatorem, ipse est justitiarius ille ceremonialis, pharisaeus, superbus in virtute sua, glorians in operibus suis, qui ad obsequium Dei pro veritate fidei et honore sanctae ecclesiae occidit filios Dei magna fiducia, de quo abunde dictum est*) in superioribus, qui hebraice רָשָׁע dicitur. Quod vero Hiero. corruit, Hebraeus et noster rectius „comprehensus est“ habet, quanquam non ita multum refert ad sensum.

Pergit autem propheta narrare mirabilia Dei, quod non modo gentes idololatrae, persecutrices de-

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

mersae sunt in interitu, quem fecerunt, verum et ii, qui sibi sancti et bene vivere visi sunt, inventi sunt peccatores, nisi forte hunc versum praecedentis lucem esse dixeris, et hic declarari, quod ibi obscurius dictum est. Ego magis huc feror, ut credam prophetam voluisse vim divini operis et judicii extendere ad omnia, ut gentes non modo invenirentur male agere, piis hominibus resistendo propter sua studia, sed etiam ipsa studia inveniri peccata et mala, sicut in Paulo licet exemplum petere, qui, cum cognovisset justitiam, quae ex lege est, esse meram impietatem, quae inflet, non modo universa mala, quae sanctis fecerat, id est, interitum, quem parabat, et laqueum, quem absconderat, agnovit esse pessima facta, quae prius zelo legis ardens optima judicabat, verum et ipsam, quae ex lege est, justitiam mox damnavit comprehensus in his operibus manuum suarum, tanquam impiis et malis, quae credebat esse summae justitiae.

Est ergo sensus: Quando dominus cognoscitur et sic cognoscitur, quod est judex, seu judicium faciat, nullus subsistere potest ante faciem ejus, quantumlibet justus, sapiens et potens. Aliud enim est cognoscere dominum judicem, aliud dominum miserentem. Cui dominus judicii notus fit, corruit territus et ad nihilum redigitur a facie irae ejus insustentabilis. Cui autem notus fit dominus misericordiae, surgit laetus, et super omnia tollitur a facie bonitatis ejus incomprehensibilis. Cognoscitur autem judicium faciens externe et interne. Externe verbo evangelii et exemplo sanctorum, quos justificat, demersis gentibus in interitu, quem fecerunt. Verum haec non movent satis, donec et interne cor adspiciat et tremefaciat, sicut supra dictum est in verbo: „a facie tua“.

dum non arguit, quod Deum offenderint, aut ab e recesserint, sed offensiones diuturnitate et consuetu dine nimia in jus et mores promoverint, ut jam offen Deum a se non credant, sed potius coli et adórai qualis fuit gentium idololatrarum conversatio et cultu idolorum. Qui enim semel offendit, non mox oblin scitur Dei, sed scit se male egisse et revertitur facil Qui autem obliviscitur, sine fine offendit, nescie sese offendere, quod est impiorum proprie. Ideo su iidem impii et gentes oblitae Dei, utrisque necessar est conversio ad infernum, ut comprehendantur operibus suis. Observandum vero hunc versum ora non simpliciter adversus impios convertendos, s quia ipsi sunt, qui persequuntur עַלְמוּת impietate superbia sua, id quod versus sequens velut ratione reddens hujus orationis ostendit.

Quoniam non in finem oblivio erit paupe ris, patientia pauperum non peribit in finem.

Poterat sic reddere: Quoniam non in fine obliviscetur pauperis. Quod et Hebraeo aptius r spondet et affectum in Deum dulcius movet, subaudit enim: Deus non obliviscetur, cujus dixerat in fi versus praecedentis gentes oblitas, quasi versa se monis figura dicat: Gentes obliviscuntur Deum, pe sequentes עַלְמוּת martyrum, at Deus non obliviscet pauperis עַלְמוּת, cum tamen ad sensum appare utrimque longe contrarium, nempe quod impii vide tur etiam zelo Dei furere, tantum abest, ut obl Deum putentur, rursum martyres penitus ad sang

m et mortem derelicti nihil minus quam in memoria
i esse creduntur. Adeo in spiritu loquitur et
lem requirit, quae intelligat, quomodo consoletur his
rbis tribulatos, passos et morientes. Quanquam
servata diligentius hebraea grammatica, id quod
rsu praecedente dicitur: „Omnes gentes, quae
liviscuntur Deum," magis eos sonat, qui imprope-
it martyribus illud Ps. 42.: „Ubi est Deus tuus?"
infra: „Dixit enim in corde suo: Oblitus est
us, avertit faciem suam, ne videat in finem," ut
id quod superius עַלְמוּת apud Judaeos passam dixit:
Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est,
n est oblitus clamorem pauperum," idem de eadem
e apud gentes passam referat. Tam Judaei enim
am gentes conati sunt, ut martyres redderent
sillanimes in fide Dei, non solum eos persequendo,
d etiam de adjutorio Dei insultando, sicut et
risto in cruce fecerunt, illud Psalmi dicentes:
eus dereliquit eum, persequimini eum et compre-
ndite, quia non est, qui eripiat." Adeo non satis
ent impii, quod corpora occidunt, nisi et fidem et
m tentent occidere. Unde Hebraeis versu praece-
ite obliviscentes Deum possunt intelligi non modo
ipsi obliviscuntur, sed qui id agunt, ut credatur
us oblitus pauperum, quem sensum plane disserit
ero. in suo commentario.

Dulcissime autem nos confortat his verbis spiri-
, ut sciamus seu verba seu cogitationes, quae
bis diffidentiam, pusillanimitatem, desperationem
vent, non esse ex Deo, sed, ut optime Ps. 42.
cet, ex diabolo vel hominibus, dicens: „Quare
itus es mei, et quare contristatus incedo, dum

affligit me inimicus meus, dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus?" Ita videmus sanctos patres vehementer fuisse in fide et spe exercitatos et eo eruditos, ut non dubitent pronuntiare pusillanimitatem suam esse quidem a Deo, sed tamen per diabolum et hominem, qui verbo et cogitatione moveant hanc cordis molestiam. Ceterum alienum est opus hoc a Deo, qui operari contra se ipsum non potest. Ideo ad se diligendum, sperandum, credendum, laetandum operatur, quo impleatur praeceptum ejus primum, quo praecepit: „Non habebis Deos alienos praeter me."

Ita et hic versus sancta indignatione se suscitat adversus eos, qui Deum oblitum ejus intentant, dicens: „Non erit in finem oblivio pauperis." Talibus enim verbis opus habent passi, morientes et afflicti, ne pusillanimes fiant. Scripta namque sunt ad nostram doctrinam, ut per consolationem scripturarum et patientiam spem habeamus. Observa, „patientiam" dicit. Et hic concedit oblivionem Dei, sed negat in finem duraturam, deserit enim nos aliquantum, ut illi fidamus, sed non in finem, ne deficiamus.

„Patientia pauperum," id est, exspectatio afflictorum. Aliud enim nomen paupertatis hic, quam parte priore habetur, hoc enim, ut supra dictum est, afflictionem quoque significat, scilicet paupertatem spiritus, hoc est, qui sine consolatione sunt, de quibus supra: „Non est oblitus clamorem pauperum," id est, afflictorum. Ita hic dicit: Id quod exspectant pauperes, (magis enim exspectandi quam patiendi verbum est) non frustra exspectant, veniens veniet dominus sal-

mutat, nisi cognito Deo judicium faciente et iram intentante ad infernum convertantur, in sui scilicet cognitionem perfectam. Nam ad infernum converti, non credo, hic pro damnatione accipi licet, si quis id contendat, non resistam, quia de conversione impiorum et gentium mirabilia Dei cantat.

Atque ab hoc loco jam incipit orare propheta ad finem usque Psalmi, ut mirabilia mirabilibus addat Deus, et qualia gessit in conversis impiis, talia adhuc gerat in his, qui adhuc sunt impii, superbi, obliti et contemtores Dei, eodem verbo convertendi. Conversionem ad infernum, quid sit, Psalmo 6. vidimus, et supra in increpationis verbo et facie Dei, et agnitione domini facientis judicium satis commemoravimus. Neque enim quisquam perfecte convertitur, donec infernum et coelum gustaverit, hoc est, donec experiatur, quam malus et miser sit ipse, et quam dulcis et bonus dominus, quod intentato mortis periculo et horrore judicii extremi potissimum sentitur, et in spe ac fiducia misericordiae Dei agnoscitur.

Oblivio Dei iterum hic non ea debet intelligi, quam vulgus intelligit, sed quam Ps. 8. super nomine אֱנוֹשׁ dedimus. Nemo enim magis audaces et assidui Dei memoratores quam impii, superbi et peccatores, ut cujus nomen quotidie polluunt et perversa opinione omni momento irritant et blasphemant, dum non sentiunt de eo secundum veritatem, imo sibi tribuunt, quae Dei sunt, et Deo, quae sua sunt, hoc est, Deum et opera ejus et judicia humano suo metiuntur sensu et affectu, de quo satis multa diximus.

Inveteratam autem impietatem gentium notat,

pitati." „Mihi, inquit 1. Cor. 4., pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die, nec me ipsum judico, qui autem me judicat, dominus est." Ideo quando impiis frustra omnia dicuntur, canuntur, geruntur, cum nec verbis nec operibus nec miraculis cedant, sintque generatio illa adultera, de quibus Matth. 11.: „Cecinimus vobis et non saltastis, lamentati sumus et non planxistis," solum illud reliquum est, ut pro zelo eis imprecemur, argui in conspectu Dei, hanc enim increpationem non sustinent.

Constitue domine legislatorem super eos, ut sciant gentes, quoniam homines sunt. Sela.

Hiero.: Pone domine terrorem eis, sciant gentes homines esse se. Verum Hebraeus sic distinguit versum: Pone domine legislatorem (sive terrorem) eis, scient gentes, homines ipsi, sela. Dictio hebraea מוֹרָה, quam noster „legislatorem", Hieron. terrorem vertit, utrum germane significet, non ausim definire. Meo tamen judicio magis a verbo docendi videtur venire, unde et תּוֹרָה dicitur, quod legem significat. Nam hi, qui b. Aug. secuti antichristum hoc loco aut tyrannos intelligunt, mihi non satisfaciunt. Videtur enim sensus hujus versus alius non esse, nisi quod optat gentibus legis sensum aperiri, quasi dicat: Imprecatus sum, ut judicentur gentes in conspectu tuo, quod quomodo intelligam, dico, nempe ut ponas in eis legis verum intellectum, tunc sine dubio agnoscent sese. „Per legem enim cognitio peccati" Ro. 7., et iterum 4.: „Lex iram operatur," et 1. Cor. 15.:

„Virtus peccati lex.“ Quod enim impii sine fide superbiunt, alia causa non est, nisi quod legem et vim ejus nondum intelligunt, ignorant enim esse spiritualem et occidentem per literam suam omnes homines, de qua re apostolus ad Ro. et Gal. multa, imo omnia tractat. Quae nisi jam plus satis tractata essent, et vobis nota, hic quoque latius prosequeremur.

Undeergo מוֹרָה, cum sit nomen derivativum significans id, quo velut medio quispiam eruditur et sciens efficitur, transferrem legis positionem seu legis eruditionem, hoc est, ut legis vim cognoscerent, ad quam mox sequitur terror conscientiae et horror judicii, id quod Hierony. transtulit. Non enim legislator ullum terret, donec lex ipsa recte intelligatur. Tunc sequitur: „Scient gentes“, id est, scientes erunt, qui ante legem peccatum suum ignorabant. Absolutum est enim verbum, quod versum medium sententia sua finit sic: „Et scient gentes,“ id est, posita lege erunt eruditi et intelligentes, sicut Ro. 7.: „Concupiscentiam nesciebam esse peccatum. Ego autem sine lege vivebam aliquando, cum autem venit lex, revixit peccatum.“ Atque id nimirum est, quod toties in prophetis dicitur: „Et scietis, quia ego dominus,“ et: „Scient, quia ego dominus,“ et: „Sciet, quoniam ego dominus,“ quod legis intelligentia hominem in sui cognitionem perducens cogit misericordiam Dei intelligere et implorare.

Altera pars versus: „Homines ipsi, sela,“ insigni scilicet affectus nota indicat, quam sit homo res nihili et miserrima, quasi dicat: Agant, quanta possunt, simulent, ostentent, valeant, et si quid aliud

magnificum de eis dici potest, tamen homines sunt. Es sind Menschen, id est, אֱנוֹשׁ et miserabiles. Ac revera magnum est se hominem esse cognoscere, id est, אֱנוֹשׁ, ut hic dicit, quod Ps. 8. satis tractavimus. Eodem despectu loquitur et Isaias 32.: „Aegyptus homo, et non Deus, et equi eorum caro, et non spiritus." Ac Joh. 2.: „Jesus non credebat semet ipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, et quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat, quid esset in homine." Atque Paulus 1. Cor. 3.: „Nonne carnales? nonne homines estis?" Idem cum verecunde et modeste humanam vanitatem depingit, solet dicere: „Secundum hominem dico," Ro. 3. et: „Secundum hominem ambuletis."

Adeo scilicet apud Deum nihil reputatur homo, ut modestissime quidem, sed tamen significantissime tangat humanae naturae miseriam, quoties nos hominis vocabulo signat scriptura, ut Gen. 11.: „Descendit dominus, ut videret civitatem et turrim, quam aedificabant filii Adam." Quod orator aliquis vehementior diceret: Quam aedificabant impiissimi, potentissimi et sceleratissimi hominum. Ita non est nisi contumelia hominem a Deo et in scripturis appellari, quia filius Adae, id est, peccatoris, hoc nomine censetur, pro quo voluit nos alio nomine dignari, ut filii Dei nominemur, ut 1. Joh. 3., et ejusdem 1.: „Dedit eis potestatem filios Dei fieri," et Ps. 82.: „Ego dixi: Dii estis, et filii excelsi omnes."

Igitur sela finalis indicat, quam rarus sit et singularis affectus, quo quis sentit tum se ipsum tum

alios esse homines. Lex tamen facit, ut hujus rei scientes fiant, si dominus surgat et ponat intellectum ejus, et terrorem statuat in conscientia eorum.

PSALMUS DECIMUS,

hebraica numeratione, sine titulo.

Ut quid domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione.

Non est Psalmus (meo judicio), qui impiorum ingenium, mores, opera, verba, sensus, fortunam tanta proprietate, copia, luce depinxerit, ut, si quid minus huc usque dictum est, aut dicetur, hinc liceat perfectam impietatis imaginem petere. Est ergo hic Psalmus *εἰκός, τύπος*, forma, idea impii et impietatis, id est, ejus hominis, qui sibi et hominibus, vel s. Petro praestantior Deo abominatus est, id quod movit b. Aug. et qui eum secuti sunt, ut de antichristo intelligerent.

Verum quia sine titulo Psalmus est, generalissimam sententiam amplectamur, et communem (ut dixi) ideam impietatis videamus, non quod negemus illorum expositionem, imo dum generaliter sapimus, antichristum includimus. Quin nihil fuerit absurdum, si hunc Psalmum ordine suo praecedenti sic sociemus, ut illic de impiis conversis cecinisse, de convertendis orasse intelligamus, hic vero de impiis adhuc reliquis et in

potestate praevalentibus super infirmam עַלְמוּת psallere, de quibus vel non speret, vel incertus sit, convertendi sint, nec ne.

At vide zeli ejus magnitudinem, cum ipso Deo paene expostulat: Quare domine stas a longe? Sic enim Hiero. transfert, atque hic est affectus ille, qui in media adhuc tribulatione positus nimiaque rei indignitate motus exclamat adversus impiorum iniquissimam tyrannidem et pro innocentissimorum sanctorum causa, sicut et vulgo dicitur: Quomodo haec Deus potest sustinere? Sic Abacuc 1. eodem exordio suum librum ingreditur, quasi indignans super Dei patientia: „Usquequo clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non salvabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem, videre praedam et injustitiam contra me? Quare respicis contemtores, et taces conculcante impio justiorem se? Et facies hominis, quasi pisces maris, et quasi reptilia non habentia ducem. Et factum est judicium et contradictio potentior, propter hoc lacerata est lex, et non pervenit usque in finem judicium, quia impius praevalet adversus justum, propterea egreditur judicium perversum."

Quid nos miramur, si indigna patimur, quando hi viri pleni spiritu haec tanto affectu sese passos pronuntiant, et legem Dei laceratam clamant, in quo manifeste impietatis adversus pietatem indicant bellum, ubi maxime urit zelus? Quis non Abacuc istum hoc loco impatientiae obnoxium judicaret? Sed et infra eodem sic dicit: „Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, et ad iniquitatem respicere non poteris. Quare

us respicis super iniqua agentes, et taces devorante pio justiorem se? Et facies hominis, quasi pisces aris, et quasi reptile non habens ducem." Eodem fectu Isaias 43.: „Ubi est zelus tuus et fortitudo a? Multitudo viscerum tuorum et miserationum arum? Super me continuerunt se etc." Idem b. 21. prolixius.

Ita et hic dicit: Quare domine stas a longe? c est, sinis nos opprimi et devorari, nec audis nec vas nos, confortas manum et consilium impiorum juvas. Denique videtur sibi contradicere, qui Psalmo recedente dixerat: „Adjutor in opportunitatibus in ibulatione," hic: „Despicis in opportunitatibus in ibulatione," et videtur Deum tentare, dum ipse defit tempus et opportunitatem auxilii, non plene exectans manum Dei.

Verum alio affectu aliud et aliud dicitur. Oporenim formari hoc Psalmo personam afflicti et ligentis perfecte. Afflictus autem, etsi fortiter paur, tamen insensibilis non est, carnem et sensum bet, qui pro natura sua, imo infirmitate erumpit incibili et gemit, clamat, indignatur impatiens. Sic ristus Matth. 26.: „Spiritus quidem promtus est, ro autem infirma," et ipse oravit, ut calix ab eo unsiret, naturali scilicet infirmitate laborans, quam men statim corrigens ac vincens dicit: „Verum n mea, sed tua voluntas fiat."

Talis est et conditio et pugna justorum cum imis, ubi etsi perferant, tamen cum dolore et labore, nc spiritus promtus audet, rursus infirma caro geit, in qua lucta nonnihil donatur infirmitati carnis, t clamet et gemat, ubi potius laetandum sibi foret.

Haec omnia in nostram consolationem, ut sciamus sanctos Dei fuisse homines similes nobis, et ea, quae de ferenda cruce et morte dicuntur, intelligamus fortiter laborante caritate vincenda, non autem etiam promtitudine carnis et humani sensus posse aut debere ferri.

Ita vox carnis et inferioris et exterioris hominis in sanctis est iste versus, imo totus Psalmus, qui clamat, dum interim spiritus fortiter sustinet, et Deum exspectat in opportunitatibus.

Dum superbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.

Hierony.: In superbia impii ardet pauper, capiantur in sceleribus suis, quae cogitaverunt. Non est autem haec superbia ea, qua quisquam apud se inflatus sui et sua opinione turget, sed externa pompa, qua alterum subjicit et opprimit coram hominibus superior illo factus, ut Exo. 15.: „Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est," pro eo, quod est, superbiens superbivit, seu praevalendo praevaluit, scilicet, super Aegyptios. Fit itaque, dum dominus recedit et stat a longe et despicit in opportunitatibus in tribulatione, ut interim impius elevetur super pium, ejusque per vim dominetur, hoc est, super eum superbiat et triumphet. Quare nos hoc verbi intelligamus pro pompa, jactantia, triumpho, quibus videmus victorem super victum coram hominibus fidere et audere, et velut de victo actum sit, securum esse, ubi tum *victoris* factio id sibi negotii habet, victi quidquid re-

usque ad internicionem perdere. Hoc est,
re seu incendi pauperem dicit.
eam autem dictionem Reuchlin scribit non
ere seu incendere, sed et persequi signifi-
c dicendum: Persecutionem patitur pauper.
ı abhorret significatio incendii seu ardoris
), imo majoris emphasis est, quod propheta
ligi, pauperes triumphante impio penitus in
et nihilum redigi, ac si domus igne con-
cineremque redacta nihil relinquat vestigii
ıo impiorum studium et vota pulchre osten-
non est satis, super pios superbe confor-
impetum suum eo vertunt, ut omnia eorum
d ad eos pertinet, funditus perdant, plus
ȷuam possint. Sicut de eis dicit Isaiae 16.:
s superbiam Moab, superbus est valde, su-
ıs et arrogantia ejus et praesumtio ejus
fortitudo ejus," in quo loco ponitur hoc no-
l hic superbiam significat. Et ejusdem 10.
lssur: „Ipse autem non sic arbitrabitur, et
non sic aestimabit, sed ad conterendum erit
et ad internicionem gentium non paucarum."
de Moab Hiere. 48.: „Audivimus super-
b, superbus est valde, sublimitatem ejus et
ım et superbiam et altitudinem cordis ejus;
ait dominus, jactantiam ejus, eo quod non
eam virtus ejus, nec juxta quod poterat
t facere," ubi iterum fere non aliud quam
vocabulum toties iteratur, quo superbia ista,
ıpetus impii, ubi praevaluerit, describuntur,
solentia et saevitia victoris in victos.
no itaque affectu loquitur adversus impios

qui cum revera non vincant, etiamsi praevaleant, tamen quia omnium sensu apparet victos eorum *) saevitiae et insolentiae patere, queritur infirma caro, incendi pauperes, dum superbiunt impii. Conatus enim tantus est impiorum, ut videantur vere superiores in aeternum futuri. Exemplis id optime capiemus. Finge Ariani temporibus catholicos episcopos in exilium missos, superbiente Ariana impietate, ista canere, et intelliges affectum. Adeo scilicet non vult Deus **) nostris viribus quemcunque inimicum vinci, sed solius sua dextra, ut sint opera et gloria ejus solius.

Quare non est temere agendum cum haereticis et impiis more disputantium philosophorum, non superantur vi argumentorum, nec rationibus ducuntur, nec auctoritatibus capiuntur, superbiunt super haec omnia et praevalent, donec dextera excelsi eos immutet. Quod ut faciat, non fiducia ingenii, eloquentiae, eruditionis praesumendum est, sed humili clamore implorandus, sicut hujus versus exemplum nos docet. Sic bella, quae aliquot saeculis contra haereticos et Turcas geri vidimus, quia viribus et hominum decretis praesumsimus, retulimus illud Job. 41.: „Reputabit quasi paleas ferrum, et deridebit hastam vibrantem.“ Non vincitur Satanas et christianorum hostis nobis operantibus, sed duntaxat patientibus et clamantibus.

„Comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant,“ quod Hieron.: Capiantur in sceleribus, quae cogitaverunt. Idem tamen ubique sensus manet, qui talis

---

*) In edit. princip. leg.: suae.

**) In edit. princip. † nos.

...: Impii cum superbierint et pauperem oppresserint; ... non resipiscunt et malum suum agnoscunt, ut ... ipsis sceleribus suis potius palpentur, laetentur, ...rantur, indurentur et excaecentur arbitrati se ...quium praestare Deo. Hoc enim est genus cap...is longe perditissimum, suis propriis consiliis et ...ribus capi et excaecari, quo nonnisi impii sunt ...iendi, ut Isaia 5.: „Vae qui dicitis bonum malum, ... malum bonum, ponentes tenebras lucem, et lucem ...ebras, ponentes amarum in dulce, et dulce in ...arum."

Nota itaque, impiorum prima perditio est caeci...s, ut Eccle. 4.: „Multo enim melior est obedien..., quam stultorum victimae, qui nesciunt, quantum ...iant mali." Wen Gott strafen will, dem thut er ... Augen zu.

Hebraeam emphasim non reddunt latina verba. ... comprehendi hoc loco non significat hostilem ...ptionem, sed blandam et amicam, ita ut et Gen. 4. ...bal scribatur fuisse pater canentium (id est, appre...ndentium, tractantium, tenentium) in cythara et ...gano, ut significet impios sibi ipsis blandiri in malis ...is, sicut et Prover. 1. dicitur: „Qui laetantur, cum ...ale fecerint, et exsultant in rebus pessimis," cum ...si nonnisi de optimis se arbitrentur gaudere.

Deinde „in consiliis", pro quibus Hieron. in sce...ribus transtulit, Hebraeis ambiguum, tam scelera ...quam consilia seu proposita significare potest, ut, si ...liceat in unum componere significatum, intelligamus opera ex proposito et de industria facta. Non enim impii casu aut imprudenter agere contra pios sibi vi-

dentur, sed ex magna singularique prudentia, consilio, denique zelo Dei.

Et nimis apte id nominis hebraei exprimit furorem illum, qui est fons omnium malorum, quem hodie video dici bonam intentionem et formatum dictamen rectae rationis. In hoc enim mirum est quam confidant, quam audeant, quam praesumant, quam sibi placeant, quam irrecuperabiliter capiantur et excaecentur, inprimis pontifices et religiosi, inter hos autem maxime doctiores et sanctiores, quasi necesse sit, quam primum dixerint: Formavi mihi et habeo bonam intentionem pro gloria Dei et salute animarum, nihil reliquum apud se esse sinistrae intentionis et mali sequentis eam operis. Ubi et hanc impietatem adjiciunt, quod ex naturalibus viribus et lumine intellectus (ut dicunt) eam fingunt seu formant, divinam gratiam nonnisi post formatam, aut certe nunquam requirentes, et tamen pro ea intentione audent sine ullo timore, non modo contendere et aemulari, sed et totum mundum sanguine et caede, si Deus permittat, implere. Quibus si dixeris, esse hanc intentionem pessimam, si spiritu sancto magistro non producatur, esseque de naturalibus viribus desperandum, quod homo mendax nonnisi mentiri possit, atque in timore et humilitate, intentione ista posita, manum Dei implorandam solam, clamabunt te haeresim sapere, qui arbitrium liberum neges, et tam pias intentiones damnaris.

Itaque pro nostro saeculo licet hunc versum sic reddere: Impii comprehenduntur et placent sibi in suis bonis intentionibus, propter quas dum praevalent, *incendunt* pauperem. Hoc ego libens intelligerem

ellari ab apostolo 1. Timo. 4. cauteriatam habentes scientiam, id est, vi formatam, et velut naturaliter ae intentionis notam hujus adulterinae intentionis to zelo impressam, sicut maleficis nota per cautea imprimitur, industria et vi humana, longe conia formae naturali. Ita et hi caecissimi, humanae urae malitiam ignorantes, formam ejus violenter ntione bona conantur difformare, dumque hac adulina intentione naturale cordis humani mendacium exerint, quidvis audere promti sunt pro gloria Dei, iore ecclesiae, zelo fidei et animarum salute. nde quodcunque ausi fuerint, prorsus nihil dubitant Deo merito condigni et supererogationis gratism. Quos si tentes, periculum erit, an cum sancti i meritis velint sua opera conferri. Adeo amplae palpebrae hujus behemoth, adeo capiuntur his consiliis, hominum omnium longe infelicissimi.

Iam et verbum „cogitaverunt" elegantius et siantius est in hanc rem, quam possit ulla lingua re, significat enim Hebraeis non simpliciter, sed iose et ingeniose cogitare, quomodo artifices ores in operum varietate cogitant, Ps. 52.: die injustitiam cogitavit lingua tua." Inde llin dicit, ab hoc verbo nominari magistralem cam seu mathematicam et omnem artem, quae e et demonstratione investigat. In quo pulchre ıs impiorum depingit cogitationes, qui cum non eant se regendos gratiae Dei, sed bonis suis ionibus sibi placeant, incredibile est, quam dilis ingeniosique sint in suis operibus tum facienım statuendis. Es sein eitel Subtilität, und lauter eler. Accedit his et alia significatio verbi, quae utare, aestimare, in pretio habere, ut intelligas

impiis nihil esse in oculis suis pretiosius, quam sua consilia, suas cogitationes, suas bonas intentiones.

Vide ergo, quam non desint Spiritui sancto, qui solus optimus est orator, verba rem apte, proprie, aperte, plene describentia. Quis impiorum caecitatem etiam longa oratione felicius absolveret, quam ipse tribus his verbis, si animo attendas, tam brevi copia sic exposuit, ut nihil addi, nihil demi possit? Non caecitatem modo, sed affectum universumque habitum et modum ejus tam paucis verbis effinxit.

Si quem nostra translatio movet, quod dicit: „Quibus cogitant," pro: Quae cogitaverunt, potest eo fugere, ut cogitare pro verbo absoluto accipiat, ut sit sensus: „Quibus cogitant," id est, quibus sunt cogitantes, artificiosi, ingeniosi, in oculis suis pretiosi, et ut vulgo dicitur, die von ihn selbs viel halten in ihren Rathen und Thaten, das sie auch am meisten betreugt, hoc est, „comprehenduntur". Hoc est enim, cur sic clamet et queratur dominum a longe stare, quod impii suis sceleribus etiam indurentur magis ac magis, ut non sit spes eos vinci patientia pauperum, nisi dominus adjuvet.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, et iniquus benedicitur, exacerbavit dominum.

Hic et sequens versus foede sunt decerpti in translationibus, sequens enim versus incipitur ab eis ita: „Exacerbavit dominum peccator," cum in hebraeo a nominativo „peccator" incipiat, et quod praecedit: „Exacerbavit dominum", ad hunc pertineat. Sic enim et d. Hiero.: Quia laudavit impius desiderium animae *suae, et avarus* applaudens sibi blasphemavit dominum.

Iterum vocabula negotium afferunt. „Peccator“ est impius ille רָשָׁע, sanctus diaboli. Desiderium animae ejus est placitum suum. „Iniquus“, quem Hiero. avarum transtulit, generale nomen est ad avarum et offensorem, ut qui pro licentia sua laedat, noceat, injuriam faciat, quibus libitum fuerit, ut solent avari. Et melius noster „iniquum“, quam Hieron. avarum reddidit, cum iniquitas et injuria atque nocendi licentia et latius pateat quam avaritia, et hic magis ad rem commodetur, ubi de oppressoribus loquitur pietatis.

Est ergo sensus: Postquam impius praevaluit, et pauperibus vastatis in suis sceleribus induratus et obsecatus est, adjicit, ut sua nonnisi jactet, praedicet, laudet, id quaerens, ut et coram hominibus talis sit, qualis in oculis suis est. Ideo contendit, ut sua placita, quae ipse sentit, facit, contra pios fieri cupit, omnium consensu probentur tanquam utilia, sancta, justa, aedificatoria, nihilque sit in eis, quod non omnes laudeat, contra piorum desideria et quae ipsi sapiunt, eadem omnium consensu damnentur, ut noxia, impia, haeretica, et ut nostro saeculo aucta sunt vocabula, scandalosa, erronea, seditiosa, piarum aurium offensiva. Atque in his debet impius praevalere, ut locum in eo habeat oratio et affectus hujus Psalmi.

Altera ergo perditio impii est, eo procedere in impietate, ut glorietur in malitia, et potens sit in iniquitate, Ps. 52., ut stet abominatio in loco sancto.

Hujus versus sensum jam a multis annis ecclesiastica tyrannis implevit implebitque posteris temporibus amplius. Hic enim, quia nomen Christi velamentum nequitiae factum est, quidquid pro libidine sua secuerint populo Christi, *quidquid* statuerint,

quidquid placuerit, si quispiam non benedixerit et laudaverit, haereticus erit, seditiosus, blasphemus, ut impleatur scriptura, quae dicit: „Mittet eis operationem erroris, ut credant iniquitati, qui caritatem veritatis non acceperunt, ut salvi fierent.“ Oportet enim antichristum hoc Psalmo depictum cum suo corpore sub nomine Christi adorari et timeri, sicut merita ingratitudinis nostrae exigunt.

Nec abhorret, quod pro iniquo avarum Hiero. transtulit, nisi quod atrocior est iniquitas quam avaritia. Tum avaritia impiis istis pontificibus et idolis antichristi vel inprimis tribuitur in scriptura, praesertim Isaiae 5. et Ps. 5., ubi sepulchro patenti guttur eorum comparat, eritque tum in summo suo robore et virtute, ut nunquam tanta visa fuerit, neque futura sit, ut cum fine mundi pariter finiatur.

„Exacerbavit“, quod blasphemavit Hiero. transtulit, tertium malum impiorum explicat, quod est irritare, amaricare, blasphemare Deum, de quo Ps. 5. dixit: „Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te domine.“ Non autem intelligendum, fore ut impius, atque adeo ipse antichristus aperte et ad sensum blasphemet Deum, cum nomine domini maxime sit usurus ad erroris operationem. Hoc enim ipso praevalent impii pauperibus, quod sicut Rapsaces Isa. 36. gloriantur se a Deo venisse, Dei esse, quod dicunt, faciunt, volunt, statuunt, ubi necesse est seduci, quotquot spiritu Dei non aguntur.

Sed haec est blasphemia, quod impietatem et iniquitatem suam non modo non agnoscunt, sed pro pietate et bonitate Dei jactant, per hoc Deo tribuentes *opus pessimum* et nomen abominatissimum, quo Deus

vehementer irritatur, qui alioqui confitentibus peccatum suum suavissimus pater est. Rursus verbum et opus Dei, quod in pauperibus suis posuit, non solum non reverentur ac nomine Dei dignantur, sed diabolo et iniquitati deputant, per hoc Deo auferentes, quod suum est, et diabolo tribuentes.

Sic apostolus 2. Thessa. 2. de impiorum principe antichristo dicit, quod extolletur non simpliciter super Deum, sed supra id, quod colitur aut quod dicitur Deus, seu, ut graece dicitur, super omnem dictum Deum et cultum, ut indicet supra Deum, ut in sua natura est, nihil posse extolli, sed ut est praedicatus, cultus, adoratus, id est, super culturam Dei, hoc est, in opinione et affectu hominum, apud quos solos praedicatur et colitur per verbum et fidem. Quod ego non aliter intelligo, quam verbum hominis impii praeferendum esse aliquando verbo Dei, et hominem in loco Dei sedentem supra Deum timeri et coli. Ad quod ii conari videntur, qui Ro. pontificem dubitant esse purum hominem, et ejus verba praeferunt sacro evangelio Christi, quae est vere blasphemiarum summa.

Peccator secundum multitudinem irae suae non quaeret, non est Deus in conspectu ejus.

Hieron.: Impius secundum altitudinem furoris sui non requiret, nec Deus in omnibus cogitationibus suis. Ubi id primo observandum, quam vehemens sit hic Psalmi spiritus, qui toties vocabulum „impius" ingeminat et repetit. Deinde pro multitudine irae suae rectius Hierony. secundum altitudinem irae suae, id est, prae superbia et elatione tumoreque furoris sui. Significat enim dictio hebraea proprie altitudinem seu

superbiam, ut Ps. 101.: „Superbo oculo et insatia corde, cum hoc non edebam,“ et 131.: „Domine n est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi me Meoque judicio ב pro ב legentes transtulerunt: s cundum altitudinem, seu secundum multitudinem, c dicendum fuerit: In altitudine. Quod autem ad De ista multitudo irae ab illustribus patribus relata e distinctio versus male posita in causa fuit, refert enim ad impium.

Et quod „in conspectu ejus“ noster dixit, Hierony. in omnibus cogitationibus suis, non mult officit sensui, tamen in hebraeo eadem dictio e quam superius versu secundo „in consiliis“, et Hier in sceleribus transtulerunt, ut videat lector me sa rius recte in unum conflatis omnibus significationi hoc vocabulo intellexisse monstrum illud et larv impiorum, quam vocant bonam intentionem, pi zelum, amorem veritatis. Contra hanc enim hypo sim invehitur spiritus Psalmi hujus, qua excaecati n videntur sibi blasphemare Deum, sed maxime lauda nec superbire, aut incendere pauperes, sed perse superbos et impios, nec comprehendi suis consiliis falli, sed liberrima et certissima veritate agi. Deum esse in suis consiliis et bona intentione, cert simi sunt, et in universum, quidquid hoc Psalmo imponitur, adeo a se alienum esse ducunt, ut con meliae et convitii loco habeant, contra quae j sancta veritate et honore Dei et gloria eccles summum meritum sperent, si pugnent omnibus m dictis, dolis, artibus, viribus, esseque potius haec e rum, quos persequuntur.

Ita fit, ut caecitas impiorum primum malum s causa totius hujus belli et omnium malorum. Exem

...ande sunt ad manum in Christo, in apostolis, in martyribus, inter confessores pulchre Athanasius episcopus et Lucius Arianus, qui etiam stricto gladio et vi armata persequebatur catholicos, ut li. XI. eccle. historiae legimus. Simile, si nondum actum est, agetur per episcopos et religiosos futuris temporibus, pro ...tionibus, juribus, privilegiis suis, ut impleant mensuram patrum suorum.

Quarta itaque virtus sanctissimorum et doctissiorum hominum (id est, impiorum) est altitudo irae, est, superbia, elatio, inflatio, tumor animi, quos ...ostolus 2. Timo. 3. quoque praedixit, dicens: „Erunt ...mines superbi, elati etc.“ Ac vim pondusque verrum vide. Non simpliciter iram, sed superbiam ...e eis tribuit, quod adversus pios superbissimi con...tores de ira et furore tanquam summis meritis in...ntur, efferantur, glorientur, tantum abest, ut paurum misereantur, suique mali eos poeniteat, quo ...saniunt. Causa hujus cervicis ferreae et frontis ...reae (ut Isa. 48. vocat) est haec, quod non pro ...cunia nec pro rebus aliis corporis, sed pro Deo, pro ...ritate et justitia (id est, pro consiliis suis, quibus ...mprehensi sunt) pugnant, in quo nihil fieri potest, ...od eorum judicio nimium sit.

Proinde recte dicit: „Impius secundum altitudi...m seu multitudinem irae suae non quaeret.“ Er ...agt nach Niemands. Est enim verbum „quaeret“ ...solutum, significans id, quod germanice jam dixi: ...r acht sein nit, er fragt nichts darnach, non facit ...quisitionem, non curat, non est sollicitus. Qui ...nim quaerit, sollicitus est, et timoratus et rationem ...i habet. Hic fertur praeceps, superbus, sine timore, ...ecurus, utcunque intentio sua bona rapuerit, nec

patitur superbia irae suae, ut consideret, deliberet aut inquirat, quid faciat. Hanc enim incogitantiam praecipitem significat, quando dicit: Prae altitudine irae suae non quaeret, scilicet, non solum hominem non reveritus, sed etiam nec Deum habens in omnibus suis consiliis, seu in conspectu suo.

Annon hoc est impium graphice suis pingere coloribus et affectus ejus, moresque omnes tam certo ictu tangere, ut nec a capillo aberret? sicut Judicum 18. de filiis Benjamin dicitur. Quae omnia si observes, et in quas personas invehatur, nempe potentes, principes, magistratus, sacerdotes, sanctos, sapientes, qui coram hominibus et in oculis suis longe aliud sunt, cogeris dicere, spiritum prophetae esse haereticum, convitiatorem, maledicum, scandalosum, seditiosum, piarum aurium offensivum. Ac sic tres colores impiorum hic versus habet, superbiam seu iracundiam elatam, praecipitem incogitantiam et contemtum ac neglectum Dei, sic tamen, ut (quemadmodum dixi) neminem sinant de modestia, prudentia pietateque prae se gloriari aut celebrari. Oportet enim impios monstrosissimo vitae genere esse, quod non sunt, et non esse, quod sunt.

Inquinatae sunt viae illius in omni tempore, auferuntur judicia tua a facie ejus, omnium inimicorum suorum dominabitur.

Pro „inquinatae sunt" Hieron. et Hebraeus: Parturiunt, ac poterat latinus aliquis scriptor pro inquietae scripsisse videri „inquinatae", quasi interpres parturientis affectum per inquietudinem reddiderit, nisi Aug. et veterum exemplaria una cum Graecis resisterent. Aug. enim legit: Contaminantur viae ejus. Sensus

nostri textus erit: Etsi impius sibi mundus videtur in viis suis, tamen cum sit ipse inquinatus, inquinatae sunt viae ejus omni tempore, sicut Prover. 30.: „Generatio, quae sibi munda videtur, et tamen non est lota a sordibus suis, generatio, cujus excelsi sunt oculi et palpebrae in altum surrectae, generatio, quae pro dentibus gladios habet, et commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus." Quibus verbis idem, qui hoc Psalmo, impius describitur.

Sunt sane impii etiam ea praesumtione, ut, si quid patiantur, aut sinistre ceciderit eorum studium, de patientiae corona glorientur, adeo nunquam non optima de se sentiunt, contra quos dicit: „In omni tempore", (id est, tam prospero quam adverso), sive quid bene gesserint, sive mala passi fuerint, pollutum et inquinatum est, quasi cum apostolo Tit. 1. dicat: „Cum sint abominati et increduli *), et ad omne opus bonum reprobi." Et iterum: „Omnia munda mundis, inquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatae sunt eorum mens et conscientia." Siquidem impii, qui justitiam suam in opera dividunt, et suis se regunt consiliis, non possunt esse homines omnium horarum, omnium operum, omnium rerum, liberi scilicet et indifferentes, sed certis adhaerent, in quibus fidunt, propter quae et belligerantur. Ideo dicit, quod in omni tempore sint viae ejus inquinatae, volens, quod maxime eo tempore, quo sibi purissimi videntur. Et hic locus valet in eos, qui bona moraliter facta reponunt inter opera non mala, propter vim natura-

*) In edit. princip. leg.: incredibiles.

lem lib arb. in bonum. Sed stat sententia: „Inquinatae sunt viae ejus in omni tempore.“

Hebraeus non longe distat ab hoc sensu, quia paturire est inquietum esse et in doloribus agere, in quo significat impiorum studia quantumlibet bona non fieri animo hilari et gratuito, sed inquieto, tristi et dolente, quia, dum spiritus pinguedinem non habent, nonnisi cum legis odio et difficultate bona faciunt, difficultas autem et invita voluntas conscientiam quoque tristem reddit. Atque hoc ipsum inquinat eorum omnia opera bona, quod inquieto, rebelli, invito tristique corde ea faciunt, aut si libenter ea faciunt, jam subtiliori pollutione foedantur, dum affectu commodi ea faciunt, ac per hoc vere omni tempore pollutis viis incedunt, sive minis adacti sive commodis allecti, cum nunquam Dei amore et affectu justitiae ea faciant. O quam grande hoc verbum! Quantos hodie capit, et non capitur, qui faciendo, quod in se est*), et moralibus virtutibus intenti hanc suam cordis inquinationem non observant.

In hebraeo „omni tempore“ jungitur ei, quod sequitur: „Auferuntur judicia tua a facie ejus,“ simpliciterque dicitur: „Inquinatae sunt, seu parturiunt, viae ejus,“ quasi dicat: Quidquid facit boni, et laboriosum est, et tamen immundum simul. Atque ut supra Ps. 1. diximus, vias vocat, cum tamen potius sint errores, quia foris bona videntur hominibus eorum opera, dum in vestimentis ovium incedunt, sed intus, ubi inquinati sunt, lupi sunt rapaces.

Huic infelicissimo impiorum nomini, quod speciosissima eorum vita coram Deo inquinata pronuntiatur,

---

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

...ditur et hoc, quod judicia Dei sint longe a facie ...rum. Quo exprimit, quod dixit: „Non est Deus ...conspectu ejus," volens ostendere, quomodo sint ...in timore Dei. Judicia (inquit) tua, quibus pro ...operibus tandem surgens judicabis, et omnes reos ...cies, qui superbiunt, adeo longe sunt a facie eorum, ...t nunquam super sese ventura certissimi sint. Ad ...idem Isa. 10.: „Quid facietis in die visitationis et ...lamitatis de longe venientis?"

Vide ergo, pius cum Job veretur omnia opera ...a, cum tamen sint mundæ, tam prope sunt ei judi...cia Dei, coram quo non justificatur omnis vivens, si ...traret in judicium cum eo, Psal. 101. [143]. At ...pius, cum sint omnes viae ejus inquinatae, nunquam ...men veretur opera sua, tam longe sunt ei judicia ...ei, quin superbiens habet, unde Deum debitorem ...um exspectet, operibus scilicet condignis vita aeter...a, tum et congruis et supererogationis, sicut nostri ...seculi docuere magistri, qui uni momentaneo actui ...meritorio tribuunt dignitatem meriti aeternae gloriae. ...uae quis Turca apud nos doceri crederet?

„Omnium inimicorum suorum dominabitur." Hie...ronymus: Omnes inimicos suos despicit. Nec satis ...cio, quae sit hujus verbi germana significatio. Nam ...b. 12. reddit sic: „Fiducialiter agam in eo." Aba...cuc 2.: „Et apparebit in finem." At Prover. 13.: „Profert mendacium testis dolosus." Quomodo ergo ...conveniunt, despicere, dominari*), fiducialiter agere, ...et proferre? Noster sane sibi constans pro dominari ...dem intellexisse videtur, quod per fiducialiter agere,

---

*) In edit. princip. leg.: damnari.

quod expressius Hieronymus despicere dixit, qui enim despicit, fiducialiter agit, ac velut superior in victum dominatur.

Dicit Joh. Reuchlin Hebraeos peritiores eo verbo intelligere id, quod est aliquid intra se meditari, et mussitando secum parare, disponere, loqui. Quod interim sequamur, ut sit sensus, impios esse adeo superbos et contemtores omnium in vita sua, ut etiam omnes tribulatores seu adversarios suos cum fiducia despiciant, et cum despectu in eos loquantur, tanquam nihil nocituros. Ubi si per neutrum seu impersonale interpres reddidisset, clarior sensus fuisset, ac tam praecedentibus quam sequentibus pulchre congruisset, in hunc modum: Omnes tribulationes suas despicit, hoc est, adeo securus est, adeo longe sunt judicia Dei a conspectu ejus, ut etiam derideat sibi denuntiatas futuras peccatorum poenas, cum ad se eas non pertinere arbitretur, ideo contemtim in eas secum meditatur et loquitur.

Hunc sensum juvat, quod judicia Dei praemisit contemta, per quae impiis intentatur et infertur tribulatio, deinde, quod צוֹרְרָיו non inimicos, sed tribulatores suos significat, scilicet, qui angustient et affligant, ut Ps. 3. et 6. dictum est. Hunc contemtum poenarum passim tribuit impiis scriptura, Amos 9.: „In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabit et non veniet super nos malum.“ Isaiae 28.: „Dixistis: Percussimus foedus cum morte, et cum inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos.“ Micheae 2: „Ne loquamini, dicunt, non stillabit su-

per justos*), non comprehendet confusio, dicit domus Jacob.“ Ita verbum hoc loco omnino significat, non modo loqui, sed cum fiducia et despectu loqui, sicut solet dominus et superior. Sic potest illud Prover. 14. nunc intelligi: „Profert mendacium testis dolosus,“ id est, cum fiducia et despectu loquitur mendacium, non metuens poenam mendacii. Sed et versus sequens indicat hanc esse hujus partis sententiam, dicens:

Dixit enim in corde suo: Non movebor a generatione in generationem sine malo.

Ecce contemtorem tribulationis futurae judiciorumque Dei. Interpres hebraeum non exprimens contrarium sensum edidit, quem textus non habet. Sonat enim, quasi impius proponat semper malum facere, cum velit nullo se unquam malo moveri. Quare et distinctionem et hebraeum sensum sic reddamus ad verbum: Dixit in corde suo: Non movebor in generationem et generationem, quod non in malo. Sic et Hiero., licet aliter distinguens: Dixit in corde suo: Non movebor a generatione in generationem, ero sine malo, adjiciens verbum substantivum, ero, quod Hebraeis subauditur.

Est ergo sensus apertus, quod impius in tribulationes sibi denuntiatas contemtim loquitur, dicens: Non movebor in aeternum, eroque sine malo per omnes generationes. Estque eadem sententia utriusque partis versus per tautologiam. Est et idiotismus hebraicus in verbo „movebor“, ut Ps. 15.: „Qui facit haec, non movebitur in aeternum,“ et Ps. 124.:

*) In edit. princip. leg.: istos.

„Qui confidit in domino, sicut mons Zion r movebitur in aeternum.“ Subindicatur en ille fugaque conscientiae, de quo Isa. 28.: „ diderit, non festinabit,“ seu non confunde perturbabitur, et Ps. 1.: „Non sic impii, sed pulvis, quem projicit ventus.“

Cujus maledictione os plenum e amaritudine et dolo, sub lingua labor et dolor.

Hierony. sic: Maledictione os ejus ple et dolis et avaritia, sub lingua ejus dolor et Primum errasse interpretem nostrum in nom ritudine, perspicuum est ex hebraea lingua, p pro eo Hiero. reddidit: Et dolis. Sic enim [15.] quoque translatum est: „Nec juravit proximo suo,“ cum amaritudinis vocabulum n ם, substantialem literam, sicut istud. Quo dolum, Hiero. avaritiam posuit, usuram alias Psal. 72.: „Ex usura et iniquitate redime eorum.“ Et ambae dictiones Ps. 55. sic re „Et non defecit de plateis ejus usura et dol

Scio varie hunc versum tractatum, et t scurissimum relictum. Id mihi persuadeo, dun linguae officium arguit, eum de operariis ve est, de sacerdotibus, pontificibus, doctoribus stris verbi in populo loqui, proinde non posse de his, qui maledictis privatim et convitiis i sed de maledictione, quae in docendo conti populo nocet sub specie benedictionis. Quai vere verbum Dei praedicatur, gratia et b praedicatur, sicut Ro. 1.: „Evangelium vi est in salutem omni credenti.“ Quae benedi

rahae promissa est, Gen. 12. Quamvis autem . 5. hujus versus sententiam abunde tractaverim, i dicitur: „Quoniam non est in ore eorum veri- s etc.," tamen quia tam potens monstrum est ad ceendum doctor impius, dignum est saepius ipsum actari.

Primum, sicut cetera omnia, ita et hunc versum ehementi spiritu loquitur, appellans maledictionem et xsecrationem doctrinam eorum, quam ipsi benedictio- em esse populo persuadent. De quibus apostolus Ro. ultimo: „Qui per dulces sermones et benedic- tiones corda seducunt innocentum." Isaiae 3.: „Po- pule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt." Sed et apostolus ad Timotheum praedixit futuros ma- gistros prurientes auribus. Has itaque blandiloquas praedicationes (sicut revera sunt) appellat maledictio- nes, sicut et Malach. 2.: „Maledicam benedictioni- bus vestris."

Deinde, quanti spiritus vox est, quod dicit: „Os ejus plenum est"? Mitius erat, si os ejus lo- queretur maledictionem. At nunc plenum est, aliud non loquitur, nisi unde maledicatur a Deo populus. Moveret et me ipsum hic versus, ut Psalmum de an- tichristo intelligerem, nisi viderem hodie ex humanis decretis et terrena philosophia magnates ecclesiarum et electiores Israel eadem impietate impeditos non aliud agere, quam ut populum suis doctrinis (id est, maledictionibus) imbuant, Christi evangelio subter scamnum (ut vocant) posito. Nam si mihi ecclesia- sticorum et dominantium in ecclesia administratio ho- dierna esset oratione propria, apta, commoda, plena perfectaque disserenda, hunc Psalmum recitarem, quando eo devenit etiam impudens nostri saeculi im-

pietas, ut, si quaeras, cur nolint audire evangelium, respondeant, fabam hanc in se cudi, multum de censu et tyrannide periturum, tum multas iniquissimas leges tolli, et quod maxime omnium sit horrendum, ecclesiam et ecclesiasticos oportere reformari, ubi positis pompa, fastu, regnis et mundi negotiis ministerio verbi et orationi instandum sit, et apostolorum exemplo in penuria et periculo vitae pro veritate vivendum. Quod ne fiat, potius omnia praedicemus, sive hinc populorum animae maledictionem capiant, sive quid pejus.

Ita fit, ut ego quidem antichristum venisse non ausim dicere, negare tamen non possim, ea quae geruntur, omnia referre plenissime antichristum, movetque me non parum, sanctos ferme omnes et praecessores nostros uno consensu, velut Spiritu sancto magistro, hunc Psalmum antichristo dedisse, quem tamen, nisi velimus sensum negare, non possumus non fateri, hodie impletum esse usque ad minimum apicem et jota.

„Amaritudine et dolo", seu rectius, dolis et avaritia, seu usura et fraude. Diximus Ps. 5. impios doctores ita docere, ut populum fallant, et dolose agere, tantum ut ventri suo satisfaciant, sicut et Paulus dicit: „Existimantes quaestum pietatem esse," et iterum Rom. ult.: „Hi enim ventri suo serviunt," „quorum guttur est sepulchrum patens." Voluit forte Spiritus sanctus dicere simoniam, sed praevidit acutissimos glossatores futuros, qui simoniam esse de jure humano invenirent. Ideo avaritiam, seu fraudem, seu usuram potius dixit, quae sunt juris divini, quod non possunt negare. Qui haec non intelligit, decreta, *decretales*, rabothenu distinctiones observet, in quibus

praeter avaritiam, dolum, tyrannidem vix aliud spirare ipsi fatentur. Hoc enim exemplo versum hunc intelligemus facilius, cum sit praesens et ob oculos positum. Non rejecerim vocabulum „amaritudinis“ tanto tempore et usu receptum, non sine Dei voluntate, quod haec blandiloquentia et humana traditio, quantum palpat et placet carnis sensui, tantum amaricabit postea conscientiam, ubi ignorato Christo coeperint judicari secundum opera sua.

„Laborem et dolorem“ (id est, אָוֶן et עָמָל) Ps. 7. tractavimus, quod אָוֶן proprie dolorem, quod hic laborem, et עָמָל laborem, quod dolorem transtulit, significet. Optime doctrinas hominum hic commendat. Quid enim ex his omnibus homo habet, nisi inquietam, miseram excarnificatamque conscientiam? Vere et proprie sub lingua horum dolor et labor. At tales heu innumerabiles facti sunt ex juribus et theologia ista scholastica per hos trecentos annos! Sic enim exempli vice loquimur, si fieri potest, ut antichristus alius futurus sit, et pejora faciat. Et recte, ut, quantum foris titillantur impietatis doctrina, qua per opera hominum ad coelum facilem aditum sibi parant, tantum intus, vacui fide, vexentur studio infelici bene vivendi, sudentque multum, et frustra laborent, ut cum sua generatione, Sap. 5. lassentur in via perditionis et iniquitatis, et ambulent vias difficiles, et, ut Ps. 14. dicetur, viam pacis non cognoscant, et sit contritio et infelicitas in viis eorum, et ut*) supra dixit, parturiant viae ejus.

*) In edit. princip. leg.: ut et.

Iste est populus Amon, populus moeroris, qui natus est ex abusu patris sui, id est, doctrina ebria et depravata legis, quae cum testificetur justitiam Dei, quae est ex fide Christi, ipsi eam humanis opinionibus aptant ad justitiam suam, et in liberum arbitrium reponunt.

Vide ergo, quid sit docere populum sine Christo. Nam id, quod hic dicit: „Maledictione os ejus plenum est,“ supra Ps. 5. dixit: „Quoniam non est in ore eorum veritas,“ seu rectum et bonum, et quod hic „dolis“ seu „amaritudine“, illic „interiora eorum insidiae,“ seu cor eorum vanum est, et hic avaritia, seu usura, seu „dolo“, illic: „Sepulchrum patens est guttur eorum,“ hic: „Sub lingua ejus labor et dolor,“ illic: Linguam suam laevificant, seu „linguis suis dolose agebant.“ Nam hic non frustra „sub lingua“ dicit, ostendens, quod super linguam, seu in specie, ubi sentitur, bonus videtur sermo in oculis eorum, sic enim blanda et laevis est lingua, sed subtus et in re ipsa labor et dolor. Adeo hic versus cum illo*) versu per omnia convenit, sed et vehementia spiritus non impar est utrimque, ut ostensum est in pondere et vi verborum utriusque Psalmi.

Sedet in insidiis cum divitibus, in occultis, ut interficiat innocentem, oculi ejus in pauperem respiciunt.

Hieron. sic: Sedet insidians juxta vestibula, in occultis interficit innocentem, oculi ejus robustos cir-

---

*) In edit. princip. leg.: illius.

aspiciunt. Proinde mirum, quo spiritu interpres
uster „cum divitibus" dixerit, cum nec in hebraeo
praepositio „cum", neque juxta, neque ut, et dictio
חָצֵר simpliciter posita sit, quae villam vel atrium
nificat, auctore Reuchlin. Quod et Hierony. indi-
transferens vestibula, an forte quod divitum atria
vestibula solent frequente populorum turba obsi-
? aut quod atria et vestibula proprie divitum
?. Rursus, nec satis placet, quod Hierony. ro-
os pro paupere transtulit.

Sepositis interim, quae alii hoc loco tradiderunt,
am spiritum meum. Videtur mihi propheta pro-
i describendo perditum studium et mores impio-
quos in docendo habent. Dixerat enim versu
edente, quae sit et cujus fructus doctrina eorum,
et, maledictio, avaritia, dolus, moeror et labor.
hoc versu describit, quomodo se habeant adver-
pios magistros, sibi contraria docentes. Oportet
doctorem non modo sua docere, sed etiam
a confutare, quod impii strenue conantur et im-
. Verum ubi id ratione et veritate non possunt,
t vere non possunt), ad ultimum suae virtutis
ertuntur, scilicet ad vim et astum, ut prohibeant,
nis contradicat, aut aliud doceat, deinde, si quis
adixerit, interficiant, nulla alia causa, nisi quod
a prohibitum docuerit, tandem adhibeant ubique,
bservent hujusmodi docentes, ut eos tradant, ac
er vim evangelium Christi exstinguant, et solius
nis regnet doctrina.

Quam pulchre possem hujus exemplum praesen-
num adducere, nisi metuerem eos nonnisi pejores

veritate fieri. Et certe, ut de Turco taceam interim, si nostri pravitatis inquisitores et humanae scripturae interpretes hunc versum non jam diu impleverunt aut implent, fortiter tamen antichristo praeludunt, et exemplo suo nobis sensum ejus clarum reddunt, quod cum bona venia eorum dixerim.

Primum antichristus soli sibi jus interpretandae scripturae arrogabit, sicut Turca coepit, et omnium aliorum sensum coget suo submitti, quin dubitari non volet suam vocem esse Christi vocem, cui non liceat dicere: Cur ita facis? etiamsi sexcentis apostolis contra pugnes. Et hanc ejus impietatem fovebunt plurimi, et praesertim ii, qui aliquid sunt in hac vita, nempe magnates, doctores, religiosi, non enim aperte tollet evangelium, sed subdola hac arte et occulte operante vi.

Unde b. Aug. dicit hoc loco, primam ecclesiae persecutionem fuisse violentam per mundi principes, secundam fraudulentam per haereticos, tertiam fore violentam et fraudulentam simul, ubi scilicet temporalis et spiritualis potestas in unum convenient adversus dominum et Christum ejus. Hoc est, quod dicit: „Sedet in insidiis," id est, doctor est insidiosus et pestilens, sicut Ps. 1.: „In sessione illusorum non sedit.". Non enim Christum docet, sed hoc insidiosissime et omnibus artibus agit, ut ipse solus sedeat, ipsum solum omnes audiant, magisterium omnium sibi soli vendicet, arbiter fiat omnium, quae in ecclesia doceantur, damnaturus et probaturus, quaecunque placuerint, maxime quae contra et pro tyrannide sua valuerint, nam cetera non magnopere curabit.

Hanc autem insidiosam auctoritatem docendi vi

potentia stabiliet, alioquin *fraudulentia* non diu sisteret, nisi violentia muniretur, si liberum relinqueretur bonis hominibus de ejus auctoritate et doctrina judicare, disputare, dubitare. Quare ut vice articulorum fidei ejus sententia (qualisqualis sit) dominetur, hanc sessionem insidiosam in atriis juxta vestibula, seu (ut nostrum interpretem non infeliciter vocabulo fecit errare Spiritus sanctus) „cum divitiis", in propatulo et publico mundi theatro firmabit. Quid enim voluit, non atrium, sed atria pluraliter dicere, seu vestibula, nisi quod in omnibus ecclesiis, scholis, universitatibus, consistoriis, et omnino in omnibus locis, ubi vel res divinae fiunt, aut verbum ministratur, aut hominum causae aguntur, hujus sessio, auctoritas, doctrina, mandatum approbetur, roboretur et adoretur, non a rudi tantum vulgo, sed a potentibus, divitibus, sapientibus, sacerdotibus? Atria enim seu vestibula in scripturis certe locum significant externum, in quo populi convenire possunt, ab adytis et altaribus et sacerdotum choro separatum, ut in Exodo et aliis locis patet.

Ego si quid auderem in lingua hebraea, sic transferrem hanc partem versus: Sedet in insidiis atriorum, cum חֲצֵרִים absolute sine titulo aut ullo consignificativo ponatur, ut sit sensus: Atria, quae sunt arte et insidiis occupata, seu ad insidias et fraudes ejus explendas parata, erunt ejus cathedra, et in omnibus ipse solus magister erit, siquidem sedere Ps. 1. diximus id esse, quod magistrum seu doctorem esse, tum per haec atria suam auctoritatem insidiosissime stabiliet. Quis enim audeat contradicere omnibus

ecclesiis, scholis, judiciis? cum sit speciosissimum argumentum a multitudine, magnitudine hominum et longitudine temporum, quo vel solo satis insidiarum habebit, ut secure sedeat et dominetur. Quodsi quis per insidias atriorum intelligat insidias divitum (ii enim atria habent et amplas possessiones), forte non inepte nostrum interpretem tuebitur, qui videatur loqui de ecclesiarum et pontificum divitiis, pompa et fastu, quibus impius ille sedem insidiosam firmabit.

Deinde „in occultis interficiet innocentem," id est, suo judicio haereticum, schismaticum, rebellem, inobedientem, seditiosum, piarum aurium offensivum, quia veritatem evangelii professus est, cum crimine laesae majestatis, et irreverentia sedis antichristi. Interficiet autem in occultis, nam nec violenter stabilita fraus satis tuta est a luce evangelicae veritatis, si passa fuerit eam cordibus hominum insinuari. Ideo sic occidendus est innocens, ut causae suae justitia non reveletur, nec convincendus auctoritate verbi Dei, sed auctoritate sedis insidiosae atriorum. Sicut Johannes baptista in carcere sua corporali morte praefiguravit, ita vox evangelii in occultis, non cognita causa nec reddita ratione, obtruncetur, et praedicator ejus interficiatur, aut etiam comburatur. Quid enim est aliud *), in occultis occidere, sicut quidam martyres occisi sunt, nempe Gervasius et Prothasius, quam sine causa aut falsa causa occidere, dum timetur tumultus in populo, si rei veritas prodatur? Sicut enim de occiso occulte dicitur: Nescitur, ubi et quo modo perierit, ita et de inique occisis idem potest dici.

*) Edit. princip. † quam.

Verum spiritus „in occultis“ dicit, quantum est in oculis piorum hominum, id est, illorum *), quibus causa ignota est, in qua pereunt innocentes. Ceterum impius in sua tyrannide obstinatus satis apertam jactat esse causam, quod sibi contradictam est. Ideo nemo audet dicere, in occultis aliquem esse occisum ab eo **), sed in luce apertae veritatis omnia ab illo ***) gesta. Ex his occultis germanice proverbio dicitur: Es geht unter dem Hutlin zu, ut intelligas occulta hoc loco non corporum aut rerum, sed artis, causarum, judiciorum, quibus non sensus carnis, sed intellectus fallitur, dafs man einem ein Nasen macht, ubi causa externe praetexitur, et intus in occulto nulla causa est. Haec portenta, an solus Turca hodie operetur, prudenti lectori relinquo.

Tertio, „oculi ejus in pauperem respiciunt.“ Adeo scilicet meticulosa est fraudulentia, ut etiam pauperem metuat, licet ipsa cum divitibus sedeat et omnibus potentibus stabiliatur, quod conscientia malae fidei veritatis gratiam et vim non ignoret, quae quam primum revelata fuerit, omnium animos in se rapit, et fraudem nudam et ignominiosam relinquit. Ideo tyrannidi antichristianae non satis est se potentia regum, principum, sapientum, doctorum, sancticulorum, divitum stabilivisse, non sufficit innocentes occidisse, sed statio Philistinorum ponenda, et vigiliae excubiaeque passim locandae, quae sic observent pauperem, ne quid mutiat, et denuo negotium faciat sedi insidiosorum atriorum.

---

*) In edit. princ. leg.: suis. **) In edit. princ. leg. se. ***) In edit. princ. leg.: se.

Ac sic imitatur universitatum ritus, in quibus juratur, ne quis dogmatisset, quod sit contra sacrosanctam ecclesiam et articulos quosdam hominum, quos pro oculis ecclesiae haberi convenit, et non pro auribus Christi, dum ubique ad evangelium surdi tam acute observant, quid contra opiniones statutaque hominum prodierit, ut Christus, qui jannas clausas penetravit, tamen aciem oculorum istorum evadere non possit, quin in multis inveniatur haereticus, et adversus sedem sanctam locutus. Unde verbum „respiciunt" non simplicem respectum significat, sed eum, qui fit cum observatione et diligentia, quomodo speculatores observant et respiciunt, ne quid moliantur hostes. Inde speculator, quem Graeci episcopum vocant, Ezech. 3.: „Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel," quae verbi emphasis impiae tyrannidis meticulositatem hoc loco indicat. Nec minus nomen „oculi ejus" et „pauperem", quod tota cura scilicet intentus sit, et oculis (qui prae ceteris membris valent) observet, ne aliunde periculum suum erumpat.

Insidiatur in abscondito, sicut leo in spelunca sua, insidiatur, ut rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum in laqueo suo.

Haec omnia unus versus in hebraeo, quae apud nos tribus versibus distributa sunt. Soloecismus iste „rapere pauperem" satis a multis taxatus est, cum dicendum fuerit: Rapiet pauperem. Satis autem facilis est intellectus ex praecedentibus tribus virtutibus tyrannidis, versu jam dicto expositis. Exponit enim, *quid* faciant oculi ejus, dum respiciunt pauperem.

sicut leo avidus rapiendi et devorandi in cubili suo observat occasionem, si qua bestia imprudens occurrat, et sua securitate in manus ejus ruat, ita Antichristi tempore erunt, qui non modo prohibeant pauperem mutire evangelium, sed sic eum observabunt, ut, si quid vel imprudenter dixerit aut fecerit, quod vel vi vel astu queant torquere, et violenter interpretari in eum sensum, qui sit contra sanctam sedem bestiae illius, mox more nostrorum clament: Ad ignem! quem is, qui dixit, aut nunquam cogitavit, aut nunquam voluit proferre. Imo si quid vel cautissime dixerit, ut non possit timere periculum, tamen illorum officium erit, rectissime dicta calumniari, cum Judaeis Christum capere in sermone, et in syllabis innoxiis venenum invenire, sicut araneus in rosa.

Hoc autem facient non stulto consilio, ut qui compertum habeant et experientia doceantur, regnum tyrannidis parum tutum felixque consistere, si eos duntaxat perdant, qui vel vera causa convicti vel simulata suspecti traduci possunt, sed oportet in exemplum et terrorem omnium aliorum etiam eos vexari, qui simpliciter et quiete incesserunt, nihil minus timentes, quam in has aliquando symplegadas rapi, ut sic nullus sit, qui tyrannum non metuat, etiam optima conscientia fretus, et omnis consilii contra tyrannum ignarus. Sic Micheae 2.: „Eos, qui transibant simpliciter, convertistis in bellum.“

Eo consilio fiet, ut non modo nemo pauperum audeat mutire, aut velle mutire pro evangelio, sed securitas parabitur tyrannidi, ut, quidquid docere, statuere, mutare, remutareve voluerint pro suis tum opinionibus tum affectibus, omnes necesse sit tanquam

Christi vocem sub nomine Christi acceptare. Deinde etiam ea causa sic grassabuntur, ne otiosum sit officium eorum, et parum gloriae apud homines obtineat. Tum si otio rubigineque pereat, metuendum, ne in futura vita privetur aureola doctoribus et tutoribus veritatis merito condigni debita. Quod ne contingat, curandum, ut vel innocentissimos excarnificent pro sancta veritate.

Vide nunc, quid sit insidiari illos in abscondito, sicut leo in spelunca, ut rapiant pauperem, nempe, animo perdendi occasionem observare, ut rapiant pauperem, ut in eo verbo aut opere eum capiant et damnent, quod sibi ignotum penitusque occultum fuit esse damnabile. Diximus enim occultum hoc loco esse, quod arte et ingenio occultatur, dum aliud praetexitur, quo accusetur pauper, et aliud intus revera est, quo accusari non possit, imo quo laudari debuit, seu, ut Christus dicit: „Qui odiunt lucem," et apostolus: „In hypocrisi loquentes mendacium." De quo plura in sequentibus Psalmis. Sed furor leoninus ad tyrannidem roborandam paratus his artibus rapiendi opus habet.

Itaque tempore antichristi nemo tutus erit in publico, nec audebit Christum profiteri, sicut nec hodie ante faciem haereticae pravitatis. Atque id forte est, quod toties praedictum est visionibus et prophetiis, fugituros esse christianos in speluncas petrarum et deserta sylvarum. Quis enim tutus erit, quando hi periclitabuntur, qui nec cogitant adversus antichristum loqui, et quod forte imprudenter et ignoranter effuderunt, cogentur negato Christo revocare, *et sedem* sanctam insidiarum in atriis suis adorare?

Deinde satis indicat principes, reges, sacerdotes, religiosos, et quidquid erit alicujus nominis, a parte antichristi staturos, dum nonnisi pauperem et oppressum memorat ista passurum. Nec esset magna nec digna antichristo deceptio atque tyrannis, si non potiorem et meliorem partem ecclesiae in sua studia seductam haberet. Regnabit enim in Babylone ipsaque Roma, et omnia vasa desiderabilia, regem et reginam, et eunuchos, pueros regios in suam captivitatem ducet, sicut figurat captivitas Babylonica Israelis.

Id quod sequitur: „Rapiet pauperem, dum attrahet eum in rete suum," explicandi gratia dictum videtur, ne quis pauperem rapi intelligeret aliter quam dictum est, hoc est, captabunt eum in sermone, si poterunt invenire, quo eum manifeste contra sedem sanctam antichristi dixisse probent. Non enim de corporali captione hic loquitur, quam versus sequens tractabit, sed de spirituali (ut dixi), quam per insidias in abscondito paraverunt, et has insidias rete et laqueum vocat. Exemplis ista probaremus pulchre, si nostro saeculo per se abundarent.

Humiliabit eum, inclinabit se, et cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

Et distinctionis et interpretationis confusio fecit, ut hunc versum passim de casu antichristi intelligant. Nam Hierony. sic reddit: Et confractum subjiciet, et irruet viribus suis valenter. Nec male reddidit in-terpres priorem partem, si omittantur pronomina „eum" et „se", quae non sunt in hebraeo, interponaturque conjunctio „et" (licet pro idiotismo non sit in hebraeo) inter utrumque verbum sic: Humiliabit

et inclinabit, scilicet pauperem. Significat enim verbum prius conterere, confringere, conquassare, posterius inclinare, incurvare, humiliare, ut Reuchlin dicit.

Altera pars hebraice sic: Et cadet in fortitudinibus suis in pauperes, quem sensum paene reddidit interpres, quod cadere in fortitudinibus, seu irruere in viribus, sit praevalere et dominari, nisi quod pro pauperibus Joh. Reuchlin putat dictione composita dici congregationem dolentium et oppressorum, ubi Hieron. adverbium valenter posuit, sicut supra in simili dictione pro pauperibus robustos transtulit. Sed ad aliud forte respexit vocabulum.

Est itaque sensus: Ubi antichristus et excubitores ejus pauperem traxerint in rete suum, et in sermone ceperint, hic nulla misericordia prorsus, leviusque sit peccatum negasse Deum et opera et verba ejus, quam hanc sedem insidiarum lacessisse. Hic conteritur et ad nihilum redigitur pauper, hic irruitur omnibus viribus in populum oppressum. Ad hanc antichristi insaniam, quidquid sit de Turca, jam diu pervenerunt virtualis et repraesentativae ecclesiae satellites et adulatores, siquidem peccata in Deum perpetrata rident, et pro peccatis jam non habent, tantum abest, ut in ea irruant, aut ut hic observent, ut hic vel millesimam officii sui aut virium suarum partem impendant.

Ceterum ubi dubites de statutis ejus, et an sit mixtus Deus et homo, an dominus terrenus mundi, hic si syllaba vel imprudens labaris, tractus in rete contereris, et irruent in te omnibus viribus, non contenti gladio et fulminibus latae sententiae cum tot maledictionibus, ut vix sufficias perlegere, auxilium

brachii saecularis et totius mundi vires invo-
·, tanti negotii est sedem tyrannicam tueri, ut
ropheta his verbis: „Irruet viribus suis," vi-
hanc nostrorum tyrannidem vel pro antichristo
antichristo expressisse. Contra *) quam, cum
us omnes ea tantum, quae sua sunt, perditissi-
diis quaerere et ea, quae Dei sunt, contemtis-
gligere, non tamen audemus mutire.
itur „humiliabit" et „inclinabit" non de persona
sti intelligitur, sed de opere ejus tyrannico in
s, sicut et illud: „Cadet, cum dominatus
aeque vim ejus significat. Nam ab hac vio-
ruendi appellantur gigantes, Gen. 6. נְפִילִים,
cadentes, seu irruentes, quia (inquit) erant
tentes in mundo et famosi, hoc est, tyranni,
ıerunt et oppresserunt vi propria pauperes,
t de Nimroth Gen. 10. dicitur: „Iste coepit
tens (id est, violentus) in terra et robustus
coram domino."

enim in corde suo: Oblitus est Deus,
tit faciem suam, ne videat in finem.

rum non hoc dicunt impii (ut aliqui putant),
rbitrentur Deum non esse vindicem malorum,
hominum non curare, cum sub nomine domini
perpetrent, sicut Christus Matth. 24. praedixit:
venient in nomine meo," sed quod tam securi
deoque sine timore Dei, ut Deum arbitrentur
esse pauperum, et pro se, contra pauperes

---

n edit. princip. hoc vocab. deest.

stare, ut versus sequens indicat, d.: „Ne obliviscaris pauperum," nec solum oblitum, sed etiam abscondisse et avertisse ab eis faciem, ut nunquam in aeternum sit respecturus ad eos, quanquam sint revera hodie quam plurimi, qui non credant animam immortalem et retributionem futuri judicii. Hanc insignem obstinationem et induratam praesumtionem impiorum hoc versu arguit, qua pios ad blasphemiae spiritum provocant, sicut Christo in cruce dixerunt: „Si filius Dei est, liberet eum, si vult." Non enim satis habent pios perdidisse, insuper blasphemantes et insultantes divini auxilii desperationem objiciunt, aut saltem praesumunt, de quo Ps. 3. latius. Atque hic finis et ultimum est, quod impii possunt, ideo nunc sequitur alia pars Psalmi, in quo pro piis contra impios orat et prophetat, dicens:

Exsurge domine Deus, et exaltetur manus tua, ne obliviscaris pauperum.

Dicunt impii te pauperum oblivisci, at tu exsurge, et exalta potentiam tuam, qua destruis ea, quae sunt, exaltas ea, quae non sunt, et convincantur impietatis suae. In qua re jam saepe admonuimus nos doceri, ut vindicta posita ac Deo relicta sola oratione quaeramus juvari solius Dei virtute de nostris viribus desperantes. Tropum istum, levare seu exaltare manum, notum arbitror, pro ostendere et exercere virtutem, de quo Ps. 4. dictum est, quem deinceps saepius habebimus *), ut: „Leva manus

*) In edit. princip. leg.: habuimus.

us in superbias eorum," et Isa: „Ecce ego levo
num meam ad gentes."

Credo autem, ut sicut Psalmus praecedens fere
ili materia tempora martyrum descripsit, ita hunc
inum describere tempora usque ad finem mundi,
non modo antichristum, sed et omnes impios in
lesia tyrannos post tempora martyrum et doctorum
inem mundi grassantes tractet, quales apostolus 2.
. 3. praedixit homines habentes speciem pietatis
irtutem ejus abnegantes, quos nemo sit correctu-
aut reformaturus, nisi ille, qui adventus sui illu-
tione destructurus est impium. Interim proficient
i in pejus semper usque in finem.

Proinde ego velut certus desperavi reformatio-
generalem ecclesiae. Nam quantis quaeso con-
i post tempora martyrum et doctorum tentata est
esiae reformatio? Quid Constantiensi, quid Basi-
si promotum est in hanc rem, ut taceam istud
issimi concilii ludibrium? Quis est iste Spiritus
ctus, qui legitima (ut jactant) synodo coacta nihil
at ecclesiae suae correctionem, sed tantum ceri-
iis perdit omnes dies concilii? Ideo quod hic
mus invocat dominum, ut exsurgat et potentiam
endat, ad diem extremi judicii pertinere puto, quod
sequentia juvabunt, ut non sit dubium nostro sae-
o, imo jam plusquam tribus saeculis hujus Psalmi
i pleno cursu geri et gestam esse.

opter quod irritavit impius Deum? Dixit
enim in corde suo: Non requiret.

Scilicet blasphemia seu insultatio maxime urit,
eo eam ante omnia movet et accusat. Passiones

enim, si in Dei conscientia ferantur, non adeo graves sunt, at ubi conscientia de Deo averso vexatur, jam importabiles sunt. Reddit autem hoc versu ac refert illud, quod impius dixerat: „Avertit faciem suam, ne videat unquam," sicut oblivionem Dei praecedente versu repulit. His enim versibus spiritualibus opus habemus exhortari, quando in tribulationibus conscientiam nostram blasphemia et desperatio vexant. Tunc enim consilio et exemplo hujus versus blasphemia regerenda et retorquenda est in ipsum suggerentem et in caput ejus, sicut et tradiderunt harum rerum usu edocti et periti. Nam revera blasphemum est dicere, Deum oblivisci pauperum, et avertere faciem et non requirere, cum in se praeceperit credi et sperari in praecepto primo, et invocari nomen suum in secundo, et exspectari opus suum in tertio. Propter quid ergo irritat impius Deum, tribuens ei oblivionem pauperum contra expressum ejus voluntatis praeceptum?

Illud leviculum, quod in heb. secunda persona dicitur: Non requires, nisi quod ardentior affectus eo commendatur et robustior exhortatio adversus spiritum blasphemiae, dum cum fiducia ad Deum sese convertit, accusans et detestans diabolum, justificans Deum et mandata ejus, benevolentiam ita captans, et movens invidiam parti adversae, non quod Deus his indigeat, ut moveatur, sed nos, ne in fide et spe succumbamus, his artibus nos armemus et roboremus.

Vides, quoniam tu laborem et dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor.

Absolute dicit: „Vides," pro erigenda fiducia adversus impii blasphemiam, ac si dicat: Tu es videns et inspector omnium, non oblitus nostri nec adversus, ut impius nobis intentat. Ideo et consideras et attendis in laborem et dolorem, adeo scilicet vides, ut etiam attente consideres, nedum aversus obliviscaris.

„Laborem et dolorem" plerique ad pauperes, Aug. etiam ad Deum refert. Meo spiritu ad impium refero. Labor enim hic עָמָל est, de quo supra: „Sub lingua ejus labor." Verum pro dolore Hebraeus furorem habet, sicut et Hiero. reddidit, et Augustinus iram in suo textu legit, id quod fecit eum de labore et ira Dei cogitare. Igitur mea sententia laborem vocat vanum et negotiosissimum insidiarum et doli studium, quo sua (ut diximus) parat, dolorem autem, seu furorem, vim et impetum, quibus tyrannidem dolosam stabilit, quasi dicat spiritus: Tu attentissime consideras impii tam dolum quam vim, dolum in verbis (ut Aug. verbis utar), vim in imperio, quo in sanctos tuos furit, et multo labore suas insidias tuetur.

Est enim necessaria dolosis et insidiosis violentia, imo dolus tam impotens est, ut non possit non furere et vim movere, si coeperit revelari. Sic enim principes tenebrarum, postquam mundum possederant diuturna idololatria per multam operationem erroris et dolum, vehementer succensi sunt et furere coepe-

runt in apostolos et martyres, qui dolum hunc detegere aggressi sunt. Sic facit omnis impius pro suo dolo tuendo, quemadmodum nostri quoque saeculi exempla monstrant. Itaque ne pusillanimes nos reddat impiorum praesumtio, exhortatur nos spiritus, docens, quod non est abscondita Deo impiorum tum fraus tum vis, quacunque arte in sanctos moliantur et furiant.

Ac sic considerat, ut non considerasse satis sit et inultus transeat impius, sed „ut tradas eos in manus tuas." Hiero. aptius: Ut detur in manu tua. Nam pronomen „eos" non est in textu, et de impio in singulari numero loquitur. „Horrendum autem est incidere in manus Dei viventis," ut apostolus Heb. 10. intonat, quia hic non est, qui eripiat, sicut Ps. 50.: „Intelligite haec, qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, et non sit, qui eripiat." Eodem tropo et Ps. 21. dicitur: „Inveniatur manus tua inimicis tuis." Et sumtum videtur ex lege Mosi et aliis veteris instrumenti libris, in quibus saepissime legimus hostes tradi in manus filiorum Israel, et rursus Israel in manus hostium, quoties vindictam sumtam aut sumendam legimus.

Quare et hoc loco tradi in manus Dei, est Deo vindicante puniri, qui punit aeterna vindicta. Quo intelligimus id, quod dixi, prophetam loqui hoc Ps. de his, qui extremo judicio apprehendentur in fine mundi, postquam impietas eorum praevaluerit per orbem in desperatam usque emendationem. Nam corrigibiles non tradit in manus suas, sed ut Ps. 89. dicitur: „Visitat in virga iniquitates eorum, et in verberibus *hominum* peccata eorum," de quibus nunc dicit:

„Tibi derelictus est pauper.“ Ubi iterum Hiero. nsfert robustus. Inter multa vocabula, quibus lin- a sancta pauperes appellat (adeo convenit sancti- li et paupertati) tria hoc Psalmo ponuntur: אֶבְיוֹן, od simpliciter pauperem significat, עָנִי, quod magis latem ac afflictum, et חֶלְכָה, quod oppressum et a passum proprie significat. Praeter haec sunt , quod Psalmo praecedente ponitur: „Et factus t dominus refugium דָּךְ,“ id est, pauperi, item דַּל רָשׁ et מִסְכֵּן, quorum omnium differentias dare te non est opus, nec hujus loci.

Hebraei autem pulchre id possunt, observata mologia. דָּךְ enim a contritione et confractione, ab attenuatione et exsiccatione, עָנִי ab afflictione moerore cordis, אֶבְיוֹן a volendo seu desiderando, cui desit, quod cupit, מִסְכֵּן ab apothecis et prom- riis, quod sine eis sit, רָשׁ a pereundo et ad mise- a redigendo.

Et isto Psalmo peculiariter repetitum חֶלְכָה, d Hiero. ab חָיִל, quod robur significat, robustum pit. Alii ab eodem חַיִל vel חֵיל, quod exercitum congregationem, et כְּאֵב, quod moerorem tristi- que significat, compositum volunt, velut ecclesiam tium et moerentium intelligentes, quod mihi placet, cum hic proprie loquatur de iis, qui ab sub praetextu nominis domini vim et dolum tur, ubi nomini domini resistere non licet, et res proposita vehementer contristat, atque ita occultis patiuntur. Quales fuerunt apostoli in coena

domini, qui cum Judam non auderent reprehendere, ejus tamen dolo per Christum indicato cruciabantur. Felicior enim erat martyrum et doctorum conditio, ubi contra idola et gentes et alienos pugnabant. Sed antichristus nostris episcopis et ecclesiasticis rectoribus utetur, sicut in haereticis coepit, quibus cum in omnibus obediendum sit vice Christi, periculosissimum erit non obedisse, rursum idem periculum obedisse, cum et electi hic in errorem duci queant.

Quare cum audimus pauperem soli Deo relictum, sine dubio intelligere debemus, contra eos staturos magnates et utriusque status rectores. Quae res cum sit popularis et in oculis vulgi magna, facile persuadebit, ut totus orbis ruat in obsequium antichristi, et argumentum veritatis non ex evangelio, sed ex multitudine et opinione vulgi petant, sicut et hodie aliqui faciunt.

Idem indicat: „Orphano tu eris adjutor." Nihil refert, pupillo (sicut infra transfert) sive orphano dixerimus. Eum intelligit, qui sine patre est in terra, cujus pater in coelo est. Nemo itaque evangelistam tempore antichristi tuebitur ex omnibus hominibus, nisi solus Deus. Horribilia haec sunt valde. Nam episcopos et magnates ecclesiarum non fore in numero pupillorum, quales hodie sunt in curribus et equis et armis, facile quivis intelligit, nisi redigerentur primum in priscam sacerdotum et episcoporum sortem, sed necesse erit eos pro temporalibus suis et patrimoniis Christi et sanctorum secundum jura sua sacerrima antichristo adhaerere adversus pauperem et orphanum.

Contere brachium peccatoris et maligni, quaeretur peccatum illius et non invenietur.

Peccatorem et peccatum pro impio et impietate dixit, ut Hierony. rectius: Contere brachium impii et maligni, quaeres impietatem ejus, et non invenies. Hebraea distinctio talis esse videtur: Contere brachium impii, et malignum quaerens, impietatem ejus non invenies, ut malignum in neutro genere accipias pro malitia, et duo illa componas, brachium et malitiam impii, non autem impium et malignum, illud conterendum, hanc requirendam, id est, in judicium vocandam, ut sit sensus: Vim et potentiam antichristi destrue, et malitiam require, seu in judicium voca, ut dolus et nequitia ejus reveletur et damnetur, quibus velut instrumentis utitur sua impietas. Destructa autem potentia et inquisita malitia ejus, ac sic exuto eo tam vi quam dolo, facies, ut impietas ejus penitus desinat, erit inermis impietas et ad nihilum redacta. Hoc est, quod dicit: Impietatem ejus non invenies, non ut non sit, sed ut nihil possit, eo tropo, quo Deutro. 32. dicitur: „Et dixi: Ubinam sunt? Cessare faciam ex omnibus memoriam," et Isa. 14.: „Quomodo cessavit exactor? Quievit tributum?" Sic enim de perditis et vulgo quaeritur et dicitur insultando: Ubi sunt? Quo abierunt?

Quare observanda sunt verba aptissime posita, brachium conteritur, malignitas quaeritur, et utrumque tollitur, sed impietas manet, nisi quod ablatis his armis, vi et dolo non invenitur, hoc est, perditur cum impio. Hunc sensum mihi extorquet hebraica (ut

dixi) distinctio. Ad eundem tamen utrumque duci potest et noster textus: Quaeretur peccatum illius, et non invenietur, id est, insultabitur perdito impio, et quaeretur a dicentibus: Ubinam est, qui irruebat viribus suis et fallebat*) dolis suis? Atque hic quoque versus opus judicii novissimi hoc Ps. cantari et invocari demonstrat, quod in hoc tempore impii quidem conteruntur et convertuntur, at in illo conteretur ipsa potentia et malignitas. Ceterum impius in impietate sua manet, nec invenietur, quia tollet eum dominus.

Et apte singula singulis tribuit: Contere brachium, quaere malitiam, quia vis aperta est judicioque inquisitionis non eget, jam judicata est digna contritione. At fraus et dolus malignus primum revelandus est, cujus ipsa inquisitio, perditio ejus est. Dolus enim quam primum cognitus fuerit, mox sine viribus, ac jam non dolus est, sed sua ipsius ignominia. Potentia autem etiamsi cognoscatur, non ideo desinit, imo cognita maxime valet, ideo conterenda et frangenda est, et dolus in se ipso revelato confundendus. Tum dicetur ad nudum, infirmatum confusumque impium: „Ubi nunc est, o impie, misera tua impietas?

Dominus regnabit in aeternum et in saeculum saeculi, peribitis gentes de terra illius.

Hierony. et Heb.: Dominus rex saeculi et aeternitatis, perierunt gentes de terra ejus. Est tamen

---

*) In aliis edit. leg.: valebat.

lium sensus, quo exhortamur, ne dubitemus Christum esse regem in aeternum, qui salvos nos faciat, et impios perdat, quantumlibet impii contrarium et spernant et opprobrent. Quod maxime circa finem mundi necessarium est nosse, quando omnia per antichristum sic agatur, ut quidquid ipse contra pios tentaverit, auctoritate et nomine Dei fieri universo vulgo persuadebit (ut sat diximus).

Proinde satis sumus praemoniti, abundeque nobis est praedictum, ne statim amplectamur, quidquid sub auctoritate Christi, apostolorum ejus, Petri et Pauli, sive a sede apostolica Romana, sive cujuscunque episcopi prodierit promissum vel comminatum, nec statim verum aut salutare credendum, quantumlibet multitudine aut magnitudine sapientum et potentum accedente roboretur, sed evangelium Christi solum et unicum pro judice et duce spectemus, juxta illud Pauli: „Omnia probate, quod bonum est tenete." Si enim discipuli apostolorum, adhuc viventibus apostolis, ausi aut lapsi sunt, ut populum seducerent in suas opiniones, quid non timendum in eorum successoribus post mortem eorum, ac per tanta jam saecula crescente perfidia et sapientia carnis? Recessit olim Idom sub rege Joram, ne esset sub Juda, quem tamen Isaac subjecerat Jacob longe ante, quid mirum, si figura impleatur in ecclesia, ut mundus a Christo recedat?

Verum si huc coneris, non diu christianus catholicusque habeberis. Quare una interim consolatio tua sit futuri judicii dies et fides, qua credis dominum tuum regnare in perpetuum, et perituros esse tandem suos impios. Nisi enim hac fide praestes et huc

spectes, praesentium rerum species, quae est apud impios, cito te subvertet, falso scrupulo et impietatis inani terriculamento, te laesae majestatis Dei et hominum accusans.

„De terra illius.“ Quaenam illa? Nam coelum coeli domino, terram autem dedit filiis hominum. Vis et intentio in pronomine „illius“ forte spectanda est, ac si dicat: Vos impii sic agitis in terra, quasi essetis Dii et domini ejus soli, nec Deum nec imperium ejus respicitis, cum non vestra, sed illius sit terra et omnia, qui est rex saeculi et aeternitatis. Quo regnante scitote vos tandem perituros esse de hac terra ejus. Sic Job. 12.: „Abundant tabernacula praedonum, audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manu eorum.“ Et Ezech. 29.: „Ecce ego ad te Pharao, rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, et dicis: Meus est fluvius et ego feci memet ipsum etc.“

Ita et impii in terra sine Dei timore agunt, ac si ipsi se ipsos fecissent et sua omnia essent, contra quos ultimum judicium intentat, perituros esse de terra Dei, quam sibi superbissima impietate subjecerunt. Sic et Petrus 2. Pe. 2. dicit coelos et terram repositos igni reservari in diem perditionis impiorum hominum,“ quasi cum hoc versu colludens.

Forte et „gentes“ emphasin habet et quandam spiritus indignationem aut tapinosin, in hunc modum: Vos qui populus Dei et electus Israel esse debuistis, nunc summo dedecore vestro in gentes degenerati, ac jam non populus, sed hostes Dei, peribitis. Hoc locutionis genere praedixit Moses Judaeis saepissime, quod essent cito perituri de terra, quam ingrederen-

tur, si mandata Dei non custodirent. Quare et hic gentes in terra Dei oportet intelligi christianos, qui specie Christum confitentur, revera autem gentes, factis enim negant, terram ejus indigne possidentes.

Desiderium pauperum exaudivit dominus, praeparationem cordis eorum audivit auris tua.

Hiero.: Desiderium pauperum audisti domine, praeparasti, ut cor eorum audiat, seu attendat auris tua. Eadem dictio est „desiderium", quae in principio Ps. posita est: „Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae." Ideo eodem modo exponenda. „Praeparationem" nostra translatio tribuit cordi pauperum, Hiero. et Heb. Deo. Utrimque tamen significatur inaestimabilis promtitudo Dei ad exaudiendos pauperes, in hunc modum: Adeo paratus et promtus es exaudire, ut etiam antequam clament, sola desideria cordis audias, imo impatientior tu es morae, ut audias, quam illi, ut clament, optasque clamare, ut locum habeas exaudiendi, adeo praevenit et parata est voluntas tua exaudiendi desiderium eorum clamandi. Sic Isa. 65.: „Eritque antequam clament, ego exaudiam, adhuc loquentibus illis (id est, nondum finito clamore aut sermone) audiam." „Tunc invocabis, et dominus exaudiet, clamabis, et dicet: Ecce assum, quia misericors sum, dominus Deus tuus."

Quibus verbis non modo sperare jubemur orantes, sed provocamur etiam ad orandum negligentes, dum nobis exauditorem tam paratum proponunt. Et quanquam frigida sint haec, dum extra locum et opportunitatem suam (id est, in anima secura et satura) sonant, tamen animae pauperum et afflictorum (ut

hic dicit) simul sunt summe necessaria et vehen
tissime consolatoria. Omnia enim tunc machinis i
blasphemique tyranni contraria simulantur et sent
tur. Ideo longe ultra sensum et captum, in puriss
fide rerum non apparentium, solumque sperandar
deinde praesentium contemnendarum dicuntur et
telliguntur, sicut jam saepe dixi Psalterium e
gymnasium fidei et spiritus, ut, qui sine fide leg
tenebras solum et gelu legat, sine luce, sine cal
manens, fides autem nonnisi in passionibus vig
quanto acrioribus tanto speciosior.

Judicare pupillo et humili, ut non app nat ultra magnificare se homo super terram.

Graecissantem interpretem, ubi „judicare" p
ut judicet, dixit, alii taxavere. Pupillum quoque
cat, quem superius orphanum, et humilis est confr
tus ille דָּךְ, quem superius Ps. 9. pauperem, Hi
hic oppressum vocat, ut intelligamus derelictum
passionibus obrutum populum Christi. Hebraeus
distinguit: Ad judicandum orphanum et pauper
non addet ultra, seu in sempiternum, ad magnific
dum homo de terra, ubi verbum addet vel appo
absoluto statu mihi poni putatur, in hunc modu
Non addet, id est, non erit additio, non augebi
sed hic sistet et finietur, non erit hoc amplius,
fortis et terribilis sit homo de terra.

Habentque verba in hebraeo decorum et mi
gratiam. Primum, homo dicitur אֱנוֹשׁ, qui, ut Ps.
diximus, miser, oblitus et desperatus sua etymolo
dicitur, cui componitur mira rerum antithesi et rep

iantia לַעֲרֹץ, id est, ad magnificandum, quasi rei indignitatem detestetur, quod אֱנוֹשׁ infelix tantum sibi arroget in hoc mundo, ut tyrannica violentia magnus, fortis, terribilis et gloriosus adversus pios haberi velit. Deinde pulchra vocum allusio est, magnificare et de terra, לַעֲרֹץ אֱנוֹשׁ מִן־הָאָרֶץ magnam antithesin includens, ut indignum sit hominem ultra hoc, quod אֱנוֹשׁ est, de terra natus et in terram reversurus, in terra et de terra sic superbire, quasi illud Ecclesiastici dicat: „Quid superbis terra et cinis?“

Est etiam verbum „magnificare“ aequivocum Hebraeis, significans (ut Reuchlin ait) terreri, pavere, terrere, sicut fortes et magni tyranni formidantur, et ab eo tremore passive significantur altera significatione terribiles illi et magni, superbi et fortes, ut non inepte queamus hunc versum etiam sic vertere: Non erit ultra, ut formidet (scilicet pupillus et pauper) hominem de terra, quo sensu Zach. Lucae 1. loquitur: „Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris,“ et utrumque sensum et significatum in unum cogamus, sic intelligentes totum versum: Ad hoc exaudisti domine cor eorum, ut vindices causam orphanorum et afflictorum, et tandem finis sit tyrannis ipsis, infelicibus hominibus, superbiendi et magnificandi adversus pauperes, rursum pauperes aliquando liberati te exauditore et judice deinceps non metuant neque terreantur neque opprimantur ab homine de terra. Ita vides Psalmum hunc finem suum in finem mundi et judicii diem constituere.

PSALMUS UNDECIMUS.

Hebraeis undecimus, ad victoriam David.

In domino confido, quomodo dicitis animae meae: Transmigra in montem sicut passer,

Hunc Ps. de haereticis s. patres intellexerunt, et recte, modo haereticos intelligamus omnes, qui alienam a justitia Dei docent justitiam, quales Judaei et omnes operarii seu justitiarii, quorum hodie ecclesia referta est, ii maxime, qui haereticos persequuntur. Nam primo verbo, quo Psalmum inchoat (in domino confido) satis evidenter indicat scopum Psalmi, nempe se locuturum prō justitia fidei, quae est in Deum, adversus subdolos operum magistros et blandam humanae justitiae speciem. Itaque nihil hoc Psalmo de persecutionibus, sed omnia de fallaciis dicuntur, quas Paulus Col. 2. copiose persequitur, inter alia dicens: „Videte, ne quis vos seducat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum etc.“

Sic autem tractat hos fallaces magistros, ut eos incorrigibiles adstruat, solius Dei judicio reservatos, nec alia re consolari pios posse in hac causa, nisi judicio justo Dei, interim exemplo Christi sinendos esse, ut caeci caecos ducant, et juxta Paulum „proficiant semper in pejus, seducti et seducentes.“ Referendus tamen maxime est Ps. ad initium ecclesiae, quo spectant fere omnium prophetarum oracula, in quo maximus (propter Christum) mundi tumultus excitatus est. Dicit itaque:

„In domino confido," hoc est, haec mea est justitia, credidisse et sperasse in domino, sicut Ro. 1.: „Justus ex fide sua vivet." Haec est enim petra, supra quam aedificavi domum meam. Vos autem, qui aliud docere praesumitis animam meam, dum hoc et illud opus jactatis, in quo me salvum fieri confidam, sic accipio, ac si me jubeatis profugum et incertum volare, ut nusquam mihi sit fixa et firma conscientia, sicut avis, quae dimisso nido in montes vaga volat et huc illucque movetur, nusquam certa mansione consistens. Sic Prover. 27.: „Sicut avis transmigrans de nido suo, sic homo, qui relinquit locum suum."

Non autem putandum est, operarios illos fallaces sic dicere, cum contra sua potius studia pro firmissimis certissimisque salutis haberi velint fundamentis, longe etiam amplius prae verae fidei et solidae justitiae petra. Nihil enim certius sibi persuadent neque firmius, quam sua opera, sicut eos Abdias taxat: „Si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus." Ibidem: „Superbia cordis tui exaltavit te, habitantem in scissuris petrarum etc." Imo nihil aliud jactant se docere, quam fidem, spem et caritatem, voluntque soli esse, qui confidunt in domino, ac pro hoc pugnant. Sed quod revera ita sit, si quis eis obtemperet, ut pro solida petra vagos montes, et pro securo nido instabiles fluctus cordis inveniat. Nam haec est origo litis incomponibilis et assiduae inter veraces et fallaces, quod utrique sua studia asserunt solida esse, donec dominus ipse judicet, sicut inter Esau et Jacob in utero Rebeccae, et inter mulieres meretrices de filio mortuo et vivo, Salomon. Neque enim hic determinatio ecclesiae satis est, sicut probavit Ariana et omnium haeresum factio,

donec suo tempore dominus finem faciat, ut hoc Psalmo consolamur.

Igitur quicunque omisso Christo in ecclesia docent suas operatiunculas, a se repertos vivendi modos, ut hodie sunt magni harum perditionum gurgites, sicut et Johannes Taulerus saepius et egregie monet, non aliud faciunt, nisi quod conscientias excarnificant, semper discentes, et ad scientiam veritatis nunquam pervenientes, tantum speciem pietatis habentes et virtutem ejus abnegantes, captivas ducentes mulierculas, oneratas peccatis, revera enim peccatis magis onerant et inquietant, quam exonerent et consolentur. Huc pertinent doctores satisfactionum, indulgentiarum, modorum confitendi, et infinitarum ejusmodi insaniarum. Vos ergo, ait David, me docebitis vestra, quos si sequar, ero amissa fiducia in domino, sicut profuga avis amisso nido? Absit, non sequar. Unde dictio „transmigra" in hebraeo ejectionem, profugam vagamque motionem significat, ut Gen. 4.: „Vagus et profugus eris in terra." Et infra: „Habitabat in terra Naid" (id est, profugus). Unde et signum, quod dominus in Cain posuit, ne interficeretur, tremor scilicet, his ipsis convenit phrenapatis, id est, mentium deceptoribus, quod nunquam non habeant trepidam et pavidam conscientiam, quantumlibet operentur sua bona, quin imagine sui patris metuunt a quovis occidi, quodlibet ad fulmen pallent et sonitu folii volantis terrentur. „Non enim est pax impiis," ait dominus, Isaiae 48., sed „sicut mare fervet impius, et redundant fluctus ejus."

Hebraeum ergo sic redderem: In domino speravi, quomodo dicitis animae meae: Move montis avis? id est, esto in montibus profuga quaedam avis.

Adverbium „sicut“ non est in textu, vult enim dicere: Esto vaga avis montis. Est enim allegoria. Et mons hoc loco proprie significat multitudinem montium, quales sunt in deserto et silvis, a cultu et frequentia hominum remoti, ut indicet proprie animam profugam et a fiduciae suae nido, in deserto ejectam. Eadem enim dictio hic ponitur, quae Isaiae 4. [40.]: „Aspera (id est, montosa) in vias planas“, cum talia montosa sint et invia et impedita, ubi satis indicat per Christum reduci animas a montibus istis, id est, montuosis, et inviis justitiis ad facilem et planam in fide justitiam.

Deinde cum sint eae justitiae difficiles et anfractuosae et dispendiosae, sicut montium talium via, nihilominus tamen inflantur et superbae sunt, ut eas altitudine montium necesse fuerit significari. Ac sic propheta eodem verbo simul et miseriam et superbiam expressit eorum, ut qui de ea re glorientur, in qua laborant miserrime, cum lamentari potius debuerint. Hanc justitiae infelicitatem superius audivimus dici אָוֶן et עָמָל, id est, dolorem et laborem.

Hoc parum refert, quod Hebraeus avem generali nomine, non passerem specialiter habet, צִפּוֹר.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Hiero. sic: Quia ecce impii intenderunt*) arcum, paraverunt sagittam suam super nervum, ut sagittent in abscondito rectos corde. Mediam particulam ver-

---

*) In edit. princip. leg.: tetenderunt.

sus ego libens sic verterem: Direxerunt sagittam suam ad signum. Mihi enim Hebraeus videtur dicere de iis, qui sagittas emissuri dirigunt ad metam propositam, quod ex verbo direxerunt apparet. Nam nec pharetram nec nervum proprie invenio.

Patet autem Ps. loqui de impiis et hypocritis, quos jam saepius diximus nominari רְשָׁעִ, in justitia propria incedentes, inimicos justitiae Dei, propter Deum et zelum veritatis. Reddit autem rationem jam dicti, dicens: Dixi impios velle, ut fiam avis montium profuga, dimisso nidulo fiduciae meae in Christo, vere dixi, quia ecce dum optime docent, seducunt recticordes et destruunt ea, quae tu perfecisti. Quo quid aliud faciunt quam inquietas et trepidas animas?

Celeberrima est allegoria ista arcus et sagittarum non modo in sacris literis, sed et quotidianis vulgi proverbiis, arcum scilicet esse linguam, seu oratorem, seu orandi artificium, sagittas verba, suggestiones et similia. Itaque impii linguam suam eo instituunt, et verba impii dogmatis eo dirigunt, tantum ut noceant et perdant, sicut Joh. 10. de furibus eisdem dicit: „Quotquot venerunt, fures et latrones fuerunt. Fur non venit, nisi ut mactet et perdat, ego autem veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant.“ Putas, cur evangelista, cum haec dixisse Christum scriberet, adderet de suo: „Illi non cognoverunt, quid loqueretur eis,“ nisi quod impii non possunt intelligere se esse lupos rapaces sub vestimentis ovium? Ideo enim secure docent, atque adeo pugnaciter instant, quod sese rectissima docere arbitrentur, ita ut, nisi dominus solus hic judicet, nullus hominum judicare possit. Unde Ps. 3. [5.] non alium judicem nisi Deum eis imprecatur, dicens: „Judica illos Deus,“ quanquam hodie

sunt, qui determinationibus ecclesiae (id est, unius hominis) tribuant omnia, quasi impossibile sit ipsum errare.

„Ut sagittent in obscuro rectos corde," id est, ut mactent oves. Impiorum enim doctrina, quia in populo Dei versatur, nonnisi pias animas perdere quaerit, quae alioqui recta et simplici fide in Deum vivunt, sicut in Galatis exemplum apostolus posuit. „Cibus enim ejus electus est," ait Abacuc. 1. Quid enim sit rectum cor, abunde dictum est Ps. praecedentibus, praesertim 7. et 9.

„In obscuro" aliud vocabulum est, quam Ps. praecedente positum est: ‚In occultis interficit innocentem.“ Hic enim significat caliginem, quae arte aut ingenio non fit, sed natura et usu venit, sicut si quis in nocte et per tenebras imprudens vulneretur, ubi non fecit obscurum, sed usus est obscuro malignus adversarius, quomodo et lupus nocte utitur ad oves invadendas. Quare obscurum hoc loco est ipsa ignorantia et simplicitas populi, exposita ad ludibrium pestiferis magistris, sicut apostolus Ro. ult.: „Qui per dulces sermones et bonas dictiones corda seducunt innocentum," qui cum sine judicio sint promti pro sua simplicitate credere omnia, quodlibet pro quolibet admittunt. Atque hoc est, quod facit montium aves et inquietas conscientias, dum multa audiunt, et (ut apostolus Hebraeos praemonuit) „doctrinis variis et peregrinis abducuntur", et alibi: „Omni vento doctrinae circumferuntur." Hi enim omni spiritui (id est, vento) credunt contra sapientis consilium.

Odiose autem appellat arcum et sagittas, quae mortifera sunt instrumenta, ad terrendos nos et prae-

monendos adversus blanditias et speciem dogmatum. Non enim impii se arcum et sagittas habere putant, sed plumas, pulvillos et cervicalia (ut est apud Ezechielem 13.), loquuntur enim placentia et blanda. Quibus erudimur, ut mortiferum esse sciamus, quidquid docetur, quod nobis blanditur. Apparet enim blandum sensui et opinioni nostrae, sed revera mortiferae sagittae sunt, sicut Prover. 5.: „Favus distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus, novissima autem illius amara quasi absynthium, et acuta quasi gladius biceps."

Sicut econtra Christi sagittae sunt acutae ad sensum, sed in novissimo quovis favo dulciores, mortificant enim, ut vivificent, illae autem vivificant, ut mortificent, ut in Ezechiele 13. dicitur: „Violabant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmen panis, ut interficerent animas, quae non moriuntur, et vivificarent animas, quae non vivunt, mentientes populo meo, credenti mendaciis." Quid est populum credere mendaciis, quam obscurum esse et simplicem populum ludibrio superstitionum expositum? Quare, ut supra dictum est, allegoriam verborum intelligamus, et allegoriam rerum nobis indicare, quod aliud geritur, aliud videtur. Plumae et favus videntur dogmata fallacia, cum sint revera arcus et sagittae mortis, econtra sagittae Christi mortis esse putantur instrumenta, cum sint vitae.

Quod autem dicit eos arcum intendisse et sagittam posuisse super nervum, seu direxisse ad signum, studium eorum signat et impium zelum, quia, sicut *Judas cum* cohorte vigilantior fuit contra Christum in

obscuro noctis, quam apostoli pro Christo, qui etiam dormierunt, ita pestilentes doctores diligentissimi sunt, ut abutantur simplicitate populi ad ejus perniciem, dum veri pastores vix spirant ac vivunt pro populo, quin fere stertunt omnes, et dum dormiunt homines, superseminat zizania inimicus homo. Quando enim tanta cura (nisi apostolos exceperis et paucos successores) pro populo et salutari doctrina vigilatum est, quanta impii pro sua impietate vigilarunt? Nempe gloria et quaestus praesentis vitae fortius hos movet, quam illos gloria et honor vitae futurae. Dicit enim Paulus etiam pro suo tempore: „Omnes quaerunt, quae sua sunt.“ Quanto magis hoc pro sequenti tempore dixisse intelligendus est? Et hodie, quis est, qui tanta cura Christum, quanta apostolicae sedis et hominum decreta praedicet? nempe quod in Christi doctrina sit praesens egestas, crux, ignominia, in hominum fallaciis gloria, opes et vita.

Sive ergo sagittas eorum in pharetra paratas sive super nervum positas, sive ad signum directas dixeris, idem studium intelligas, quo non frustra docere parant, sed ut tangant et ad certum jaciant, et plurimos in suam sententiam vulneratos trahant. Adornant enim verba sua, et ita colorant, magnificant, dilatant, instruunt, dirigunt, ut impossibile sit simplicem animam iis non capi. Exempla sunt manifesta, quae taceo. Sat est, verbo intendendi et parandi et dirigendi significari impiorum magistrorum nimiam diligentiam, qua cupiunt quam minime frustra loqui simplicibus, quin si unus est, qui elabatur, insaniunt sicut multos audivimus nostra aetate.

Quoniam, quae perfecisti, destruxerunt, justus autem, quid fecit?

Hiero.: Quoniam leges dissipatae sunt. Quo videmus vere Psalmum per sagittas intelligere dogmata impiorum magistrorum, qui nunquam non sunt in populo Dei, sicut 2. Pet. 2. dicit: „Fuerunt vero et pseudoprophetae in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces etc.," et Paulus Act. 20: „Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, et ex vobis ipsis surgent viri loquentes perversa, ut adducant discipulos post se." Haec et multa alia terribilia nobis tanta cura praedicta ridemus hodie securi, et quodlibet docere miserum vulgum summa temeritate audemus. Intrant et inter nos surgunt mendaces magistri, quis obsecro tutus esse potest?

Hebraeus proprie sic habet: Quoniam positiones everterunt. Significat autem id verbi statuta, instituta, constructa, posita. Unde noster interpres non inepte molitus videtur antithesin: Quoniam, quae tu struxisti, illi destruxerunt. Quomodo Malach. 1.: „Quodsi dixerit Idumaea: Destructi sumus, sed revertentes aedificabimus, quae destructa sunt, haec dicit dominus exercituum: Isti aedificabunt, et ego destruam." Et Isa. 9.: „Et sciet omnis populus Ephraim, et habitantes Samariam in superbia et magnitudine cordis, dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus aedificabimus, sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus."

Diximus autem supra Ps. 5. per structuram istam intelligi doctrinarum structuram, sicut in turre

lonis figuratum est, ubi semper dominus contra
ies, destruens, quae illi aedificant, et hi rursum
ientes, quae ille aedificat. Unde recte hic dicit:
ixerunt, quae a te posita et instituta sunt, id
nt Hiere.): „Pervertunt verba Dei viventis.",
ch. 3.: „Audite principes domus Jacob, et ju-
lomus Israel, qui abominamini judicium, et om-
:ta pervertitis, qui aedificatis Zion in sanguini-
:t Hierusalem in iniquitate." Hoc enim fit,
iera Dei verba cogimus servire nostris affecti-
: opinionibus. Hoc est ex inauribus filiarum
et auro domini conflare vitulum et idola, ut
tissime in prophetis arguuntur. Quos si hodie
haereticus eris, cum soli hi sint ecclesia Dei
qui talia faciunt, sicut et tempore propheta-
ant.

braeus autem absolute et impersonaliter dicit:
n quae posità sunt, seu, quoniam posita ever-
nen: Quae tu posuisti. Quod nescio quid
emphasis habeat, quasi ea sola velit esse po-
statuta, quae Deus posuit et statuit, et nefas
vel cogitari, ut differentia nulla sit opus.
lo et apostolus dicit: „Placuit in Christo
instaurare," quasi aliud placitum non sit nisi
, sicut de sole, cum sit unus, sine differentiae
quimur.

atus quid fecit?" Aug. ad Christum trahit
cum suis Donatistis. Idem Hierony., si tamen
t commentarius. Mea divinatione generaliter
accipio pro omnibus, qui cum impiis magistris
m habent, quocunque saeculo, et quaestionem
to eis fieri, primum dolentis affectu in hunc

modum: „Quando contradictio impiorum potentior est (ut Abacuc. dicit), et praevalet adversus justum," sicuti fere fit, non est inter homines, qui pro eo judicet aut vindicet, sed damnatur tanquam reus et malus. Hic dicitur, quid faciat justus, ubi resistere non potest. Veritas ejus non auditur, cogitur ergo causam tradere ei, qui juste judicat, sicut de Christo Petrus dicit 1 Pe. 2. Quid enim prodesset, si etiam insaniret? Quare cum gemitu et patientia divinum judicium exspectabit, sinens interim impios furere et proficere in pejus, ut, qui sordent, sordescant adhuc.

Secundo, potest quaestio ista fieri velut disputantis et expostulantis affectu, qui est multo vehementior, quo Paulus 1. Cor. 15. adversus negantes resurrectionem loquitur: „Quid faciunt, qui baptisantur pro mortuis? Si omnino non resurgunt mortui, ut quid periclitamur omni hora? Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?" Et Ps. 73. cum vidisset peccatores florere, dixit: „Ecce ipsi impii abundantes in hoc saeculo obtinuerunt divitias, et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, et lavi inter innocentes manus meas."

Ita et hic, si sic praevalent impii, si non est judex alius quam ipsi, quid operatus est justus? Cur frustra laboravit? Cur non quievit et sine periculis vixit? Adeone frustra omnia gessit? Absit, non frustra operatus est. Est judex, qui judicet juste, ut sequitur. Hic sensus mihi placet, quia verbum „fecit" praeteriti temporis est פָּעַל, quod operatur significat, ut includat omnem piorum vitam, ac si dicat: Cur frustra justus tam operosus fuit? Deinde et sequentibus aptissime

quadrat, et afflictum illum affectum justorum, quo in oppressa justitia et veritate laborant et disputant, pulcherrime exprimit, qui cum certissimi sint justum non derelinqui, tamen prae multitudine opprimentium et praevalentium veritati simul indignantes simulque dolentes incipiunt contradictionis quaestionem, et apostrophen ardentissimam ad impios faciunt, et, quod ultimum habent, ad judicium recurrunt dicentes:

Dominus in templo sancto suo, dominus in coelo sedes ejus. Oculi ejus in pauperem respiciunt, palpebrae ejus interrogant filios hominum.

Hic versus apud nos in duos divisus est. Hebraismum istum: „Dominus in coelo sedes ejus," potuit interpres omisso pronomine „ejus" et nominativo in genitivum verso sic mutasse: Domini in coelo sedes. Non enim latine dicitur: „Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo," Ps. 68. Ita nec: „Dominus in coelo sedes ejus." Posset distinctio et talis esse: Dominus in coelo sedes sua, subaudi, est. Nec est in hebraeo „in pauperem", sed absolute et longe significantius: Oculi ejus vident, ut sit sensus hujus versus: Non frustra operatur justus, quodsi impii praevalent in terra, et visibili imperio, solatur tamen me, dominum esse in templo suo sancto, ubi impii non vident, et in coelo thronum ejus, quem illi ignorant. Nec solum ibi est, sed vident oculi ejus, aperti sunt super omnia, quia omnia nuda oculis ejus, non enim stertit nec dormitat, qui custodit Israel, illinc judicium meum exspecto. Ita docemur superbire et praesumere in domino adversus eos, qui superbiunt et praesumunt in homine.

vident, sed etiam examinant, probant et discernunt. Palpebras has Dei Aug. ad scripturas sanctas refert, quae in alio loco apertae, in alio clausae sunt, pulchra tropologia. Alii aliud. Mihi pro simplicitate literae allegoria placet ex hominibus sumta, praesertim magnatibus, quorum est potissimum oculorum nutu agere, quos enim favore dignantur, clementer apertis oculis intuentur, quos vero abominantur, clausis oculis et pressis palpebris aut truculenter in altum surrectis adversantur. Itaque palpebrae Dei super pios clementer apertae sunt, sed super impios aut clausae aut truces surrectae. Quae duo Ps. 34. sic dicuntur: „Oculi domini super justos, et aures ejus in preces eorum, vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum." Aliter ergo se habent palpebrae Dei super justos et impios, ut mox ipse se exponet, quia examinat et videt omnes filios hominum, sed justos approbat, impios damnat. Quod tamen iterum in spiritu dictum, donec impleatur, sola fide capitur, cum impii longe contraria de se opinentur.

Dominus interrogat justum et impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Aliter habet distinctio in hebraeo, scilicet: Dominus justum probat, et impium et diligentem iniquitatem odit anima sua, et nomen (justum) ante verbum (interrogat) ponitur, ut incertum sit, an dominus justus, justi, justum transferre debeamus. Nam et Hiero. priorem partem sic absolvit: Dominus justum probat, deinde impium copulat cum diligente iniquitatem ad verbum odit, non ad verbum probat, ut mihi

prope suspicio fiat, hanc partem (dominus justum probat) absoluta sententia id valere: Dominus justus probat (id est, probator est), hoc est, ille, qui probat omnes et examinat, non est homo, qui mentitur, sed ipse dominus, qui juste judicat, quem nemo fallit, nemo corrumpit, nihil latet, quomodo Ps. 7. dictum est in versu: „Consumetur nequitia peccatorum et diriges justum, scrutans corda et renes Deus justus," ut idem sit „scrutans corda et renes Deus justus," quod hic „dominus justus probat." Verbum enim probat et interrogat a verbo scrutandi nihil differt in significato, cum eam significet probationem, qua aurum in igne probatur, exploratur, interrogatur, quod utique est scrutari. Ita Deus, quia non secundum faciem judicat, sed spirituum ponderator est, palpebras suas aperit aut claudit, secundum quod probus vel reprobus fuerit inventus spiritus filiorum hominum, ideo merito justus probator vocatur.

Quare mea temeritate versum per cola et commata sua sic distinguo: Dominus justus, probat: et impium et diligentem injuriae odit anima sua, ut sit sensus: Dominus est justus, et ipse probat, ideo anima ejus odit et impium et eum, qui amat laedere aut injuriari. Qui enim justus est, non potest inter probandum non odisse impium et iniquitatis amatorem. Hoc sensu hic versus per auxesin praecedentem explicat, quod oculi domini vident, et palpebrae ejus probant filios hominum, sed sic ut juste probet, ac si pius prae nimia fiducia sese consolatus adversus impii potentiam dicat: Age, faciat, quod facit, scio, quod dominus omnia videt et probat, nec solum probat, sed juste probat, et cum justus sit, impium meum et aman-

tem injuriae non poterit diligere, me vero patientem non poterit odisse, sicut Hiere. audet 17.: „Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit, et ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum domini? veniat. Hunc acutum et securum affectum, et illa quaestio: „Justus quid fecit?“ supra indicavit.

Iniquitas hoc loco nomen est, quod Ps. 7. diximus significare injuriam, offensam, laesionem: „Et in verticem ipsius iniquitas descendet,“ quod dicitur חָמָס. Loquitur enim de injuria, quam impii faciunt piis, sagittando rectos corde, et destruendo leges Dei. Cui hoc pessimum accedit, quod non solum laedunt, sed amant laedere, sicut Ps. 4.: „Diligunt vanitatem, et quaerunt mendacium.“ Impius enim pro suo sensu in id maxime incumbit, ut noceat pietati, quod ubi potest, gaudet sese fecisse et facere, sicut Prover. 1. dicit: „Laetantur, cum male fecerint.“ Sic enim Deo obsequium praestitisse sibi videntur.

Et illud emphaticum est, quod non simpliciter dicit: odit, sed: anima sua odit, ut exprimat, quam magno et toto affectu Deus illos odiat, videlicet tota vita et sensu suo, non quod Deus animam habeat, sicut nec oculos, sed quod allegorice loquitur, juxta illud Numeri. 21.: „Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo.“ Videmus enim, quam toto motu et gestu, atque adeo omnibus sensibus aversetur, qui nauseat, rursum, quam convertatur, si diligat et appetat, appetitus enim et nausea proprie tribuuntur animae in scripturis, Sic Levi. 26.: „Abominabitur vos anima mea.“ Ita hic cum impii sese tales arbitrentur, quos Deus etiam magno aestu desideret, vere sunt, quos abominetur potius et odiat anima ejus.

Nostra translatio „animam suam" refert ad impium et diligentem iniquitatem. Quae sententia vera est, sed violenta, nec usitata in scripturis sanctis, capitque humanum diem, qua argute magis quam apte dicitur odisse bonum, qui diligit (id est, faciendo diligere videtur) malum. Nemo enim sponte amat malum ut malum. Quodsi quis totum versum nostri interpretis velit sequi, sensus erit: Dominus, qui videt omnia, et cujus palpebrae interrogant filios hominum generaliter omnes, sine dubio et quemlibet justum et pium seorsim interrogat, justum, ut eruditum coronet, impium, ut reprobatum damnet, nec hoc sua culpa, quia tua est perditio Israel (Oseae 13.). Qui enim diligit iniquitatem, ipse odit et perdit animam suam, faciens hoc animae suae, quod nulli suo hosti, quamvis acerrimo, faceret.

uet super peccatores laqueos, ignis et sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.

Frequens in scripturis pluviae et calicis mentio, de pluvia satis constat, significari per eam sermonem doctrinae, ut Deut. 32.: „Concrescat ut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum." e illud Isa. usitatum: „Rorate coeli, et nubes pluant justum," a quo doctores ecclesiae nubes et coeli vocantur passim in scripturis. Nec est obscurum, hunc versum esse sumtum ex historia Gen. 19. Zodomitis igne et sulphure de coelo consumtis, jus rei allegoriam hoc loco tractat, et verba singula sunt multae intentionis.

„Pluet", quo significat abundantiam mali, mitius

erat, si stillaret, aut rigaret, ut multitudinem strorum impietatis intelligamus, imo nihil aliud impietatis magistros (irascente Deo) audituros peccatores, id est, impios, רְשָׁעִים. Quod im contingit Judaeis, sicut dixit Ps. 81.: „Et non divit populus meus vocem meam, et Israel non in dit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cor eorum, ibunt in adinventionibus suis." Quid en Judaeorum infelix populus hodie habet, nisi nubes pluvias impietatis? Tales haeretici, tales omnes l manarum legum tyranni, et quicunque veritati n acquiescunt, hi sunt immissiones et angeli mali, percusserunt Aegyptum, quae figura fuit pereu synagogae. Sed et Zodoma ejusdem figura fuit.

„Laqueos", scilicet plurali numero, ut diversi neris errores accipiamus, quibus tamen sic capiun ut nihil minus quam laquei eis videantur, ita fulge specie veritatis et pietatis. Sic Paulus quoque pı dixit fore in novissimis diebus, ut Deus mittat op tionem erroris. Sic Ps. 69.: „Fiat mensa coram in laqueum, et in retributionem, et in scandalu Quid enim aliud est verbum Dei pervertere, et opi nibus hominum contaminare, quam laqueos anima ponere, ubi veritatis Dei intuitu errorem sequitur?

„Ignis", melius in accusativo ignem et sulpl ut ad verbum „pluet" construatur, sicut super Zo mam pluisse scribitur ignem et sulphur. Zelum urorem indicat impiorum pro suis doctrinis insani tium. „Expedit enim occurrere ursae raptis cat quam stulto confidenti in stultitia sua", id est, sapi tia sua, in laqueis suis, in erroribus suis. Haec e sunt signa irae Dei, et palpebrarum ejus, quod im

non solum non agnoscit, nec illuminat oculis suis, sed palpebris clausis sinit ire in errores toto affectu et ardente furia, si quis aut resistat aut non sequatur. Hinc irae, invidiae, rixae et ut apostolus videtur hunc versum 1. Timo. 6. pulchre interpretatus, dicit languentes circa quaestiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum, et qui *) veritate privati sunt etc.

„Sulphur" propter gravem foetorem non male patres malam famam esse arbitrati sunt. Hoc enim constat odorem figurato sermone famam significare, 2. Cor. 2.: „Nos bonus odor Christi sumus, aliis odor vitae in vitam, aliis odor mortis in mortem." Unde et usu dicimus et jubemus odorari aut olfacere, dum explorare et inquirere famam aut rumorem alicujus jubemus. Ita impiorum doctores et discipuli non sunt odor bonus Christi, sed foetor Satanae, et sulphur graveolentissimum, quod pluente in ira sua domino in eis abundat. Sic obtinuit in ecclesia, ut non sit pejor infamia et pestilentius nomen, quam haeresis et perfidiae, ut etiam commercium aut quaevis conversatio suspicioni gravissimae obnoxia sint, et ei cum sulphure multum conveniat, quantum est in vi odoris.

Sed Hebraeum videamus, qui sic distinguit: Pluet super impios laqueos, ignem et sulphur, et ventus tempestatum sors calicis eorum, ubi Johann. Reuchlin. arbitratur pro laqueis carbones dicendum.

---

*) In edit. princip. † a.

Quod si verum est, augurari licet, laqueos ignem esse id, quod carbones ignis, id est, prunas, sicut Ps. 18.: „Grando et carbones ignis," pro: carbones igniti." Videtur autem fulgura, tonitrua et omnem illam tempestatis vim allegorice tractare, sicut in Aegypto et Zodoma factum legimus. In tempestatibus enim fremunt ignis fulminum et ventus procellosus. Deinde fulmina et fulgura odorem sulphuris habent, et lux ipsa eorum sulphurea est, ait Pli. li. 35. ca. 15., ut non absurde versum sic reddere possim: Pluet super impios carbones ignis et sulphuris, id est, ignitos et sulphuratos, ut quos fulmina igne suo sulphureo succenderint. Signat enim eam vim et effectum fulminum et tonitruorum, quibus quidquid apprehenditur, in prunas, favillas et cineres resolvitur. Sic enim Exo. 9. plaga septima scribitur discurrisse grandinem, tonitrua, fulgura et ignem, mixta pariter super terram, ut Psalmo 77. [18.] latius videbimus. Et Exodi 9.: „Tollite manus plenas cineris de camino," ubi dictio consanguinea hujus loci ponitur, quam cinerem transtulit, scilicet, qualis est prunis et favillis mixtus.

His omnibus ego non aliud intelligo, quam impiorum et justorum doctrinas allegorica comparatione conferri, ut super pios plui accipias imbrem temporaneum, matutinum et serotinum, quo terra feliciter perfusa foecundatur ad germinandum fructum suum, de quo imbre frequentissimus sermo in prophetis. Hoc est verbum Dei salutare, quod germinare facit justitiam et judicium, de qua benignitate Ps. 85. dicitur: „Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum." Quod verbum, quia impii aversantur,

imo persequuntur cum fructibus suis, Deus versa benignitate in iram mittit in eos iram et indignationem et immissiones per angelos malos, ut Ps. 78. dicitur de Aegyptiis, scilicet pro salutari pluvia fulmina, ventum tempestatis, grandinem, quibus non modo non foecundatur terra, sed succenditur et vastatur, hoc est, verbum impietatis mortiferum, quo redduntur vaniloqui, et mentium deceptores, et ad omne bonum opus reprobi, ut ad Titum apostolus ait. „Contritio enim et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt,“ Ps. 14. Neque enim aliud potest verbum hominis quam scrupulosam, pavidam, inquietam, erroneam, deinde inutilem, vastam et sterilem conscientiam facere, eoque magis, quo diutius sub eo magisterio agit, ubi cum haemorrhoissa consumtis substantiis in hos homicidas medicos non emit nisi pejus habere.

Nec est praesentior allegoria impiae et humanae doctrinae, quam tempestas fulminum, fulgurum, ventorum, grandinis, et id genus irae supernae, sic tamen, ut non solum desursum mugiat coelum et minetur, sed ad terram ferantur et feriant, vastent succendantque omnia, reddantque terram inutilem victui humano. Quod ut indicaret, carbones ignis et sulphuris, non ignem simpliciter dicere voluit, quod fulmen, si solum luceat, nihil succendit, nec ignem nec carbones facit, nec odorem sulphuris excitat, sed solum comminatur talia. Quare propter emphasim per carbones, ignem et sulphur exprimere voluit fulminum et tempestatis vim, effectu et re ipsa nocentem, seu fulmen succendens, comburens et carbones, cineres, favillas faciens, sulphureo odore graveolens, omnia

vastans et in nihilum redigens, sicut Aegyptiaca plaga monstrat.

De istis doctrinis Apoc. 16. capitulum plenum est, ubi septem angeli (id est, pontifices seu doctores) tuba canunt, et varia deinde monstra in ecclesia sequi scribuntur. Vide ergo, quam malum omen sit tristeque spectrum, quoties tempestate coelesti urbes, regiones, agri, et quidquid in eis est, incenditur et vastatur, quam saevus quoque sit is ignis prae usitato nostro, deinde sulphure graveolens, feriatque frequentius et ipsa delubra nostra, magno certe prodigio, impiam hominum in ecclesia doctrinam detestante. Contra quam jucundum est, ubi verno tempore datis opportunis pluviis renascentis testatur gratia mundi, omnia cum domino dona rediisse suo, omnia virent, florent, crescunt, et dulci odore tota terra perfusa recreat omne animantum genus, magno sine dubio sacramento evangeliae doctrinae gratiam commendante. Est enim hujus utriusque rei scriptura passim refertissima allegoriis.

Verum haec omnia sic geruntur in spiritu, ut sola fide percipiantur. Non enim quales sunt impii coram hominibus, hoc Ps. scribuntur, sed quales coram Deo in spiritu et se ipsis. Nam quid speciosius in terra hoc Saule et Absalom? Nonne regio Zodomorum est sicut paradisus domini? Gen. 13. Hi enim sunt, qui mundo omnium utilissimi, fructuosissimi, integerrimi et odoratissimi, nihil hic carbonum, ignium, sulphuris, tempestatis, sed omnia floribus, fructibus, odoribus vernantissima. Vidit Ps. 37. impium elevatum et exaltatum, sicut cedrum Libani, et transivit, et ecce, non erat, et quaesivit, et non est inventus locus ejus.

Itaque transeuntibus a conspectu hominum ad conspectum Dei apparet, quid sint, et non sint impii. Coram Deo sunt omnia eorum in carbones, cineres, favillas, ignem, sulphur redacta, quem conspectum Abraham Gen. 19. figuravit, ubi dicitur: „Abraham consurgens mane, ubi prius steterat cum domino (ecce conspectus domini), intuitus est Zodomam et Gomorrham, et universam terram regionis illius, viditque adscendentem favillam, quasi fornacis fumum.“ Talis, scilicet, est impiorum conditio in oculis piorum et in veritate, cum tamen in mundo gloriosissime fulgeant, unde dicitur: Quae ad mare mortuum crescunt, in insolitam *) speciem, atra et inania, velut in cinerem vanescunt, quo portento naturae, quid, nisi id, quod hoc versu de impiis dicitur, monstratur.

Contra pii, quia verbo crucis secundum carnem omnibus malis subjecti sunt, super ipsos potius videtur Deus pluere laqueos, prunas, sulphur, et quidquid est tempestatis et turbinis. Sic enim Ps. 2. vincula et jugum appellant verbum Christi, a quo plus metuunt, quam a fulmine et tempestate, quibus tamen, vice illius, revera obruuntur, et vastantur per impios suos magistros. Ad eundem spiritum procellarum, Osea 8.: „Quia ventum seminabunt, et turbinem metent,“ et iterum 12.: „Ephraim pascit ventos, et sequitur aestum tota die, mendacium et vastitatem multiplicat.“ Quibus verbis prophetae impiorum vanitatem, deinde et inquietam conscientiam, et ineptitudinem ad bonum depingunt, quisque suo tropo.

---

*) In edit. princip. leg.: solitam.

„Calix" usitatissimo scripturae tropo vasa doctrinae, id est, verba seu eloquentiam significat, quibus sensus in animam, sicut vase in corpus vinum funditur. Sic b. August. de Fausto Manichaeo et eloquentia ejus, confess. 5.: Quid mihi et ad meam sitim pretiosissimorum poculorum decentissimus ministrator? Et infra: Sapientia et stultitia perinde sunt, sicut sunt cibi utiles et inutiles, verbis autem ornatis et inornatis, sicut urbanis et rusticanis, utrique cibi possunt ministrari. Hinc apud patres passim celebratus aureus calix Babylonis, inebrians omnem terram, Hiére. 51. et „poculum aureum in manu meretricis magnae, plenum abominatione et vino prostitutionis," Apoc. 17., deinde et vasa tabernaculi et templi omnia figurant sive libros sive sermones doctrinarum, et in lege potissimus erat usus phialarum ad excipiendum, fundendum, spargendum sanguinem, quia legis doctrina peccatum tractat et revelat. De quibus mysteriis jam non est locus dicendi. Sic infra Ps. 16.: „Dominus pars hereditatis meae et calicis mei."

Verum non sic calix tantum est intelligendus, ut vocale aut scriptile verbum tantum significet, sed etiam id quod significatur. Sic enim Christus oravit pro calice auferendo, quem omnes intelligimus passionem ejus esse, et Hieremias 25. „sumit calicem vini furoris domini de manu domini, et propinat omnibus gentibus et regibus ex eo," et Isaias 51. dicit, Hierusalem bibisse calicem irae domini usque ad fundum et feces.

Ex his et aliis scripturae locis in unum significatum coacta utraque significatione calix aliud non esse videbitur, quam praedictio et denuntiatio poena-

rum et irae Dei. Ita et calix Christi est ira Dei et passio ejus in lege et prophetis praefinita. Micheas 7.: „Iram domini portabo, quia peccavi ei," sicut et 1. Pet. 1. dicit prophetas praenuntiasse priores in Christo passiones et posteriores glorias. Quare is dicendus est calicem propinare, qui seu dicendo seu scribendo poenas denuntiat, sicut prophetae passim et apostoli faciunt. Unicuique enim suus calix ebibendus est, id est, crux et passio super eum definita in scripturis seu apud Deum ferenda.

Hinc jam duo genera calicis nascuntur, alterum piorum, alterum impiorum. Calix piorum est passio definita super eos carnalis et temporanea, usque ad peccati destructionem, quo hausto anima magis servatur et renovatur, licet is, qui exterior est homo, corrumpatur de die in diem, ista praevalida purgatione calicis, donec tandem anima a corpore liberetur *).

Contra calix impiorum est passio interna et spiritualis, usque ad **) destructionem justitiae et pietatis, quo hausto animae eorum perduntur de die in diem, licet homine exteriore floreant et vigeant multa specie et abundantia, donec in anima et corpore simul pereant, fecem calicis in sempiternum bibituri, ut Ps. 75.: „Calix in manu domini vini meri, plenus mixto, inclinavit ex hoc in hoc, veruntamen fex ejus non est exinanita, bibent omnes peccatores terrae," id est, „si judicium (ut 1. Pet. 4.) Dei primum a nobis inchoat, quis finis erit eorum, qui non

---

*) In edit. princip. leg.: anima et corpore liberentur. **) In edit. princ. hoc vocab. deest.

credunt evangelio?“ Itaque calix verbum est, sed verbum passiones praefiniens et crucem, seu passio verbo praefinita. Sic Ps. 116.: „Calicem salutaris accipiam (id est, passiones salutares, quas Paulus appellat passiones Christi), libenter feram et nomen domini invocabo.“

Hunc sensum si sequimur, calix impiorum hoc versu non ipsa eorum doctrina erit, ut supra diximus, sed verbum Dei praenuntians eorum vastitatem, ignem, sulphur, spiritum procellarum, et ne longe discordent omnia, calix eorum est impietatis doctrina, et omne malum, quod ipsa facit, comburendo, vastando, inquietando animas eorum, certa Dei diffinitione et verbo scripturae praenuntiata, denuntiata, parata.

„Pars“ more scripturae non philosophice significat particulam, ut contra totum distinguatur, sed idem est, quod sors, hereditas, portio, quod olim hereditates in tribus duodecim distributae sunt. Sic illud: „Dominus pars hereditatis meae et calicis mei,“ et: „Portio mea domine in terra viventium,“ et Hieremias in Thren.: „Pars mea dominus, dixit anima mea.“ Atque hujus calicis et partis significationi assuesci oportet propter scripturae sanctae usum. Est ergo sensus: Impii hereditabunt id, quod eis praefinitum est a Deo, nempe pluviam carbonum ignitorum et sulphureorum et spiritum procellarum, hoc est, impietatem et mercedem impietatis, vastitatem et contritionem spiritus et inquietudinem sempiternam.

Quoniam justus dominus justitias dilexit, aequitatem vidit vultus ejus.

Hiero.: Rectum videbit facies eorum (si caret

...ndo codex). De rectitudine et aequitate abunde ...tum est Ps. 7. et 9. Et hic incertum est, an ...culino genere rectum pro rectos synecdochice, et ...tas pro justitias dicendum sit. Verum parum habet ... momenti, qui respicit justitiam et aequitatem, ...iam justos et aequos respicit.

Concludit ergo propheta Psalmum adversus prae...tionem impiorum, dicens: Homo judicat inique, ...impios laudat, verum dominus est, qui non fallitur ...cie, nec movetur magnitudine aut multitudine iniquo...m, tenax et amans est justitiae, et facies ejus ad ...tos corde respicit. Ideo nihil est, quod sibi impii ...m eo praesumant, et pios ab eo contemni sperent. ...liud vultus ejus videt, et aliud vultus hominum, di...issimi, imo adversissimi sunt conspectus Dei et ...spectus hominum. Quod in hoc altum est, in illo ...minabile est, ut Christus ait.

PSALMUS UNDECIMUS,

heb. duodecimus.

Ad victoriam super octavam Psalmus David.

De octava seu ogdochorda cithara Ps. 6. abunde dictum.

Salvum me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum.

Irata caritas hoc Psalmo loquitur, quam zelum Dei dicimus, sicut apostolus 2. Cor. 11. eodem affectu

loquitur: „Aemulor vos aemulatione Dei." L
autem in eos, qui in populo Dei ministerio verbi
sunt, et sua cum magna pernicie animarum p
verbis docent, abusi potestate docendi, depravan
puram et sinceram legis divinae doctrinam.
David suo tempore et passus est, et tempore
nientis Christi futuros praevidit. In quos C
Matth. 23. invehitur, dicens: „Vae vobis scri
pharisaei, hypocritae, qui clauditis regnum co
ante homines. Vos enim non intratis, nec intro
sinitis intrare." Et Luc. 11.: „Vae vobis leg
tis, qui tulistis clavem scientiae (id est, pote
docendi), vos non intratis, et eos, qui intraban
hibuistis."

Quo patet, non de haereticis agi nec de
cutoribus hoc Ps., nisi haereticos censeri
eos, qui cerimoniis et a se repertis opusculi
hominum capiunt animas, fide Dei (quae una d
est) neglecta, quales hodie sunt magisque futu
si mundus durabit, jurisperiti, theologi, religios
tifices, humanis scientiis et traditionibus, id es
speculabilibus quam moralibus suis perditi et
tes. Nec hoc solum indignatur propheta, qu
tales magistri vilissimi, sed quod tam multi
soli, ut nullus ferme sit reliquus, qui recta
Quo indicat Psalmum ipsum ad perditissimum
saeculum pertinere, quale fuit tempore Chris
nunc est nostro.

Ideo tanto aestu exorditur, d.: „Salvu
fac domine, quoniam defecit sanctus," ac si
illud Micheae 7.: „Vae mihi, quia factus sum

qui collegit in auctumno racemos vindemiae, non est botrus ad comedendum, praecoquas ficus desideravit anima mea, periit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est, omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur, malum manuum suarum dicunt bonum, princeps postulat, et judex in reddende est, et magnus locutus est desiderium animae suae, et conturbaverunt eam, qui optimus in eis est, quasi paliurus, et qui rectus, quasi spina de saepe etc."

Quibus verbis non modo idem, quod hic Ps. sentit, sed et speciem simul taxat eorum, qua haec mala vestiunt, et bona videri volunt, in spiritu enim loquitur, quem fide sola intelligi oportet. Agitur enim hic illud Prover. 20.: „Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud." Multi homines misericordes (id est, sancti, seu homines gratiae et viri misericordiae, quales tamen non sunt) vocantur, fidelem autem virum (id est, fide ac revera justum, seu misericordem) quis inveniet? Adeo scilicet species regnat, et profunda est aqua ista consilii et affectus eorum, quam nonnisi sapiens exhaurit (id est, quos nonnisi vere justi queunt discernere) ceteris omnibus per speciem et multitudinem magnitudinemque falsis. Et haec perditio multitudinis discruciat prophetae hujus spiritum, ut sic exclamet et sine ulla praefatione aut captatione benevolentiae inchoet, et Deum imploret pro salute populorum.

Hebraeus absolute habet הוֹשִׁיעָה, id est, salva, seu da salutem, non: „Salvum me fac." Vehementius

autem sonat, salva, seu: da salutem, quam: „Salvum me fac," sicut et vernacula nostra affectu pereuntis ac jam morientis dicitur: Hilf du barmherziger Gott, ubi omissa praefatione in praesentiam periculi intenti validissime clamant et invocant. Sic et propheta pereuntis populi affectu ardens sine praefatione erumpit, valida oratione Dei auxilium implorans.

Sanctus hoc loco חָסִיד est, quem Ps. 4. Hiero. misericordem transtulit: Mirificavit dominus sanctum suum, id est, misericordiam consecutum, seu gratia Dei justificatum, qui in fide servatur, non in operibus et viribus suis nec hominum ullorum.

„Veritates diminutae sunt a filiis hominum," id est, non sunt inter homines veritates, id est, fidelitas. Hebraea lingua potest dicere plurali numero: Non sunt in hominibus fides, sicut et Deus salutarium nostrorum, ubi nos Deus salutis nostrae, et inter homines non est amplius fides, dicimus, sicut dicitur: Nusquam tuta fides. Neque veritas plurali numero in usu est, quod dico, ne quis diminutas veritates intelligat a filiis hominum, quasi filii hominum diminuerint veritates, quanquam hoc verum sit, sed quod praepositio „a" debet exponi per inter, vel de, vel ex, ut sit sensus ille Isa. 57.: „Justus perit, et non est, qui recogitet in corde suo, et viri misericordiae colliguntur, et non est, qui intelligat. A facie enim malitiae collectus est justus," et quod ex Michea retulimus: „Periit sanctus de terra etc." Vult enim dicere non esse amplius fidem in hominibus (quae Hebraeis cum vocabulo veritatis consonat) et viros, qui gratia justificantur, desiisse, abundare vero justitiarios hypocritas, qui suis viribus, suis operibus, suis

gibus, suis meritis sese et omnes alios perdant, agno titulo et nomine salutis.

Hyperbolen facit vehementia affectus, non enim quando non sunt sancti et fideles Christi in terra, t tamen dicit: „Defecit sanctus," finiti sunt justi, consummati sunt Deo grati. Qua figura et vulgo hoïs omnes queruntur non esse in hominibus ullam fidem, et omnia fraudulenta geri. Quae infidelitas testimonium est et argumentum interioris fidelitatis exstinctae, qua ex fructibus arbor cognoscitur. Qui enim fidelis Deo est, et hominibus fidelis est, sine fide enim et gratia Dei impossibile est hominem non quaerere, quae sua sunt, (id est, infidelem etiam hominibus esse), unde Micheas 7., cum dixisset non esse rectum in hominibus, mox et fructus malae arboris persecutus dicit: „Nolite credere amico, nolite confidere in duce, ab ea, quae dormit in sinu tuo (ecce periphrasin uxoris) custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, et filia consurgit adversus matrem suam, nurus adversus socrum suam, et inimici hominis domestici ejus." Et impii, cum tales sint, nihil minus tamen esse et videri volunt.

Vana locuti sunt, unusquisque ad proximum suum labia dolosa, in corde et corde locuti sunt.

Distinctio versus hebraei est post „dolosa". Quaeritur ergo, quo pertineant grammatica syntaxi „labia dolosa"? Non enim labia dolosa locuti sunt, sed locuta sunt, dicendum erat, si nostri textus distinctio servanda fuit, nisi dixeris, quod locuti sunt labia dolosa in accusativo figurative pro eo, quod est

locuti sunt verba dolosa, quae labiis proferuntur. Poterat sic reddi: Locuti sunt labiis dolosis. Puto ambiguitatem hic libertatem quoque parere, ut possimus versum in tria membra partiri, hoc modo hebraeum reddendo: Vanum locuti sunt, viri cujusque proximo suo labium blanditiarum, corde et corde locuti sunt, hoc est, quilibet doctor vana docet, et est unicuique viro ad proximum suum labium blandum et duplici corde loquuntur.

Primum, vana loquuntur, id est, frustranea, ut quae non prosunt ad salutem, quae tamen ipsis (ut saepe diximus) utilissima et sola saluberrima videntur. Quod enim hic non de vaniloquio privato et confabulationibus, sed de ministerio verbi loquatur, ex sequentibus patebit, ubi eloquia domini opponit his vaniloquis mentium deceptoribus. Et illud: „Unusquisque ad proximum suum labia dolosa," hebraeo tropo usitato dicitur, sicut illud Canticorum 3.: „Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, vir, gladius ejus super femur suum," quod nos dicimus: Et uniuscujusque gladius super femur suum. Ita hic: Vana locuti sunt, vir ad proximum suum labium blanditiarum, quod nobis dicendum est: „Et uniuscujusque ad proximum suum labium blandum, hoc est, quilibet blanditur proximo suo, dum non dicit verbum crucis vere, alioquin vana non persuaderent, nisi blanda et placentia loquerentur. Nam quod hic „dolosa" ponitur, et Ps. 5. „dolose agebant," Hierony. illic reddidit: Et linguam suam laevificant, id est, mollem, blandam, adulatricem faciunt.

Hi sunt, qui homines pruriunt auribus, quos exemplo hujus Psalmi Paulus non aliquot, sed acervandos

ase praedixit, id est, multiplicandos, ut deficiant sancti, de quibus abunde dictum Ps. 5 et 9. Nec tamen satis dici potest, adeo profunde malus est affectus naturae, praesertim in rebus his spiritualibus, quae ad Deum pertinent, „non enim est subjecta prudentia carnis Deo, sed nec potest," ait apostolus Ro. 8.

„Corde et corde" potest referri ad eandem personam, ut is dicatur duplici corde loqui, qui aliud sentit et aliud fingit, quomodo hic accipi permitto. Verum ego ad diversas personas refero, quia, sicut verbo Dei sincero facit Christus „habitare unius moris in domo," Ps. 7. [68.], „et habitare fratres in unum," Ps. 133. „et credentium cor est unum, et anima una in domino," Act. 4. „est enim una fides, unus dominus," Ephe. 4. ita econtra apud impios, quia vera et unica fides deest, impossibile est, ut uno corde sint, sed necesse est partium studia factionesque inter eos abundare. Nunquam enim orta est secta, ex qua non mox aliae sint natae. Sic synagoga tempore Christi habuit pharisaeos, zaducaeos, essaeos. Ariani pepererunt Ennomianos et Macedonios, Donatistae Maximianistas, et hodie Aristoteles Scotistas, Thomistas, Occanistas. Sic apostolus Heb. 13.: „Variis et peregrinis doctrinis nolite abduci," qui alibi eos omni vento doctrinae circumferri, et semper discentes, nunquam ad veritatem pervenientes scribit. In his omnibus nunquam est unum cor, etsi in hoc conveniant, ut omnes vana loquantur, et quisque suae factioni blandiatur, suas opiniones dogmataque corroboret. Quare divisionem istam sectarum per divisionem cordis intelligendam puto, sicut Daniel. 11. cor

duorum regum ad unam mensam mendacium loquentium describit.

Ideo et plurali numero loquitur, ne de una aliqua solum secta loqui intelligatur, cum Ps. 10. antichristum ferme singulari numero expresserit, et epitasis est „in corde et corde,“ quia secundum faciem aliquando conveniunt, scilicet, contra veritatem. Sic Ps. 2.: „Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus dominum, et adversus Christum ejus,“ qui tamen inter se diversissimi, pharisaei, zaducaei, Romani, gentiles et alii fuerunt.

Hoc Sampson in vulpibus ostendit, quarum caudas conjunxit, faciebus in diversa versis. Vulpium enim facies est impiorum conditio apud Deum et spiritu cognita, ubi sunt factiosissimi, cauda est extremitas, et qua persona sunt in oculis hominum, ubi conveniunt in unum in igne persecutionis ad perdendas segetes terrae, id est, doctrinae et operum fidei seu spiritus vastationem. De his et Ose. 10: „Divisum est cor eorum, nunc interibunt,“ cum praemisisset: „Secundum multitudinem fructus multiplicavit altaria vitis Israel,“ id est, in sectas divisa est. Hoc est, quod prophetam exclamare coegit sanctum deficere, quod multae essent sectae, et tamen omnes contra veritatem fidei devorantes universum populum Dei. Quis omnibus resistet, quando uni vix resisti potest? Sic ecclesia et hodie habet, sectis quotidie novis repertis veteribusque auctis, in minutissimas partes conscissa, interim caritatis unitate prorsus neglecta.

Disperdat dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam.

Scilicet, nisi Deus disperdat locustas, erucas, bruchios istos, ut Jo. 1. vocat, frustra pugnat sanctorum industria. Et aptius dixisset interpres (quandoquidem per verbum heb. licuit): Excidat dominus. Solent enim linguae et labia excidi. Alioquin (ut Jacobus ait) nullus hominum linguam domare potest. Sed spiritualem excisionem imprecatur, quae est, ut mutatis impiis aut ab officio motis aliud doceant, veram scilicet crucis sapientiam.

Cur non fuit satis dicere „labia dolosa" (id est, laevia et blanda), sed addit „universa"? Nisi quod ad multitudinem factionum respexit, non unius tantum, sed universarum labia et blanditias petens disperdi, cum universae vana loquantur. Recte interpres conjunctionem „et" adjecit, quae in heb. non est, „et linguam magniloquam," quod hebraice duobus vocabulis dicitur, locutricem magnorum, quod non tantum de rebus magnis (ut jactare solent impii) intelligitur, sed et de superbia, qua piam doctrinam contemtim opprimunt, et suam cum gloria statuunt. Velut caudam vulpis interpreteris, quae magna est et pilosa, minime tamen corpulenta et carnosa, plus quam toti corpori, praesertim capiti, congruat, ita impietas major in specie et pompa, quam re ipsa. Es ist ein Fuchsschwanz. Quae bestia dolis et astutia insignis non frustra in scripturis assumitur in argumentum prudentiae carnis astutissimae et dolosissimae, quae in rebus sacris et ministerio verbi omnia monstra perpetrat in scripturis praedicta.

Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est?

Explicat, quae sit et quid dicat lingua magniloqua, scilicet, quae superbissime et contemtissime impiorum doctrinam loquitur. Primo magnificemus, id est, roboremus, stabiliamus, confortemus nostra dogmata, econtra: Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum illorum, destruamus, quae illi aedificant, linguam eorum infirmemus et compescamus, nobis attrahamus populos populique principes, non quod contra pios sese agere putent, sed obsequium Deo praestare sibi videntur, si linguam suam magniloquam et dolosam roborent, inque multos propagent, tanquam sinceram et humilem, ita ut solum Deum hic judicem habere oporteat.

Deinde „labia nostra a nobis sunt," quod Hieronymus: Nobiscum sunt, Aug.: Apud nos sunt, ego vellem dicere: Labia nostra nostra sunt, ut emphasis sit in posteriore pronomine „nostra", quo intelligatur jactantia potestatis et clavis scientiae, ac si dicant: Nemo audiat alios praeter nos, nos sumus magistri populorum, nostra audire oportet, et (ut in ecclesia turgent inflati pontifices pontificumque bullae) nostrum est interpretari scripturas, nostrum condere leges, nostrum probare et damnare cujuscunque dicta et scripta, vel sola potentia clavis, ut sic per pronomen „nostra" significentur impii omnibus adimere facultatem docendi, judicandi, dicendi, et sibi solis rapere ac vendicare, etiamsi sunt juxta indoctissimi et impiissimi omnium.

Quod ego tribuerem et nostri saeculi hominibus,

nisi illis deesset species et cauda vulpis. Nam inscitia et impietas eorum est omnibus manifesta, nec apparet vel pilus hujus caudae, id est, scientiae et sanctitatis, praeter nomen et opinionem vulgi, qua tamen fortius confidunt, quam ulli fecerunt, qui speciosissima tum scientia tum sanctitate fulserunt. Unde non parum pejus nostro saeculo habet ecclesia, quam hoc versu dicitur, ubi mera vi et tyrannide nulla adhibita specie negantur labia esse piorum.

Sic ad Christum docentem Matth. 21. dixerunt: „In qua potestate haec facis?“ quasi dicerent: Non tua, sed nostra sunt labia, nostra potestas docendi. Et Act. 5.: „Praecipiendo praecipimus vobis, ne in nomine isto doceretis. Sic sacerdotes Anathot Hieremiae, sic Achas Isaiae, sic Amos Amasias, et omnibus prophetis fecerunt, prohibentes loqui, tanquam quorum non essent labia et potestas docendi. Contra quos veri prophetae cum non negarent eorum esse potestatem, dicerent autem eos errare et male docere, opposuerunt argumentum praescriptionis et potestatis simul, d. Hiere. 18.: „Non peribit lex a sacerdote, nec consilium a sapiente, nec sermo a propheta.“ Eadem prorsus forma, qua hodie arguunt ex multitudine doctorum, ex magnitudine auditorum, ex longitudine temporum, ex indefectibilitate fidei Petri, ex ritu universalis ecclesiae (id est, eorum, qui sua audiunt). His omnibus inflati dicunt: Nostra sunt labia et praevalent, cum his speciosissimis plausibilissimisque rationibus popularem sensum facile capiant, sicut olim populum capiebant haec tria, lex in sacerdote, consilium in sapiente et sermo in propheta.

„Quis noster dominus est?“ Non hoc dicunt

impii, quod negent se habere dominum Deum, quem unice jactant adversus pios, cujus titulo et sua colorant et piorum blasphemant, sed quod pios nolint sibi praeferri et audiri, potestate docendi sibi tantum arrogata. Habetque ista oratio interrogativa insignem inflatissimamque contentionem, qua sibi et suis fortiter persuadent sese recte agere, et pios accusant magnae temeritatis, hoc modo: Ecce nos divinitus positi pastores populi, et pro eis rationem reddituri, soli potestatem habemus docendi, et ea, quae dicta sunt a quocunque, judicandi, quos oportet ab omnibus audiri, et nos nullos audire, quia, ubi est (ut dicunt) majoritas, ibi est mandandi auctoritas, ceteros *) vero manet obediendi necessitas. Hic vero novus propheta, in coelum ponens os suum, nosque docere paratus, detrahit potestati, estque irreverentialis suis majoribus (sic hodie loquimur), non habet satis nec audisse nec obedisse, nec contentus alios nobis subtrahere, etiam super caput nostrum vult adscendere, nosque discipulos suos facere, et plane nostri dominari.

Nos ergo ista feremus? Hunc patiemur nobis dominari? Ille nobis leges statuet et modum praefiget? et sicut Judaei Johann. 9. ad caecum natum dixerunt: „Tu doces nos?" et Ps. 4.: „Quis ostendit nobis bona?" et Gen. 37. fratres Joseph ad eum: „Numquid rex noster eris, et subjiciemur ditioni tuae?" Hac, inquam, turgentissima et immanissima superbia Moab iste superbiae et temeritatis ac-

*) *In edit. princip. aliisque leg.:* certos.

cusat, piorum humillima pro verbo Dei studia, interpretans id fieri dominandi et potestatis minuendae aut opprimendae gratia. Aut enim nihil veritatis est dicendum magnatibus, et offendetur divina majestas, aut si dicetur, non veritatis dictae gratia, sed laesae majestatis et imminutae potestatis crimen obtinebitur. Adeo necesse est, veritatis nuntium semper*) offendere, vel in Deum vel in magnates homines.

Idem ergo est dicere: „Quis noster dominus est?" ac si dicant: Desine tu velle nos docere, et nostra non audire aut damnare, ne videaris non tam magister quam dominus noster velle fieri. Sic Amasias (Amos 7.) misit ad regem Israel, dicens: „Rebellavit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit sustinere terra universos sermones ejus, haec enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam etc." Ecce rebellionis reus et usurpati dominii ob solam veritatem praedicatam. Quid hodie fieret, si veritatem theologi (sicut debent) palam profiterentur?

Simul tamen verum est, impios recusare simpliciter etiam Dei dominium, etsi contrarium fortiter simulant, primum, quod omnis superbus et prudens prudentia carnis Deo subjici non potest, deinde cum nuntios verbi Dei rejiciunt et confundunt, simul Deum rejiciunt, qui misit eos, sicut Christus ait Matth. 10.: „Qui vos recipit, me recipit, qui me recipit, recipit eum, qui me misit" Et 1. Reg. 8: „Non te, sed me abjecerunt, ne regnem super eos." Hoc modo Hiere. 5. dicit: „Negaverunt dominum, et dixerunt:

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

Non est ipse, neque veniet super nos malum, gladium et famem non videbimus."

Ita fit, ut simul pertinacissime jactent se habere Deum pro domino, simul immanissima superbia eum abjiciant in servis suis et verbo suo. Atque ita species humilitatis apud eos, superbiae apud pios fortiter patens movet stultum vulgum ad odium pietatis. Quare in spiritu propheta nos jubet impios inspicere, ibi enim, quia superbi verbum crucis contemnunt, dicunt: „Quis noster dominus est?" quantumlibet foris sonent ad laudem Dei: „Soli Deo gloria," et: „In nomine domini" etc.

Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit dominus, ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

Ex isto versu duos fecimus. Pro „miseriam" aptius fuisset interpretatus vastitatem, ut ad versum primum referatur, ubi sanctos defecisse et veritates diminutas seu finitas, hoc est, vastatas esse dixit, usque ad reliquias istas, propter quarum gemitum dicit se surrecturum, atque ideo non omnes sanctos defecisse certum est, et hyperbole manifesta in versu primo apparet. Consolatur itaque se ipsum propheta promissione Dei in fide, certus, quod superbiam contemtricem verbi Dei et vastitatricem sanctorum et veritatis sit visitaturus, et populum suum servaturus, ut sequentia ostendent.

Saepe jam dictum est sanctos Dei עֲנִיִּים et אֶבְיוֹנִים, id est, pauperes et inopes dici in scrip-

turis, ob quam personam maxime contemti sunt superbis, et suspecti de affectata potestate et magisterio super eos, et odibiles ob rebellionem, irreverentiam et inobedientiam (ut dicunt).

Exsurgere dominum Ps. 3. dictum est quid significet, scilicet effectum salutis ostendere: „Exsurge domine, salvum me fac Deus meus.“ Sic et hic: „Exsurgam, et ponam in salutem.“ Nec sine pondere adjectum est „dicit dominus,“ quo promissio divina commendatur ad excitandam fidem et spem nostram in afflictione ejusmodi. Nihil enim pretiosius in tota scriptura quam promissio Dei, quae nisi esset, nec orationi nec operationi nec fidei, imo nec vitae, nec ulli rei locus esset. Promissio enim Dei sustentat et solatur nos in omni angustia carnis et spiritus.

Hierony. sic dicit: Ponam in salutari auxilium eorum. Quo miror quid velit, cum auxilium eorum mihi Hebraeus non videatur habere, et ipse idem vocabulum Ps. 10. verterit: Despicit. Ego non habeo, quod tradam, ludam interim pro meo ingenio. Ubi nobis „fiducialiter agam,“ Hebraeis est eadem prorsus dictio, quae Ps. 10. „dominabitur“ versa est, ibi: „Omnium inimicorum suorum dominabitur,“ ut eo loco diximus. Quare non potest hoc loco in prima persona dici: „Agam fiducialiter.“

Demus ergo huic medio versui sua duo membra. Prius hoc: Ponam in salute, posterius istud: Loquitur ei, seu ad eum. Prioris sit iste sensus: Ad hoc exsurgam, ut ponam, seu erigam, seu statuam salutem, hoc est, firmam, stabilem, et quam nec portae inferi queant convellere, parabo salutem, et sic salvabo, ut nemo mihi damnare, vastare, con-

summare sanctos meos ultra possit. Sic enim absoluta est oratio in hebraeo: „Ponam", id est, firmiter statuam, firmum fundamentum jaciam, ero fundator. „In salute," id est, ut fundatio ista non sit divitiarum aut rerum mundi, sed salutis, ut, qui in ea ponentur, salvi sint in perpetuum, et nemo rapiat eos de manu mea.

Quae sententia vera fere similis est illi Isaiae 28.: „Ecce ego mittam in fundamentis Zion lapidem angularem, qui crediderit, non festinabit," nisi quod brevior et obscurior est. Ac sine dubio de Christo loquitur, qui fundamentum salutis est firmum petraque invicta omnibus, qui credunt in eum, cujus nomen etiam a salute venit, quod hic dicitur אָשִׁית בְּיֵשַׁע, ponam in Jesu. Cui per antithesin opponi subaudiuntur impii non ponendi, sed propellendi sicut ventus, nec in salute, sed in perditionem et ruinam, sicut domus super arenam fundata. Promissionis enim verbum est haec pars versus, consolans inopes et terrens impios, ut dixi.

Posterioris membri sensus erit iste, quem altera pars Isaiaci verbi habet: „Qui crediderit, non confundetur." Ita hic: Loquitur ei, id est, despicit illos, et cum fiducia loquitur verbum crucis et fidei, sicut Ps. 116. apostolus 2. Cor. 4. inducit: „Credidi, propter quod locutus sum," et nos credidimus, propter quod et loquimur. Fide enim salvati et in petra Christo fundati animantur ad praedicandum verbum Dei cum fiducia omni volenti credere, nihil metuentes quantumlibet multas ac potentes sectas hypocritarum, quod referente Luca Act. 4. in apostolis completum est. Qua fide qui carent, nec hiscere audent.

Quare hanc partem versus obscurissimam brevis-
amque oportet tanquam spiritus susurrum accipere
aures David acceptum, cui, cum gemeret pro va-
tione populi et fidei, responsum est brevi oraculo,
dnam Deus in remedium ejus mali cogitasset, scili-
; hoc: Ponam in salute, loquitur ei. Hoc est,
to me adversus vastationem sanctorum id moliri,
fidei ponam fundamentum Christum, in quo aedifi-
bo et salvabo ecclesiam meam, contra quam illi ni-
praevalebunt, neque aliquem credentem vastabunt,
e hoc contentus sum, erit enim, ubi sic salvati
rint, ut audeant prodire in publicum, et loqui ver-
a cum fiducia, quo non modo sese tuebuntur, sed
m suos vastatores vastabunt, multosque conver-
t, qui se averterant.

Et sic concordari jam omnia facile poterunt.
iducialiter agam in eo," id est, faciam eos fiducia-
r agere in verbo fidei. Quomodo Lucas in Actibus
ita opera usus videtur hoc versu, dicens Act. 9.
ulum in Damasco fiducialiter egisse in nomine
u. Et 14.: „Multo tempore demorati sunt, fidu-
liter agentes in domino." Et 18. de Apollo: „Hic
pit fiducialiter agere in synagoga." Est eidem
cae proprium, fiduciam praedicandi verbum Dei
mmendare, ut appareat eum hunc versum sibi ha-
sse assiduo velut proverbio.

Quo auctore paene moveor, ut credam verbum
raecum (quod Ps. 10. exposuimus significare, id
d proferre, apparere, dominari, despicere, et hoc
o per Hierony., auxilium esse, secum meditari et
ii) omnium propriissime significare, fiducialiter
re, quod noster interpres posuit, cum Lucas per

fiducialiter agere non aliud intelligat, quam verbum cum fiducia praedicare. Hoc est juxta Ps. 116. credere et propter hoc loqui. Atque id idem est, licet obscurius et brevius, despicere, dominari, apparere, meditari, loqui, auxilium nostrum esse. Qua enim alia vi despicimus, dominamur, apparemus, meditamur, loquimur, auxilium habemus, quam verbo fidei cum fiducia evangelisato? Proinde sicut impius inimicorum suorum dominatur, et cum fiducia contra eos loquitur verbum suum, ita pius suorum dominatur, et cum fiducia contra eos loquitur verbum Dei.

Quibus iterum docemur virtutem ecclesiae non esse aliam, quam verbum Dei, quod virtus Dei est in salutem omni credenti, Ro. 1., et virga virtutis Dei, Ps. 110. Sic Oseae 1.: „Salvabo eos in domino Deo suo (scilicet praedicato per verbum), et non salvabo eos in arcu et gladio et bello, et in equis et in curribus.“ Quare, in summa, hujus versus sensus est, piis adversus impios dari duplex auxilium, scilicet fidem et verbum, fidem, qua salvantur ipsi, verbum, quo vastant impios, et multiplicant sanctos et veritates in hominibus, quos illi vastarunt. Fides tangitur, cum dicit: „Ponam in salute, seu salutari,“ verbum, cum dicitur: „Fiducialiter agam in eum,“ seu: Loquitur ad eum (ut Heb. habet).

In quem et quis loquitur? Nulla hic persona significatur, adeo absoluta et generalis est sententia, ac si dicat: „Ponam in salute,“ seu fide firmabo, et ecce hoc ipso est, qui loquitur. Quam primum enim aliquis credit, mox et loquitur, ut Act. 2.: „Repleti sunt Spiritu sancto, et coeperunt loqui.“ Nec illum, cui fit locutio, designat, propter eandem generalita-

tam. *Loquitur* ei, seu in eum, scilicet impium seu impios vastatores. Atque ita posita fide est, qui loquitur et qui audit, sequiturque fidei donum, tam locutio quam auditio, quibus duobus multiplicantur misericordia et veritas.

Observa autem et illud, quod ponere in salutem est operatio solius Dei, loqui autem impio cooperatio nostra est. Ideo illud sibi, hoc homini tribuit, quod tamen ipsum nostra translatio Deo tribuit, dum persona prima dicit: „Fiducialiter agam." Vide ergo, tam breve, obscurum plenumque verbum sit hic meus versus. Conveniebat autem, ut conjunctio et interponeretur sic: Ponam in salutari, et loquitur, pro vitando hebraismo.

Similem sententiam Ps. 109. [120.] tractat: Quid detur tibi? aut quid apponetur tibi ad linguam dolosam?" scilicet quae facit, ut deficiat sanctus et veritas in hominibus? Respondet: „Sagittae potentis acutae cum carbonibus juniperorum," id est, verba angelicae gratiae, cum exemplis antiquorum patrum, quae evangelio consonant. Scriba enim doctus in regno coelorum, profert nova et vetera. Et Christus pascit turbas quinque panibus legis Mosi expositae in spiritu, et duobus piscibus, id est, patrum exemplis eadem spirituali lege mortificatis, et geminae caritatis igne assatis.

Verum nemo ordinis obliviscatur, quod prius est poni in salute, quam loqui in eum, seu fiducialiter agere, quia prius est credere et ardere, quam docere et lucere, si modo cum fructu et fiducia velis docere. Sine fide enim salutis verbum non docebitur, tempore persecutionis credidi, inquit, propter quod locutus sum.

Eloquia domini casta, argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum.

Per antithesin et contentionem haec accipienda sunt, qua verba hominum et verba Dei componit, illorum vana, blanda et varia, quibus tamen non castificantur, sed magis polluuntur in spiritu, per quae deficiunt misericordia et veritas in hominibus, Dei autem casta, pura seu munda, tum aspera, sed proba, fidelia et solida, quibus mundantur homines, et rursum multiplicantur misericordia et veritas, vastanturque vanitas, dolus et discordia.

Aperit autem hic versus allegoriam argenti, qua et utitur in paradigma, vocans eloquia domini argentum examinatum, probatum, purgatum septuplum, cum revera in oculis impiorum vix scoria, περίψημα et purgamenta mundi sint, quibus se inquinari et dehonestari arbitrantur. Sic contra verba eorum vana, blanda et varia esse pronuntiavit, quibus perdunt misericordiam et veritatem, quae illis longe aliud videntur, utrobique in spiritu loquutus.

Non autem eloquia domini tantum ea, quae in libris scripta sunt, intelligit, sed multo maxime quae voce proferuntur. Sicut de impiorum verbis dixit: „Vana locuti sunt, et labium blandum unicuique ad proximum suum, et diviso corde locuti sunt," ita non scripturam Dei, sed eloquia Dei potissimum casta vocat, non enim tantum nocet aut prodest scriptura, quantum eloquium, cum vox sit anima verbi. Nec est necesse eloquia domini tantum ea intelligi, quae de scripturis in vocem assumuntur, sed quaecunque Deus per hominem loquitur, sive idiotam, sive eruditum, etiam citra scripturae usum, sicut in apostolis locutus.

ut et adhuc loquitur in suis. Quare eloquia domini sunt, quando dominus loquitur in nobis, non autem quando scripturam quilibet adducit, quod etiam daemones et impii possunt, in quibus tamen Deus non loquitur, nec jam sunt eloquia Dei, sed spuma eloquiorum Dei sicut scoria argenti.

Igitur remedium salutis adversus vastatores inopum et consumtores sanctorum in terra est verbum Dei contra verbum hominum suscitatum. Quod cum sit purissimum, (sicut argentum defaecatum, probatum, et septies purificatum), purificat consolidatque et probat cor hominis, faciens sibi simile, ut nihil sapiat eorum, quae sua sunt et super terram, sed quae Dei sunt in coelis.

Verbum autem hominum scoria et argenti hujus spuma specie aliqua argentum mentitur, sed vanum, et inde non solum non mundum, sed ipsa immundicia est, cum sit purgamentum argenti, hoc est, eloquia Dei simulant se docere, cum omisso ejus puro, vero germanoque sensu potius spumam seu scoriam reliquamque faecem doceant, quae ut est ipsa immundities, ita nihil mundat, nec probatum fideleve facit. Sic Isa. 1.: „Argentum tuum versum est in scoriam, et vinum tuum mixtum est aqua.“

Exemplo aliquo id monstremus. „Non occides,“ „non moechaberis“ et similia eloquia Dei (ut taceam caerimonias humanas) si sic doceas, ut non occidisse nec adulteratum fuisse quenquam dicas, nisi patrato opere ipso occiderit aut adulteratus fuerit, scoriam impuram, vanam vagamque pro solido, probo puroque argento docuisti, cum spiritu et voluntate opus homicidii et adulterii interim affectet, et ab aliis factum non doleat nec arguat, sed rideat vel cantet potius,

sicut est mos, imo mors communis hominum, quo omnes sunt viri sanguinum.

Econtra, si orantem, jejunantem aut quodlibet opus bonum secundum facti substantiam (ut nunc loquuntur) operantem doceas Dei cultorem esse et sabbatum servasse, iterum doloso labio scoriam pro argento docuisti, cum haec omnia vel invito corde vel sui commodi affectu, hoc est, sine spiritu fecerit, ac per hoc non fecerit, sed vir dolosus inveniatur, sicut et hic mos sive mors est hominum communis, quo sunt viri dolosi, non solum non arguentes ista, sed pro virtutibus jactantes, cantantes, gloriantes. Ac per haec jam deficit sanctus, finiturque veritas in hominibus. Lex enim spiritualis est. Ideo his vanis labiis et dolosis non docetur, sed exstinguitur potius. Similia de omnibus aliis quilibet observet in tota scriptura.

Apte autem hic versus sequitur praecedentem, ubi dixerat: Et loquitur ei, demonstraturus, quis et quae loquatur, nempe Deus sua eloquia munda. Et ut ad grammatica veniamus, non est in heb. „casta" proprie, sed munda, licet metaphorice castum pro mundo saepius accipiatur. Nec de mundicia grammatica loqui putandus, quanquam et haec non desit eloquiis divinis, nec de sensuali aut morali, cum saepius de rebus foedis ac pudendis (ut videtur) tractet, sed de theologica et affectuali, qua hominem similem sibi factura ab impuris affectibus sola purgant, quibus nemo foedius polluit hominem, quam humani dolosi doctores, justitiam suam docentes, et immundos affectus etiam augentes insuper et inflantes, ut de sordibus suis glorientur, nedum purgentur. Non enim mundatur ullius cor, nisi verbo Dei fide suscepto, Act. 15.:

„Fide purificans corda eorum," et Ps. 19: „Lex domini immaculata convertens animas," Ps. 51.: „Asperges me domine hysopo, et mundabor."

„Igne examinatum." Noster adjecit „igne", in hebraeo tantummodo est: Argentum sublimatum, seu purgatum, seu probatum, quod quia per ignem fit, adjecit interpres lucis gratia.

„Probatum terrae," omnes fere volunt graece dictum, dicentes, probum sincerumque terra, seu a terra, ut dicitur mundus a sanguine. Et Hieronymus transtulit: Separatum a terra, ubi terram varia tropologia jactant. Verum ego prorsus hic caecutio. Certum est „terrae" in hebraeo esse dativi casus, qui transferri possit: ad terram, melius quam: a terra. Deinde Reuchlin dicit עֲלִיל (quod nostri probatum transtulerunt) esse vasculi nomen, in quo liquantur metalla, si additur praepositio: in, quasi sic vertas hanc partem: Argentum liquatum in liquatorio terrae, sive ad terram, quod sonat in rem et ad usum terrae, hoc est, quo utantur, qui in terra sunt, scilicet homines. Quae si vera essent, opinari liceret prophetam a re argentariorum sumsisse allegoriam (sicut vere fit in prophetis omnibus) et mysterium ejus in eloquiis Dei usisse. Argentum enim nullius est usus in terra, nisi liquetur et probetur primum, ut argentum terrae distinguas ab argento fovearum, venarum et minerarum, liquari autem ad hunc usum non potest, nisi per ignem, nec per ignem nisi in vase.

Harum rerum nunc revelemus allegoriam. Eloquia Dei in crassa litera et sensu carnis circa crucis sensum dicta aut scripta argentum est in venis, sicut Job. 28. ludit: „Habet argentum venarum suarum principia, aut repositum in massa rudi," sicut David

figuravit, quando Salomoni omnes praeparabat impensas ad templum struendum. Sed nihil utilitatis est hominibus terrenis in isto thezauro abscondito, ut Ecclesiast. ait 20.: „Sapientia abscondita et thezaurus invisus, quae utilitas in utrisque?" donec proferantur in medium, et impugnantibus impijs, haereticis, daemonibus probentur.

Credentes autem sunt vasculum istud fictile liquatorium, in quo portatur thezaurus iste, probaturque, quia certamen forte dedit ei, ut vinceret, et sciret, quoniam omnium fortior est sapientia. Sap. 16. Sic autem probato per ignem verbo Dei et fideli invento, multis prodest hominibus per praedicationem eorum, qui probati sunt. Hoc apostolus 1. Cor. 11. tetigit, ubi dixit: „Oportet haereses in vobis esse," id est, ignes liquatores, „ut qui probati sunt" (id est, vascula, in quibus argentum eloquiorum Dei exercetur) „manifesti fiant inter vos," facti sal terrae, et lux mundi, id est, terrae luceant hominibus ad laudem Dei provocatis et sic ejusdem argenti usu adjutis ac locupletatis. Hoc est certe, quod dicit hic „terrae", seu: in rem terrae.

Hanc liquationem et probationem verborum Dei quia impii in se ipsis exhorrent, et scandalum crucis non sustinent, quaerunt hominibus placere, facti vaniloqui, dolosi, deceptores, inconstantes, sicut apostolus ad Gala. disputat, et hic Psalmus dicit. Non ergo intelligitur nec fructificat eloquium Dei, nisi mortificatis et tribulatis nobis, hoc est, nisi propter verbum fortiter impugnatis et tentatis, non enim tam nos, quam verbum patitur in nobis.

Ad hunc sensum nostra translatio potest duci, praeteritis aliorum glossis, ita: „Probatum terrae,"

id est, fidele, gratum, placitum inventum hominibus in *terra*, qui experimento fidelitatem, virtutem, puritatem *ejus cognoscentes*, confidunt in eo, et amissa foeda *illa omnium* rerum fiducia, quam illi docent impii, *solo verbi* purissimi purissima fide purificantur. Et sic *„terrae“* manet propriissime dativi casus, sicut est *tam* in graeco, quam heb.

„Purgatum septuplum.“ Hic de septenario donorum spiritus profundius tractant, quam mea tenuis ac negotium literae ferat. Ego septuplum simpliter pro perfectissime accipio, septem enim numerus iversitatis est, et nescio, an eam hic argenti puritionem tangat, qua non in vase liquatorio, sed in iere ossium apposito plumbo purgatur ad plenum et rissimum. Et quam mirabiliter ludit sapientia Dei orbe terrarum, ut plumbum argenti purgatio sit? mpe, quod hypocritarum eloquia, cum sicut plum- m argenti, ita et ipsa divinorum eloquiorum similia it, tamen in igne persecutionis sic exercent et ercentur simul, ut, sicut plumbum evanescit et arntum purgatur, ita in fine tandem elucescat vera pientia, et nihil fiat insipientia eorum (ut apostolus Timo. ait), sic enim proficit speciosissima impiom doctrina, dum resistit pietati, ad gloriam verae ctrinae et suam ignominiam. Quare non fuit absom priorem purgationem liquatorii persecutoribus tynnis, posteriorem plumbi haereticis et falsis fratris dari, qui nobiscum, ut plumbum cum argento in dem cinere et vase, ita in eadem ecclesia et morrum patrum martyrumque vestigiis exercentur. ranni autem foris sicut folles liquatorium exercent.

Ita videmus, quam propheta operibus detrahat et nia fidei tribuat, dum eloquia Dei munda asserit,

simul argutissime reprehendens eos, qui operibus mundari volunt. Quid enim prodest multa operari, si non munderis? At nusquam est mundicia, nisi in eloquiis Dei, et eloquiis Dei nemo mundatur nisi credens, nemo autem credit, nisi patiatur magis quam operetur. Quibus efficitur, quod vita purissima et sine peccato non stet in operibus, sed in fide verbi et passionibus.

Sed cur argentum magis quam aurum eloquiis Dei comparat? Aurum proprie caritati in scripturis comparatur, cujus natura in igne alia est, quam argenti, de quo dicemus infra.

Tu domine servabis nos, et custodies nos a generatione hac in aeternum.

Poterat melius per optativum dicere: Serves, custodias, cum revera sit oratio prophetae adversus generationem justitiariorum. Et quanquam non differant adeo servare et custodire, tamen Hebraeus „servabis" in posteriore, et „custodies" in priore parte ponit, sicut et Hierony. facit. Petit enim servari a generatione, prohibendi modo sic, ut nos prohibeamur, ne consentiamus eis, et custodiri eloquia sua protegendi modo, ne illi ea polluant. Pro „servabis nos," servabis ea, in hebraeo est, et ad eloquia Dei pertinet, ut Hierony. transfert. Sed potest forte ad sanctos etiam referri, cum sit generis masculini „servabis eos." Nec hoc rejecerim, si quis „servabis eos" de impiis accipiat, ut Deus eos servet et prohibeat, ne deinceps vana loquantur, et perdant sanctos a filiis hominum.

Videmus autem non nostrae virtutis esse, ut eloquia domini casta maneant, et sancti non deficiant

a terra, sed divinae. Tu domine, non nos homines servabimus, sicut docuit Christus: „Messis multa, operarii autem pauci, rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.“ Idem nos in oratione dominica jussit orare, dum panem nostrum quotidianum, id est, eloquia Dei docuit petere. Nos vero posita oratione fidentes literis, ingenio et studio secure agimus, donec ipsi facti simus, qui vana loquimur, et generatio impia, a qua hic custodiri petit propheta.

Unde colligitur, Psalmum istum, etsi ad tempus Christi propriissime sicut omnia referatur, tamen, quia generatio ista non praeteribit, donec omnia fiant, etiam ad nostra et omnium saecula pertinere. Nostro sane saeculo Turcae, Judaei, cerimoniistae hanc generationem strenue augent, et fere omnem fidem et universum verbum fidei supplantaverunt, contra quos non est, quod agamus, nisi ut oremus dominum messis, ut exsurgat positurus salutem, et locuturus ad eos.

In circuitu impii ambulant, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Verbum „multiplicasti“ in hebraeo non est. Hiero. sic: In circuitu impii ambulant, cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum. Ego hunc versum arbitror nondum esse de tenebris ab ullo erutum, sicut nec illud, quod superius dictum est: „Probatum terrae.“ Utriusque hujus loci ignorantiam confiteor, et omnibus aliis tribuere eandem nihil vereor, qui hucusque scripserunt.

[Primum non est in hebraeo „in circuitu“, sed verbum transitivum tertii סָבִיב, quod significat: circumdare fecit, ut sic transferre possis: Circumdedit

impios, ambulabunt, hoc est, generatio ista, a qua nos custodies, acervat sibi impios magistros et prurientes auribus, his adhaeret, his agglomeratur gregatim, et pariter magistri et discipuli in viis suis ambulant, et proficient in pejus falsi et fallentes, sicut Ps. 1.: „Beatus vir, qui non ambulavit in consilio impiorum." Unde interponenda est conjunctio et: Circumdedit impios, et ambulabunt, juxta hebraismum solitum. Sie sammlen sich mit Haufen und gehn dahin. Et clarior erit sententia, si praeponatur pronomen quae (sicut alias solent), sic: Quae circumdedit impios et ambulabunt. Quodsi in neutro placuerit dicere: Circumdedit, et impii ambulant, idem sensus manet, nisi quod „circumdedit" tunc absoluto statu significabit id, quod: fecit, ut essent multi circumstantes et adhaerentes, ut sic pariter cum suis magistris impii in sua pertinacia ambulent]. *)

Pro altera parte noster dixit: „Secundum altitudinem", sed pronomen „tuam" superfluit, et Hierony. ait: Cum exaltati fuerint. Omnino ergo altitudinis vocabulum hic esse oportet. Mihi videtur esse verbum primitivum activum רם, id est, exaltavit seu elevavit, inde me judice vertitur sic: Sicut exaltavit vilissimos filiis hominum. Nam ubi nos „multiplicasti" habemus, heb. זלות foeminino genere dicitur, quod significat viles, abjectos, leves homines, quales sunt epulones et ganeones. Nam Hebraeis et ii, qui conviviis et luxu vacant, זוללים dicuntur masculino genere; ut sit sensus: Generatio ista circumdedit impios magistros et ambulant simul, sicut ipsa elevavit et voluit eos, qui vilissimi sunt etiam filiis

*) Haec explicatio a Luth. ipso sub fin. Ps. XXI. *falsa dicitur,* ideoque nonnisi in edit. princip. legitur.

hominum seu inter filios hominum, hoc est, impios discipulos congregat, et vilissimos magistros exaltat, quales discipulos, tales magistros, ut caeci caecos ducant, et ambo in foveam cadant. Quae versus sententia, si ullo tempore impleta est, nonne hodie impletissima est? Quis enim hodie ecclesiasticis gubernaculis praeficitur, nisi faex mundi? Scilicet quibus mundus vel uti vel frui non potest, atque id merebatur impia ingratitudo nostra.

Iterum hic videmus impiis magistris tribui ventris curam, sicut Ps. 5. sepulchrum patens guttur eorum dixit, et apostolus ventrem Deum eorum signavit, dum זֻלֻּת, id est, epulones odiosissimo nomine eos appellat, qui nonnisi victum quaerant. Nec frustra videtur unum ל deficere in vocabulo זֻלֻּת, et litera ו in verbo כֻּרֻם, quasi utrimque speciem esse, re ipsa deficiente, cum revera non sint exaltati, et ipsi longe aliud quam epulones haberi velint. Sed haec cabbalistis seu potius curiosis et otiosis.

Nostra translatio potest huic sententiae sic aptari: „In circuitu impii ambulant,“ id est, multi undique circumdantes et circumdati, tam discipuli, quam magistri impii, ambulant et perseverant in viis suis, quia tu multiplicasti filios hominum secundum altitudinem tuam, id est, in locum potestatis tuae constituisti non filios Dei, sed filios hominum, eosque non qui rari et boni sunt, sed multos et qui vilissimi inter eos sunt. Sancti patres „filios hominum“ ad filios Dei referunt, et „altitudinem“ alii secretum consilii, alii gratiam et misericordiam Dei sine merito hominum datam putant. Quorum sententiam non damno, sed literalem esse non credo.

PSALMUS DUODECIMUS,

heb. tertius decimus.

Ad victoriam Psalmus David.

Usquequo domine oblivisceris mei in finem?

Usquequo avertis faciem tuam a me?

Usquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me?

Simplicitas ista hebraea magis placet, et nonnihil ad affectum facit, qua repetit quater idem vocabulum „usquequo", pro quo varietatis amans interpres in tertio loco quam diu posuit, nec sine affectus injuria. Generalis sententia Psalmi esse videtur, in persona eorum dicti, qui similia David patiuntur, hoc est, mortem et infernum, qui affectus Ps. 6. similis est, nam et hic mortem allegat, et pugnat cum desperatione, misericordiam Dei praedicans. Quod et indicat vehementissimum exordium, quod quatuor quaestionibus contentiosis et acribus proruit. Cum enim in omni tribulatione mora sit gravis, in hac spirituali est gravissima, adeo ut Ps. 6. dicat: „Inveteravi inter omnes inimicos meos," et Ps. 32.: „Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die." Ita et hic quater expostulans nimiam dilationem divini auxilii queritur sese in finem derelictum, imo oblivioni datum, hoc est, desperatum et nunquam recipiendum, sic enim apparet in hac pressura aeternae mortis *constitutis*.

Emphasis itaque est in singulis verbis, quibus tam Deum exprimit, quantum est in sensu et ctu spiritus. Non solum me dereliquis tanquam baturus et observaturus, sed etiam oblivisceris quam exstinctum, deletum de libro vitae et memotua, reprobatum penitus nunquam visurus, nec hoc tempus, sed in finem et aeternaliter, ut nihil relim sit spei, quin sim cum damnatis perdendus in ternum. Quodsi etiam hic clamem validissima voce invocem te, ecce non modo non exaudis, sed etiam audias, avertis faciem tuam a me, factus inexobilis.

Nonne aptis verbis hunc asperrimum et amarissim affectum pingit, qui Deum undique aversum, adrsarium, implacabilem, inexorabilem, aeternaliter tum sentit? Hic enim spes desperat, et desperatio nul sperat, vivitque solus ille gemitus inenarrabilis, o Spiritus interpellat, incubans super aquas tenebris ertas, ut Gen. 1. dicitur. Nemo haec intelligit, qui a gustarit, non aguntur haec objectis et phantastibus, sicut speculatores ludere possunt quieti, sed timo immortalis vitae, id est, animae sensu. Immorlis est, quae patitur, immortalia sunt, quae premunt, licet peccata, immortalis finis, propter quem fiunt, licet Deus reprobans, et immortales, qui urgent, npe daemones accusantes coram Deo, ut Apo. 12. citur.

Atque ita ex omnibus causis (ut vocant) matedi, finali, efficiente, formali, aeterna et inevitabilis t ista tribulatio. Mitius enim patitur anima ex ea rte, qua temporalis et mortalis est, id est, per carm et sensum. At ea parte, qua immortalis est, consolabiliter cruciatur. Voco mortalem et immor-

talem animam pro exprimenda rei natura, ne quis me captet in verbo. Moritur enim anima huic vitae, quae tamen vivit immortaliter futurae vitae. Ita mitius patitur ab hominibus, mundo, carne, quam a daemonibus, qui peccatis, morte et inferno intentatis premunt, mitius in passionibus sensualibus, quam conscientiae pavoribus et confusionibus, mitius propter satisfactionem pro peccatis et reconciliationem Dei speratam, quam propter aeternam et immobilem praescientiam Dei reprobantem.

Quare nemo putet esse vulgaris tribulationis verba ista: Oblivisceris, avertis in finem, non exaudis, nec exaudiri statuis, deles me de memoria tua, nunquam respecturus, atque etiam (ut Job. 9. ait) „et cum invocantem me exaudierit, non credo, quod audierit vocem meam," ac si dicat: Adeo mihi inexorabilis apparet, ut si etiam quis praesumere possit me esse exauditum, adeo id non credo, ut nec auditam, nedum exauditam vocem meam sperem.

Talem itaque sibi Deum sentiens, sibi relictus miser facit, quod sequitur, id est, aestuat variis consiliis undique tentans, quo liberetur, multa consilia molitus, semper tamen manens ignarus consilii, sicut Ezechias apud Isa. 38.: „Quid dicam? aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?" Deprehensus enim inter angustias nescit, quo se vertat. Si ad Deum velit fugere, audit hoc: „Avertis faciem tuam," et: „Quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?" Si ad alium, nullus alius est, qui possit eruere, quin omnia cum Deo contra eum stant, atque ita angustiae undique cogunt multa consilia quaerere, nec tamen sinunt invenire. Hoc est, quod dicit: „Quam diu ponam consilia in anima mea?" Est enim ea dictio,

quae Ps. 1. „consilium impiorum" dicitur, scilicet, studia cordis, quibus sese gerere et regere debeat.

Quae autem sint ista consilia afflictae hujus animae, nemo novit, nisi qui patitur, exemplum tamen nobis egregium praebet Job. 9. per totum, ubi recenset opera Dei magnifica et mirabilia, ostendens, quomodo anima in hac hora constituta varia cogitet. Nunc assurgit videre, quae in impiis fecit Deus, se consolatura, rursum, dum sua sperat praeterita bona considerari, iterum decidit dicens: „Si innocentem ostendero, pravum me comprobabit," imo et hoc asserit: „Si etiam innocens coram eo quis sit, poterit eum consumere" (sic enim sentitur). Unde dicit: „Justum et impium ipse consumit," quasi diceret: Nihil refert, justus sive injustus hic sis, potest quemque abjicere, nec potest hic invenire, quid ponat inter pium et impium discriminis, cum omnia intelligat esse Dei libere data. Sed nec locus nec virtus sinunt idem capitulum digne tractare. Christus eandem in cruce tulit tribulationem, quando se non habere dicit, ubi caput reclinet, et periit fuga a me, et non est, qui requirat animam meam, inquietudo enim, pavor, fuga, confusio hic regnant.

„Dolorem in corde meo per diem," id est, tristitiam, afflictionem, abjectionem (sic enim heb. sonat), per totum diem. Pavet enim omni momento metuens abjici in aeternum, dolorem facit ipsa angustia, quae tribulatum non sinit fugere. Unde Paulus haec omnia his verbis exprimit Ro. 2.: „Iis, qui sunt ex contentione, ira et indignatio, tribulatio et angustia, in omnem animam operantis malum, Judaei primo et Graeci."

„Ponam consilia in anima mea," hebraice dictum

est, sicut: „Posui in ore tuo verba mea," et: „Pone hoc in corde tuo." „Posui animam meam in manu mea," quod latine diceremus: Capiam consilia, et „in anima mea", id est, cum me ipso, quia non erat, a quo consilium acciperem, cum nullus hominum hunc gemitum noscat, nedum consulere possit. Solus ergo ut patitur, ita solus secum varia anxie consultat, non est hic communicare consilia, sicut nec dolorem cordis, atque id ipsum vehementissime discruciat. In ceteris enim usitatis tribulationibus invenire est, qui similia passi sciant consulere et consolari.

„Usquequo exaltabitur inimicus meus super me?" Prius hoc tribuit Deo obliviscenti et avertenti, non exaudienti, nunc tribuit inimico. Atque hic jam incipit victoria inclinare ad tentatum, et finis fieri tentationis. Pars enim victoriae est sensisse inimicum in hac tentatione, ac illo superiorem jam fieri. Etsi enim ordinante Deo inimicus exaltatur, tamen in media tentatione non apparet inimicus, sed solus Deus omnia facere. Atque id etiam satagit inimicus, ut tentatus non sibi, sed Deo tribuat soli, sicut in Christo crucifixo ostensum est, quem blasphemiis eo pulsabant, ut Deo odibilis esse videretur. Sic Ps. 3.: „Multi dicunt animae meae: Non est salus ipsi in Deo ejus." Inimicum autem non nominat, sed generaliter loquitur, diabolum tamen intelligit et ejus studia, ipse enim in hac tentatione proprie regnat. Unde sunt, qui et Christum arbitrentur saepe passum esse hanc tentationem, praesertim in horto, et Joh. 12., ubi dixit: „Et nunc anima mea turbata est, et quid dicam? Pater salvifica me ex hac hora, sed propterea veni in hanc horam, pater clarifica nomen tuum," mira verba et certe angustiae plena.

Vide, ut et hic ponit consilia in anima sua turbata. Primo: „Quid dicam?" Deinde orat: „Salvifica me." Rursus negat: „Propterea veni in hanc horam," haec diceret: „Pater clarifica nomen tuum." Hic ndem finita est pugna, quae a diabolo facta esse lli debet esse mirum. Nam Lucas 4. scribit diabo- m, cum eum in deserto tentasset, ab eo recessisse l tempus. Ex quo eliciunt illi, nec inepte, fuisse m deinceps saepius tentatum, neo enim audiendi nt, qui nobis ipsum quasi insensibilem truncum fin- at, quem oportet omnibus tentationibus sicut purum verum hominem credere subjectum fuisse, sicut et discipulos dicit: „Vos estis, qui permansistis me- s in tentationibus meis."

Itaque cognito inimico ista operante incipit mox inae misericordiae radius micare, et animam con- tare ad accusandum inimicum, et bene sperandum Deo, quod in turbine procellae medio non potuit. to et haec ultima pars est querelae, inimicum exal- ri super eum.

espice, et exaudi me domine Deus meus, lumina oculos meos, ne unquam obdor- miam in morte.

Distinctionem versuum, quae apud nos confusa st, hebraeam sequor. Quam longe ecce alius affec- s, qui prius querebatur sese frustra orasse, Deum blitum et aversum non exaudisse, nunc perseverans btinuit fiduciam exaudiendae orationis suae, sicut Christus Lucae 11. de perseverantia orationis docuit nter amicum recusantem et alium perseverantem. Sic enim et Deus aliquantulum recusat, nisi enim ideret se exauditum iri, non oraret. Quare jam

paene victor emergens finem orat tentationi et sese respici, cum jam revera respectus sit et exauditus. Neque enim nos ante respici oramus, quam ille respiciat, sed ut respicientem sentire per cordis pacem et fiduciam valeamus, qui nos per gratiam praevenientem respiciens fecit, ut respici et exaudiri peteremus, ut sit non solum gratia Dei miserentis, sed et pax misericordiam intelligentis hominis.

Reddit autem singula singulis, quatuor questus est mala, ita quatuor postulat bona. „Respice" pertinet ad illud: „Usquequo oblivisceris," quasi dicat: Non modo non videbas me, sed nec memor eras, at nunc non solum memento mei, sed etiam propius accede et respice, ut tanto sit amplius redditum bonum, quanto fuit atrocius malum. „Respice" autem tropo scripturae effectum Dei miserentis significat, sicut de verbo exsurgere dictum est Ps. praecedente, et praesentiorem gratioremque effectum respicere quam meminisse significat, sicut asperiorem non meminisse, quam non respexisse. Tam pulchra et propria antithesi componit mala tolerata bonis accipiendis.

„Exaudi me domine Deus meus," pertinet ad illud: „Usquequo avertis faciem tuam a me?" ac si dicat: Aversus eras ac inexorabilis, tanquam strictus, severus judex, nihil aliud facturus, quam damnaturus me. Non modo non audiebas, sed ne audires, avertebas faciem. At nunc factus dominus Deus meus, esto non tantum conversus, ut audias, sed etiam exaudias, nihil aliud facturus, quam me servaturus, ut sic pro irato judice clementissimum Deum habeam.

„Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte," pertinet ad illud: „Quam diu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?"

versa enim facie Dei a nobis statim sequitur turba-, confusio, caligo mentis et consilii ignorantia, a velut in tenebris palpamus, et undique quaerimus, e effugiamus. Ita si levet lumen vultus sui super s, et converterit faciem suam ad nos exauditurus, rsus illuminantur oculi nostri, [3]et plena sunt omnia nsiliis uberrimis. Ambulans enim in die non offen-t, quia videt lucem hujus mundi. Accedimus sic ad m et illuminamur, et facies nostrae non confun-ntur.

Ad illud: „Usquequo exaltabitur inimicus meus per me?" pertinet, quod sequitur: Ne quando dicat imicus meus: „Praevalui ei." Hic vero addit: „Ne ando obdormiam in morte," periculum commemorans. „Dormiam" enim ea dictio est, quae Ps. 4. „requie-cam", et per Hiero. dormiam reddita est ibi: „In pace simul requiescam et dormiam," id est, jacebo mortuus in pace cum patribus meis. Ita enim, quia n spiritu loquitur, et usus scripturae sic habet, dor-miendi verbo non ad corporalem somnum, sed ad mor-tem significandam utitur.

Et ut dixi, hoc versu tangitur vis hujus tenta-tionis, quae est intentatio mortis et inferni praesen-tissima, et intolerabili amaritudine urgens, et (ut Ezechias dicit Isa. 38.): „Portae inferi jamjam ab-sorpturae in puteum aeternum," sicut alio loco dicit: „Neque urgeat super me puteus os suum." Quare petit, ne dormiat in morte, id est, ne moriatur, et jaceat mortuus aeterna morte, quod latius Ps. 6. sic dicit: „Quoniam non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?" Cujus contraria sententia est illa Ps. 4.: „In pace in id ipsum dormiam et requiescam." Dum enim lumen

vultus Dei super eum est, laetus est, et in pace ritur. At ubi aversa facie sinit eum consilii anima sua aestuari, dolens metuit, ne in morte m tur, id est, inquietissima et aeterna confusione, pulvis turbine raptus agitetur.

Proinde hic versus lux est hujus Psalmi, ostendens hanc tentationem esse in rebus sublim fidei, spei, caritatis, ubi diffidentia, desperatio, o blasphemia et similia inferni damnatorumque port acerbissima certant contentione cum fide, spe et tate. Nihil est libidinis, irae, superbiae, avaritiae castitate, mititate, humilitate, largitate negotium, rabies persecutionis corporalis, sive sit ignis, fa gladius, ignominia ad hoc malum comparata. I et hic intelligi oportet, ideo se timere mortem, non sit in ea laus et memoria Dei, sed odiu blasphemia, id quod unice exhorret.

Ne quando dicat inimicus meus: Prae lui adversus eum, qui tribulant me, e tabunt, si motus fuero.

Cum hic sit unus versus in hebraeo, sent clarior erit, si in medio ponatur conjunctio et, tautologia elucidanda, hoc modo: Ne forte inimicus meus: Potui ei, et tribulatores mei e tent, quod motus fuerim. Nam verbum: Potu seu: „Praevalui adversus eum," Ps. 129. sic r dit: „Etenim non potuerunt mihi." Sic enim braeis dicitur, id quod praevalere adversus quem nos dicimus. Idem ergo est inimicos jactare se p valuisse, et tribulatores exsultare illum esse vic quod utique fieret, si in morte obdormiret. Ea sententia et Ps. 6. in eosdem dicit: „Discedit

me omnes, qui operamini iniquitatem, id est, אָוֶן seu dolorem, quoniam exaudivit dominus deprecationem meam." Et 38.: „Ne quando supergaudeant mihi inimici mei, et dum commoventur pedes mei, super me magna loquantur," ubi eisdem paene verbis eadem sententia dicitur, ut patet.

Ista est jactantia et insultatio daemonum, quales in Christo crucifixo per Judaeos evomebant: „Si filius Dei es, descende nunc de cruce, salvum fac temet ipsum, liberet eum, si vult," ubi exaltatur inimicus, ut versu quarto questus fuit. Quod ne fiat, ut non in perpetuum irrecuperabiliter fiat, hoc deprecatur. Quod cum ab hominibus fieri molestissimum sit in victoriis his nugacibus rerum temporalium, incomparabiliter atrocior est confusio, si fiat a daemonibus in his victoriis rerum aeternarum, quod et ultimum est malorum, quod dicitur: Vae victis, ubi malis et afflictionibus additur ignominia, insultatio et jactantia, quae acrius solet urere, quam ipsa pugna, imo quam ipsa caedes et casus. Quo symbolo docemur, quid faciat aeterna confusio victis. Quomodo autem daemones exsultent, quos credimus damnationem suam ubique secum ferre, aliis relinquo explicandum. Satis abundant exempla, fuisse eos ad lapsum sanctorum gavisos, et si exempla non essent, tamen hujus scripturae auctoritas sufficit ad rei veritatem adstruendam fidelibus.

Ego autem in misericordia tua speravi, exsultavit cor meum in salutari tuo, cantabo domino, qui bona tribuit mihi, et psallam nomini domini altissimi.

Haec unus versus in hebraeo sunt, et particula

ultima: „Et psallam nomini domini altissimi," assuta est ex Ps. 7. Hebraeus enim alteram partem versus sic finit: „Qui bona tribuit mihi," seu, ut ad verbum reddam: Quoniam reddidit super me. Itáque tria membra habet prior pars: „Speravi in misericordia tua, exsultavit cor meum in salutari tuo, cantabo domino," de quibus affectibus Ps. quinto abunde dictum est.

Opponere autem videtur haec inimicorum suorum jactantiae, ac si dicat: Illi jactant se praevaluisse, exsultant me succubuisse. At ego non de mea virtute, sed tua misericordia me jacto, et exsulto non in mea victoria, sed in tuo salutari, id est, salute, qua me indignum longeque alia meritum salvum fecisti per misericordiam tuam, ut emphasis sit fortis in dictionibus „misericordia tua" et „salutari tuo".

Quibus iterum inculcatur, quod saepius inculcandum est, propter ignaros Dei et superbos hypocritas, neminem scilicet non inveniri peccatorem damnabilem coram Deo, nec posse subsistere ante faciem aquilonis hujus daemonum, quantumlibet sanctus et plenus bonis operibus sit, quae illi subito faciunt sordere suis accusationibus potentissimis, nisi sincera fide et spe, de suis meritis et dignitate desperans, purissimam gratuitamque misericordiam Dei apprehendat et firmiter teneat, in eaque sola sese confidat salutem consecuturum, ut sic stet occasio cantandi soli domino, non nobis, qui indignos mera misericordia salvos fecit, in qua salute exsultare cor possit. Nam si aliud prodesset ad salutem, quam misericordia Dei, id ipsum sine dubio et hic possuisset, imo questus fuit universa consilia animae suae, inter quae et de meritis suis tractavit, nonnisi dolorem ei praebuisse.

Adeo misericordia sola necessaria, et nihil secum patitur, in quo simul speret homo. Hoc enim esset divaricari pedes, et claudicare in duas partes, et more Samaritanorum simul Deum et idolum colere, quem nemo colit, nisi fides sincera et unica in unicam misericordiam suam. Alioquin non soli domino cantabitur gratiaeque agentur, sed et idolo nostro, quod cooperatum fuerit, quod absit.

„Quoniam reddidit." Non hic merita digni, condigni, congrui oportet somniare, sicut hoc verbum retribuere seu reddere accipimus. Quod enim per misericordiam solam redditur, indignis et gratuito redditur, cui debetur cantus, laus et gratiarum actio, quod vero meritis redditur, sine misericordia, imo exigente justitia, ubi laus debetur et cantus operanti, non reddenti. Qui impii doctores his pestibus doctrinae suae exstinguunt exsultationem cordis et suavitatem Dei in hominibus, et auferunt laudem ejus, sicut Mich. 2. dicit.: „Mulieres populi mei ejecistis de domo deliciarum suarum," id est, de conscientia exsultante in salutari dulcis misericordiae Dei, „et laudem meam tulistis a parvulis earum in perpetuum." Stat sententia omnium hominum more quoque firmata, eos in benefactore laetari, cantare, benedicere, qui se gratis adjutos intellexerint, quod quanto magis in Deo praestandum est, ut intelligamus et faciamus. Sciendum, quod ea, quae in tentationibus amiserat sive amisisse videbatur, post cumulatius reddente Deo receperit.

Proinde retribuere potius amissionem meritorum, quam acquisitionem respicit, si scripturae usum observes, seu mutationem potius rerum, dum Deus occidit et vivificat, peccatores facit et justificat, et omnino

aufert omnia, ut omnia reddat. Quam crucis scie tiam qui non habent, coguntur istis somniis agitari congregandis meritis, quae praemiis congruis, con gnis, dignis compensentur, etiam apud Deum. Nam illud apostoli: „Reposita est mihi corona justitia quam reddet mihi in illum diem justus judex," poti referam ad adversarios pertinere, quam ad sua merit hoc modo: Deus cum sit justus judex, reddet mi in illo die coronam pro stercore, quo me in hoc d confundit mundus, huic vero pro sua gloria, qua i hoc die superbit iniquus, reddet et mutabit ignominia in illo die, ut omnino significet aliud auferendum aliud reponendum, utrumque gratuita misericordia sicut Jesus sacerdos apud Zachariam 3. exuitur vesti bus sordidis, in quibus adversabatur ei Satanas, indnitur mutatoriis, ut ibidem dicit.

Id quod „mihi" et hebraice עָלַי, super me, dici tur, eadem dictio est, quae supra: „Usquequo exal tabitur inimicus meus super me?" et Ps. 7.: „Se cundum innocentiam meam super me," ubi rectius di xissemus: Secundum innocentiam meam mihi, quam ea, quae ex Hieron. docuimus et praesumsimus, cum eadem dictio motum ad locum duntaxat significet ut et Ps. 38.: „Dum commoventur pedes mei, supe me magnificaverunt." Ita et ibi: „Judica secundum innocentiam meam super me," seu: Judica ad me, se mihi, ut „super me" ad verbum „judica", non ad „in nocentiam" copuletur.

PSALMUS TERTIUS DECIMUS,

heb. quartus decimus.

Ad victoriam David.

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Hi duo versus sunt unus Hebraeis, et particula: „non est usque ad unum" superfluit hoc loco, quae tertio versu semel ponitur. Hebraeus sic: Dixit stultus in corde suo: Non est Deus, corrupta et abominabilia fecerunt studia, non est faciens bonum, ubi stultus singulari numero per synecdochen ponitur pro toto populo, quia sequitur „fecerunt" pluraliter.

Est autem hic Psalmus ex Gen. 6. sumtus, ubi similibus verbis dicitur, corruptam esse terram a filiis hominum, et dominum respexisse super filios hominum, et iniquitatem seu malitiam, quae חָמָס hebraice dicitur, id est, injuriam, vim, oppressionem praevaluisse, quod hic dicit plebem devorari. Quare ejusdem historiae series hunc Psalmum pulchre illuminabit, qui generationem impiorum simili corruptela sive describit in praesenti, sive prophetat in futurum praevalere, semper enim talis generatio durat, licet aliquando atrocius saeviat.

Nihil ergo hoc Psalmo de persecutione piorum, nec de falsis magistris loquitur, sed scopus ejus est, mores et vitam peccatorum sive generationis pravae describere, et ostendere omnes homines esse pecca-

tores et malos, qui extra gratiam agunt, ut qui nonnisi in superbia, libidine, rapina, fraude, caede et similibus peccatis vivunt, licet haec omnia nitantur colorare aut negligant observare. Et in hunc scopum adducit eum Paulus Ro. 3.

Primum malum, fons scilicet omnium malorum, est ignorantia Dei, qui enim in primum praeceptum peccat, nullum aliorum non praevaricatur. At cum in primo praecepto omnia praecepta pendeant, indeque regulentur et agantur, deinde nullum aliud pluribus modis nec pluribus hominibus violetur, ex eo ipso facile est intelligere, quam pauci sint boni, et inter filios hominum non esse unum, qui faciat bonum. Nam ut non omnes adulterentur aut libidinentur in opere aut occidant, omnes tamen eadem omnibus communi incredulitate in primum praeceptum peccant, et data occasione libidinantur, occidunt omneque malum faciunt. Itaque omnis filius Adam est נָבָל iste, id est, stultus et idololatra, ignarus Dei, ut hic dicitur.

Non autem hoc intelligendum est, quasi prorsus nihil de Deo sciant, cum Ro. 1. doceat nomen Dei esse manifestum omnibus. Nisi enim esset notitia divinitatis inexstinguibiliter omnibus hominibus indita, nunquam fuisset idololatria inventa. Cur enim idola coluerunt, nisi quod divinitatem aliquam esse omnes persuasum habuerunt? Quomodo eam tribuerent hominibus, daemonibus, et sic veritatem Dei in mendacia verterent, si eam non esse putassent? Aut quomodo eos honorare praesumsissent, quibus nihil, id est, divinitatem nusquam exsistentem, tribuissent? Cognoverunt ergo, sed hoc erraverunt, quod veritatem Dei *commutaverunt* in mendacium, et econtra mendacium

in veritatem Dei, hoc est, id quod vere Deus est, tribuerunt homini aut creaturae, et e diverso, quod non est Deus, sed mendacium, tribuerunt Deo, quod fecerunt et adhuc faciunt, qui opus et verbum Dei non intelligentes blasphemant et daemonibus tribuunt, rursum placita sua, sive verbum sive opus, etiam ex daemone suggestum, Deo tribuunt, frequentissimum malum malorum.

Nam nec illi Gen. 6. scribuntur Deum sic ignorasse, quod nihil de eo scierint, cum justitiae praeco Noe illis Deum praedicaret, sed „Spiritus meus, inquit, non permanebit in hominibus istis in aeternum, quia carnes sunt," seu ut Hebraeus: Spiritus meus non judicabit, non disceptabit cum eis, non habet operationem suam in eis, quia crucifixionem carnis respuunt, ideo Spiritus mei judicium non sustinent. Quibus verbis sive per Noe sive (quod magis credo) per alios quoque dictis idem voluit, quod hic Psalmus, scilicet publice arguens eos esse carnes et sine spiritu, id est, abominabiles et corruptos, non facientes bonum usque ad unum.

Ita hic in spiritu loquens, facie contemta, et renes scrutans ac corda dicit נָבָל istum negare Deum, non in ore et gestu et pompa, externis, ubi Deum etiam prae veris Dei amatoribus jactat se nosse, sed in corde, id est, intimo affectu, cujus caecitatem mox sequitur caecitas quoque mentis, ut nec recte de Deo cogitet, nec loquatur, nec operetur, sicut Ps. 11. dictum est, et Paulus Tit. 1.: „Dicunt se nosse Deum, factis autem negant." Hi ergo soli habent Deum, qui in Deum credunt fide non ficta, ceteri omnes sunt stulti, et dicunt in corde suo: Non est Deus.

Alterum malum, scilicet rivus, imo gurges malorum, qui ex hoc incredulitatis fonte prorũit, est, omnia eorum studia (id est, quidquid cogitant, sapiunt, dicunt, faciunt, statuunt, aut quovis modo agunt) esse prava et abominabilia, quasi juxta Paulum Tit. 1. dicas: „Immundis nihil est mundum, sed inquinata est eorum mens et conscientia.“ Atque ita uno verbo breviter pronuntiat universam vitam incredulorum, ut Ro. 14.: „Omne quod non est ex fide, peccatum est.“ Dictio enim עֲלִילָה, quae hic pro studiis est reddita, sicut et Ps. 9.: „Annuntiate inter gentes studia ejus,“ generale nomen est, ut omnia significet, quae quis gerere possit, consilia, conatus, verba, opera, ut omnia aut per fidem probata et grata, aut per incredulitatem prava et abominata esse intelligamus, quaecunque homo potest aut facit. Nam et apostolus Tit. 1. cum rationem redderet, quare nihil esset mundum immundis, et inquinatae essent eorum mens et conscientia, non aliam dedit, quam quod essent increduli, et per hoc abominati, et ad omne opus bonum reprobi.

Quid ergo hic dicturi sunt, qui opera moraliter bona, et neutralia commenti sunt? Profecto aliud nihil, quam quod corrupta studia et abominata et immunda et inquinata et infidelia fingent sibi idem esse, quod non meritoria, nec demeritoria, nec peccata, nec tamen merita. Sic enim miseri loquuntur deceptores, timorem Dei exstinguentes, hominibus palpantes, et gratiam fidei minorantes. Sed resistit eis etiam ipsorummet sensu apostolus Ro. 14., ubi omne, quod non est ex fide, peccatum vocat. Hic enim ipsi fidem conscientiam intelligunt, optime loquentes, nec *minus* salubriter quam Caiphas prophetavit, nisi quod

um optimum verbum, sicut et ille, non intelligunt. enim homo aliquid faciens aut vivens, quod non edit Deo placere, id est, contra conscientiam suam it, aedificat ad geennam. Jam vere omnia eorum pera et studia, quae contra conscientiam faciunt, id st, quae non sunt ex fide, seu quae non credunt Deo placere, aedificant ad geennam, quod et verisimum est. Oportet enim christianum hominem credere sese in omnibus placere Deo.

Quando autem hic locus nos vocat de fide et operibus loqui, paululum verbositati dandum est, sicut fecimus de spe et passionibus, Psalm. 5., facturi idem de caritate et beneficiis, ubi locus fuerit.

Principio hoc certum est, inter praecepta Dei summum, maximum et primum esse id, quod in decalogo Mosi primo loco ponitur: „Ego dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, non habebis deos alienos coram me etc.“ Cujus praecepti opera sunt propria, et (ut vocant) elicita et immediata, credere, sperare, diligere, timere Deum, et ea quae ei sunt. Quae opera nostri appellant habitus et tus elicitos. Ideo in mortuam literam lapsi deputant eis opera externa, ut labiis orare, genu flectere, id genus alias ceremonias. Qua theologia excaecati non possunt intelligere verba divinae scripturae, de opere Dei, fide, spe, caritate, timore docent. jor enim scripturae totius pars hoc agit, ut opus mini, id est, fidem commendet, ut Isa. 5.: „Opus mini non respicitis,“ et Joh. 6.: „Hoc est opus i, ut credatis in eum, quem ille misit,“ et Ps. 81.: rael, si audieris me, non erit in te Deus recens, adorabis Deum alienum,“ quasi dicat: Hoc erit

opus, cultus Dei, si audias seu credas, id est, fide est vere latria et primi mandati primum opus.

Quare qui scripturas volet intelligere, oportet ut relicto philosophico theologorum ritu vocabulum opus domini, tanto studio discat introrsum trahere ad actus animae, quos illi elicitos vocant, quanto illi extrorsum traxerunt ad actus (ut dicunt) imperatos et mediatos, aut quo magis excaecantur, ad opera creationis extra a Deo perfecta.

Sicut autem nihil facit, qui primum praeceptum omittens omnia alia inferiora, tam divina quam humana servat, ita nihil facit, qui quaecunque bona facit, et mala omittit, si non credit in Deum, cum sicut primum praeceptum est metrum, mensura, regula, virtus omnium aliorum praeceptorum, in quo tanquam in capite omnia membra pendent, vivunt, vegetantur, ita fides, opus ejusdem praecepti, est caput, vita et virtus omnium aliorum operum et verissime universale illud reale, quod est unum in omnibus, ut nullum opus sit bonum, nisi fides ipsum operata fuerit, imo nisi fide, ut fermento novo, penitus imbutum ac perfusum fuerit.

Fides autem esse nullo modo potest, nisi sit vivax quaedam et indubitata opinio, qua homo certus est super omnem certitudinem sese placere Deo, se habere propitium et ignoscentem Deum in omnibus quae fecerit, aut gesserit, propitium in bonis, ignoscentem in malis. Quid enim est fides, quae non est talis opinio? Talem probat apostolus Heb. 11. multis exemplis, et Christus in evangelio facturus virtutem fere explorat primum, an credant eum posse et velle facere, qui ob hoc ipsum scribitur Matth. 13. in patria sua non potuisse multas virtutes facere

opter incredulitatem eorum, et 17. discipulos pro-
er incredulitatem eorum dicit non potuisse ejicere
emonium lunaticum.

Ex his intelligitur, unde fluat illud apostoli
Ro. 14.: „Omne quod non est ex fide, peccatum est,“
et Tit. 1.: „Inquinatae sunt eorum mens et conscien-
tia.“ Quare? Quia sunt increduli, cum sola fides
purificet cor (Act. 15.) et impleat omnia mandati Dei,
ut Eccle. 32.: „In omni opere tuo crede ex fide
animae tuae, haec est enim conservatio mandatorum
Dei.“ Nota „in omni opere tuo crede“, et „fides est
mandatorum Dei conservatio.“ Nonne nova nostris
theologis sententia? Idem Eccle. 9.: „Vade et co-
mede in laetitia panem tuum, et bibe in bono corde
vinum tuum, quia placent opera tua Deo,“ ubi He-
braeus dicit: כִּי כְבָר רָצָה הָאֱלֹהִים אֶת־מַעֲשֶׂיךָ.
בָּר autem varie transferri potest: Quoniam sicut
filius (sive electus sive purus) placens Deo opera
tua, vel sic: Quoniam sicut filii placentis Deo, opera
tua, ut sit sensus: Esto semper laetus et jucundus
sciens, quod, quidquid feceris, tale est apud Deum,
qualis est dilecti et electi filii coram patre suo opera-
tio, quomodo Malach. 3. dicitur: „Et erunt mihi in
die, qua ego faciam, in peculium, et parcam eis, sicut
parcit vir filio suo servienti sibi.“ Sequitur: „Omni
tempore sint vestimenta tua candida, et oleum de
capite tuo non deficiat, fruere vita cum uxore, quam
diligis cunctis diebus vitae vanitatis tuae, qui dati
sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuae.
Haec enim est pars in vita et labore tuo, quo labo-
ras sub sole.“ Ubi vestimenta et oleum, licet multi
non indigna tropologia pro operibus et laetitia acci-
piant, tamen ad literam puto dictum, quod diebus

laetitiae candidis vestibus, sicut in luctu pullis et atris seu sacco uti soleant, saltem ejus regionis homines, ut laetitiae apparatum tam in victu quam amictu significet, sicut et Christus Matth. 6.: „Tu cum jejunaveris, unge caput tuum, et lava faciem tuam," id est, esto laetus etc.

Perniciosissime ergo docent, qui illuminatos fidei magistros sese professi negant necessariam esse hanc fidem in omni tempore, imo in omne opus, fingentes nobis generalem quandam fidem in habitu stertentem, seu mortuam potius, quae pro tempore actum credendi eliciat. Quod enim tempus huic actui dabunt? an tantum inquisitionis tempus? Verum stultitia possedit eos nimia, qua fidem et opus ejus cum ceterarum virtutum usu contulerunt, ut quia non omni tempore orare, legere, pauperes visitare, infirmos juvare, imo nullum opus perpetuo et assiduo facere possumus, arbitrantur et fidem simili vicissitudine aliquando operari, aliquando quiescere, non intelligentes, quod in omni operum varietate manet ipsa eadem fides, in omni opere credens et confidens Deo sese placere, seu potius illum ignoscere et propitium esse.

Error ergo est, fidem et opus ejus juxta alias virtutes et opera collocare, quam oportet supra omnia elevare, et tanquam incessabilem quandam et generalem influentiam super omnia opera existimare, qua movente et agente omnia moveantur, agant, vigeant, placeant, quae sunt in homine. Sic Samuel ad Saul 1. Reg. 10. nullum praescripsit opus, sed ait: „Et insiliet in te Spiritus domini, et prophetabis cum eis. Quando ergo evenerint omnia haec signa tibi, fac quaecunque invenerit manus tua, quia dominus tecum est." Itaque in fide omnia opera sunt aequalia, ut-

cunque sese obtulerint, ipsa enim sola est opus operum omnium. Ubi autem differentia operum fuerit, ibi vel fides deest, vel in oculis insipientium apparet differentia operum aliqua esse. Credenti enim Deo idem est, sive *) jejunet, sive oret, sive fratri serviat, in omnibus enim Deo se servire novit, et placere aequaliter, sive magna sive parva sint opera, pretiosa sive vilia, brevia sive longa, nec eligit proprie aliquod opus, rursus nec reprobat ullum, sed, ut Samuel ait, facit, quodcunque invenerit manus ejus. Ubi autem fides non est, ibi fervet miserrimum negotium distinguendorum, eligendorum, reprobandorum operum, dum stulta et impia opinione credunt se hoc opere minus, et illo magis placituros esse, quae iniquitas plena labore, cura et sollicitudine hebraice אָוֶן et עָמָל dicitur, ut supra satis dictum est.

Horum impia stultitia est, quadam spirituali simonia velle donum Dei emere. Hoc enim agunt, ut per et post opera fidem in Deum habeant, suisque studiis propitium Deum faciant, cum econtra Deum propitium habere oporteat in fide primum, deinde in eadem fide operari bona, ut sit gratiae praevenientis, non nostrae virtutis merentis, quod placemus Deo. Non enim placere potest ullus Deo, quia operatur bona, sed operatur bona, quia placet Deo, ut causa operum bonorum sit fides placendi Deo, non autem opera sint causa fidei placendi Deo. Unde et impossibile est eos non magis fidere in sua opera, quam in Deum, etsi (ut solent hypocritae mentiri) jactent sese in Deo solo fidere. Ita semper circa fidem re-

*) In edit. princip. leg.: si.

probi manent, simulantes perpetuo sese confidere De
Incredibileque est, quam occultum, profundum ma
numque malum sit hoc vitium cordis humani, quod n
modo bonis operibus sese vestit et alit, usque in
superabilem ac desperatam perversitatem, sed
ipsius fidei, cui ex diametro pugnat, titulo et pr
sese tum venditet, tum palpet in se ipso. David
illud orat Ps. 51.: „Cor mundum crea in me Deus, et spi
tum rectum innova in visceribus meis." Et 13. [19.]:
„Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus er
et emundabor a delicto maximo."

Si quis videre posset, quot speciosissimos ope
rios perdat haec nequitia, intelligeret illud Eccle. 8
„Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viver
in loco sancto erant, et laudabantur in civitate qu
justorum operum." Denique vix est aliud natur
homini vitium, et majore cura eradicandum, qu
subtilis ista praesumtio, quae semper nititur De
praevenire et per opera sua propitium facere. E
quo monstro naturali fluxerunt etiam impia illa do
mata in ecclesia, quibus homines pro placando De
et satisfaciendo pro peccatis ad opera et indulgenti
impelluntur, fide Dei penitus omissa. Quin ego cre
id radicatissimi mali et speciosissimi idoli in spir
(ut Ps. 32. vocat) non exstingui, imo nec cognos
quidem unquam, nisi homo majoribus illis mortis, i
ferni, conscientiae, seu fidei, spei, praedestinatio
et id genus tentationibus vexetur. Cetera om
augent potius quam tollant, quantumlibet sint magn
virtutes aut opera.

Eadem pernicies est eorum, qui negant om
opera extra fidem facta peccata esse, quam sup
tetigimus. Quibus si dicas: An opus bonum fact

adulterandi, occidendi, furandi studio, aut in rebel-
seu inobedientia, sit peccatum, sine dubio re-
dent peccatum esse. Cur ergo peccanti in primum
ceptum, et facienti opus bonum in inobedientia
(id est, in incredulitate) tantum tribuunt, ut pec-
esse negent? An non est inobedientia Dei et
edulitas tantum peccatum, quantum est fornicandi
dium, seu castitatis neglectus?

Verum peccatum incredulitatis arduum et omnium
turalissimum est, imo natura ipsa factum, de qua
itur: „Omnis homo mendax," non potest in se
homo agnoscere, sed peccatum carnis et furti
homicidii et rebellionis humanae, quia in crassa
te sua, sensu et corpore geritur, facile intelligitur
parte sua subtiliore, scilicet anima et intellectu.
ipsa anima suum incomparabiliter majus vitium et
bem in oculo suo non sentit, ideo festucam corpo-
sui facile videt, sicut est ingenium hypocritarum
omnium, qui sunt spiritu immundi, donec robustis
spiritualibus periculis mortis et inferni examinentur.
ut in simili: Calx friget, donec aqua perfundatur.
de recte sapiens dicit: „Initium, seu caput pec-
i, seu potius princeps et summum omnium peccato-
n est apostatare a Deo." Cujus capitis velut
mbra sunt rebelliones, libidines, caedes, furta, et
dquid peccatorum nominari potest. Quibus nos
us velut monet, ut cogitemus, si haec tam magna
foeda sunt, quam magnum et foedum sit caput et
pulus ille multipes et multiceps glirium istorum, in-
dulitas ipsa, imo basiliscus, ut quod solo conspectu
nia opera mortificet. Quid ergo sunt multa opera
ia sine fide, nisi (ut Christus ait) sepulchrum
albatum, intus plenum omni spurcitia et iniquitate?

probi manent, simulantes perpetuo sese confidere Deo. Incredibileque est, quam occultum, profundum magnumque malum sit hoc vitium cordis humani, quod non modo bonis operibus sese vestit et alit, usque in insuperabilem ac desperatam perversitatem, sed et ipsius fidei, cui ex diametro pugnat, titulo et pretio sese tum venditet, tum palpet in se ipso. David in illud orat Ps. 51.: „Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.“ Et 13. [19.]: „Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto maximo.“

Si quis videre posset, quot speciosissimos operarios perdat haec nequitia, intelligeret illud Eccle. 8.: „Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum.“ Denique vix est aliud naturalius homini vitium, et majore cura eradicandum, quam subtilis ista praesumtio, quae semper nititur Deum praevenire et per opera sua propitium facere. Ex quo monstro naturali fluxerunt etiam impia illa dogmata in ecclesia, quibus homines pro placando Deo et satisfaciendo pro peccatis ad opera et indulgentias impelluntur, fide Dei penitus omissa. Quin ego credo id radicatissimi mali et speciosissimi idoli in spiritu (ut Ps. 32. vocat) non exstingui, imo nec cognosci quidem unquam, nisi homo majoribus illis mortis, inferni, conscientiae, seu fidei, spei, praedestinationis, et id genus tentationibus vexetur. Cetera omnia augent potius quam tollant, quantumlibet sint magnae virtutes aut opera.

Eadem pernicies est eorum, qui negant omnia opera extra fidem facta peccata esse, quam supra tetigimus. Quibus si dicas: An opus bonum factum

)ices autem: Quomodo potest fieri, ut in om- operibus credam me placere Deo, aut Deum esse semper et perpetuo propitium, cum ali- o cum proximo loquar, bibam, comedam, rideam, jocer aliquoties, et jucundis sermonibus mutuo onsolemur? Jam quid si peccem manifestario o, et ruam etiam grandi aliquo lapsu, ut irae, s, cupiditatis? Atque quis est ille perfectus i non offenderit in verbo, ut Jacobus apostolus Sed et tu ipse doces, in omni opere bono esse numquid vitium Deo placere potest?

spondeo primum de operibus familiaritatis. itae, qui opera Dei concluserunt in suas tri- ngustias, rigidi et implacabiles censores sunt operum, quae familiaritas honesta facit, ut lares convictus, acute aut facete dicta, risus is humaniores. Nam de scurrilibus, cachinno, uio hic nihil dico, quando haec nec humanitus a vivendi ratio probat. Verum cum vita ista nvictu non transeat, certe credere te oportet, iam placere, si fratrem hilariore vultu alloqua- undiosculo risu invitaris, nonnunquam et face- t arguto dicterio delecteris.

im haec nimirum est χρηστότης illa a Paulo commendata, quam benignitatem seu suavita- onversationis vocant, quam idem 2. Corin. 6. e nos jubet, dicens: „Sed in omnibus exhi- nosmet ipsos sicut Dei ministros, in multa ia," et infra: „In suavitate, in Spiritu sancto," Spiritu sancto" addit, ne comitas ista seu s, sicuti vere solet, degeneret in levitatem et scurrilitatem ac licentiam quandam quodlibet et faciendi, donec ex suavitate fructifera spi-

ritus sancti faciant suavitatem mortiferam spiritus immundi. Sic de s. Bernbardo legitur, qui fratrem tristiorem solaturus jocatus est in eum, ponens ei pedem in insidiis, ut caderet, dicensque factum otiosum, sed non otiose. Quodsi quid etiam peccati (sicut timendum est) per ignorantiam irrepserit, vincitur tamen fide Dei, qua credimus nos ita placere, ut ignoscat, quod peccatum est, qui talem se nobis praebet, qualem credimus.

De peccatis vero manifestariis illud Prover. 24. dico: „Septies cadet justus et toties resurget, impii vero corruent in malum.“ Hoc enim distat justus ab impio, quod impius per opera praesumit Deum placare et vincere, unde, ubi ceciderit, nunquam resurgit, quia aliam viam resurgendi non habet, quam opera, quibus Deum flectat, sicuti putat. Quod quia non potest fieri, pacem cordis non inveniens unquam, necessario desperat. Justus autem, qui scit Deum non modo promisisse et praevenisse, sed etiam praecepisse ante omnia opera in se credi et sperari, nec ideo resurgit, quia operibus nititur, nec ideo jacens manet, quia cecidit, sed promissi et praecepti Dei memor misericordiam propitiam ante oculos habet, quam solam ante oculos habere jussit, quando dixit: „Ego dominus Deus tuus.“ Sic Ps. 26. facit: „Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui in veritate tua.“ Ideo verbo et praecepto Dei sustentatur, ne corruat cum impiis in malum desperationis.

Sicut ergo diverso, imo contrario studio nituntur, ita contrario fine cadunt. Impius nititur operibus in Deum currere, justus autem studet fide ex Deo venire et nasci. Ille proponit justitiam Dei superare viribus

mis, hic misericordiam Dei proponit, quae sanet omnes infirmitates ejus. Et in hac re exemplum patris et filii praedictum adhibere oportet. Filius enim, si quando peccaverit, patrem quidem timet, sed fiduciam non ponit paternae benignitatis, paratus tamen est humili confessione peccati portare disciplinam paternam, sicut ex Malachia 3. retulimus: „Parcam eis, sicut parcit vir filio suo servienti sibi.“ Et Ps. 89.: „Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus hominum peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.“

Prudens ac sciens hic praetereo theologorum recentium quaestiones, an fides pereat per peccatum mortale, et quid sit peccatum mortale, quod haec res nondum maturuit ignorantibus illis, quid sit fides, aut mortale peccatum, et sibi ipsis arrogantibus, Deoque arbitrium pronuntiandi rapientibus, cum quanto peccato stet, aut non stet fides. „Secretum meum mihi,“ ait Esaias, et „secretum domini timentibus eum,“ Psal. 25.

Tertio, de peccatis in operibus bonis, concedo illum esse opus bonum, quo Deo placere queamus, ut orat ecclesia, dicens: Domine secundum actum meum noli me judicare, nihil dignum in conspectu tuo egi. Et iterum: Ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filii tui etc. Atque haec ipsa est gloria et gratia fidei, quod sola ipsa sit opus placitum, quod nostra omnia placita facit, et omnia displicita tollit. Si enim cetera non essent peccata, nec displicerent, fide non esset opus, quae interpellaret. Quare ex ipsius fidei tum vi tum necessitate discimus nobis esse desperandum de universis operibus nostris, et proposita misericordia Dei cum judicio Dei pugnare, sicut Jacobus 2. dicit:

„Superexsultat misericordia judicium," id est, miseri-cordia gloriatur adversus judicium, et plus potest fides misericordiae Dei pro justificatione, quam timor judicii Dei pro damnatione conscientiae nostrae.

Proinde semper timendi causam habemus, quia omnia, quae facimus, mala sunt, et per se damnabilia. Rursum eodem timore occasionem quoque habemus semper credendi, et contra timorem judicii per fidem misericordiae pugnandi, triumphandi et gloriandi, ut stet illud Ps.: „Beneplacitum est domino super timentes eum, et sperantes super misericordiam ejus." Sic 1. Johann. 2.: „Sed etsi quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris." Ejusdem 3.: „Si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, et novit omnia."

Ex his omnibus sua sponte notescit, quid de cerimoniis sentiendum, et quatenus eis utendum sit. De quibus cum varie sit disputatum, etiam antiquis patribus, et hodie multis penitus adorentur, rursum aliis omnino contemnantur, pauca dicenda sunt.

Primum, certum est, in novo testamento unam tantum cerimoniam esse divinitus institutas, scilicet sacramentum eucharistiae, quod tamen et ipsum non alio fine factum est, nisi ut populus ad verbum Dei et orationem conveniret, in quo simul, qui per verbum essent conversi et instructi, baptisarentur, et accepto sancto pane confortarentur. Ceterae omnes ecclesiasticis decretis institutae et auctae sunt, donec ecclesiam hodie aliud non esse permitterent, quam meras cerimonias, exstinctis prorsus omnibus Dei mandatis.

Quare hic discere debemus, ne ad dextram neque ad sinistram declinemus, hoc est, ne cerimonias aut

nimio aestimemus, aut nimio contemnamus, sed recta via et medio incedentes pro tempore tum eas observemus tum deseramus, in qua re non erit, quod nos fidelius, certius tutiusque ducat, quam ipsa fides et caritas, longe, inquam, certius et fidelius et tutius, quam universae omnium pontificum et doctorum dispensationes, epiikiae et interpretationes.

Sit ergo hoc positum, quod hanc vitam sine cerimoniis agi est impossibile, cum enim simus in corpore et medio temporalium rerum, differentias operum, locorum, officiorum, temporum, personarum aliarumque rerum non possumus evitare, et sicut Paulus Ro. 12. et 1. Cor. 12. dicit. „Multa membra et unum corpus, sed non omnes eundem actum habent." Nam si tollas cerimonias omnes, ubi stabit ullum imperium, regnum, principatus, magistratus, aut ulla denique administratio mundi? Neque enim domum aut familiam, nec liberos regere possis, nisi tempora, loca, officia operaque distribuas, et statis cerimoniis administres, sed neque te ipsum, nisi certis horis, certis studiis, certis locis tete exerceas. Neque enim aliter corpus tuum te vivere sinit, saltem quod ad fructum et salutem pertinet. Quid enim facias aut vivas, si nihil operis, loci, temporis, officii, personae tibi proposueris?

Deinde quid sunt opera externa ipsa mandatorum Dei et totius evangelii, quam quaedam cerimoniae? Quid est orare, jejunare, vigilare, laborare manu, juvare proximum, nisi cerimoniae? Veruntamen cerimoniae profanae, seu ritus politici et saecularium rerum jura, sive consuetudines, aut quocunque nomine censeri debent, ut sunt multo quidem necessariores et necessario plures variaeque, ita sacrae cerimoniae et ritus ecclesiastici, seu jura rerum, (ut vocant)

spiritualium, sunt multo periculosiores, quod in his factis proclive sit fiduciam vanam, aut omissis stultum timorem (id est, pessimam utrimque conscientiam) concipere.

Ipsa enim fides, quae est in Deum, magnis fluctibus hic periclitatur, ubi non affuerit servus domini fidelis et prudens, qui sciat separare pretiosum a vili. Si enim cerimoniis coeperit fidere, aut extra cerimonias diffidere, jam fides periit, quae cerimoniis uti debuisset, sicut sessor equo, et regnant ipsae solae, serviles, scilicet, personae, et ut Eccle. 10. dicitur, „servus in equis, et principes ambulantes super terram sicut servi.“ Periculum, inquam, est, ne caerimoniista confidat sese placere Deo per cerimonias, falsus earum sacra specie, et quod in iis aguntur, quae ad Deum pertinent. Quod periculum in profanis aut nullum aut parvum est, et ita crassum, ut qui in eo inflatus superbierit, etiam hominibus stulta confidentia, seu, ut dicitur, philautia notetur, cum agantur in his, quae sunt mundi.

Quare cerimoniis in fide et caritate utendum est, ut sint utiles, sine quibus non possunt non esse noxiae et perditionis occasiones. Si enim omnia alia opera bona sunt perniciosa extra fidem, quanto magis opera cerimoniarum humanitus statuta? Tunc autem fiunt in fide et caritate, quando non necessitate sui, nec quia bonae, nec quia praeceptae sunt, fiunt, sed libertate spiritus, hoc est, si quis confidit se etiam in iis Deo placere, quae ex se ipsis indifferentia sunt, faciens hac fide sua sibi lucrum ex re, quae nec lucrum nec damnum est, et ex non bona bonam.

Ad quod faciendum non movetur, quod multa sibi merita cogitet in his parare, sed una hac sola *causa*, quod ei necessario vivendum sit in corpore,

iod cerimoniis carere non potest, licet ipse eis
ersus non indigeat, abunde satur meritorum ex sola
e sua, deinde, quod necessario ei conversandum
illis, qui vel profanis cerimoniis opus habent, sae-
hujus perituram substantiam administrare, vel
is cerimoniis tanquam parvuli et infirmi in Christo,
uam sub paedagogo legis corporalis, „alendi fo-
ique sunt, donec crescant et ipsi in cognitione
ni nostri Jesu Christi," ut Petrus ait. Utrisque
debitor est ex caritate, ut sese moribus eorum
peret, cum quibus vivit, imo non solum attem-
, sed etiam per haec serviat eis, ne stulta fidu-
ua infirmos aut saecularem politiam contemnat, et
trosque scandaliset, quod est contra caritatem.
Sic Christus Matth. 17., ne scandalisaret publi-
s Romanae potestatis, jussit Petro, ut staterem
ret, et Paulus Tit. 3. mandat, ut potestatibus
ti sint, dicto obediant, ad omne opus bonum
i sint. Idem Ro. 13. et 1. Pe. 2.: „Subjecti
e omni humanae creaturae (id est, institutioni),
regi, tanquam praecellenti etc." Non quod haec
saria sint ad justificationem fidelium, quorum
ia Christus est, sed ut in caritate serviant om-
hominibus, et hoc bono ex modo provocent alli-
que ad Christum infideles et malos, hoc est
'it. 2. dicit), „doctrinam domini nostri Jesu Christi
it in omnibus," et 1. Cor. 10., per omnia omnibus
ant, sicut apostolus se omnibus per omnia pla-
dicit, non quaerens, quod sibi, sed quod multis
sit, ut salvi fiant.

Et ad nostras cerimonias veniendo, cum quotidie
que generatione pueri et adolescentes in ecclesia
iplicentur, quos impossibile est prae fervore aeta-
it rerum imperitia per se *ipsos* bene vivere, opus

est ut sint parentes utrique eorum paedagogi, et datis cerimoniis eos ad pietatem exerceant, ne otio aut licentia pereant. Ubi necesse est, ut et ipsi easdem cum illis servent cerimonias exempli boni causa, et ea, quae sibi superflua quidem ac necessaria non sunt, propter illos tamen faciant, quibus necessaria sunt. Sic apostolus 1. Cor. 12. [9.] dicit se factum esse Judaeum Judaeis, et gentilem gentibus, ut omnes lucrifaceret, et iis, qui sub lege erant, factus est sub lege, cum sub lege non esset. Sic Deutro. 32. de Christo quoque dicitur, quod sit sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans. Si enim parentes aut majores in ecclesia omittant cerimonias in totum, aut eas contemnant, quomodo non scandalisabitur puer aut adolescens imperitior, qui hoc lactis exemplo alendus erat usque ad perfectum et solidum cibum?

Itaque ii, qui in ecclesia majores sunt et spirituales, qui jam veritatem cognoverunt, esse scilicet in fide sola justitiam sitam, et cerimonias esse nihil, sicut de circumcisione Paulus ad Galatas [1. Cor. 7.] dicit, debent hoc sentire, quod in Christo Jesu, et formam servi accipere, non fastidire infirmos, qui cerimoniis adhuc indigent, aut aliquid eas esse credunt, sed cum eis ire etiam duo alia miliaria, et pallium adjicere, libertatem suam exinanire, nec alio fine cerimonias servare etiam strictissime, quam ne offendant infirmos, aut scandalisent parvulos, quibus potius debent praeire exemplo bono in ipsis adeo cerimoniis, donec perducant eos in eandem libertatis cognitionem.

Nec est, quod jactet ullus sese scire omnia esse neutralia et indifferentia et licita, solamque fidem justificare, cum hoc jam diu apostolus praevenerit, *dicens* 1. Cor. 8.: „Omnes scientiam habemus, scien-

tia autem inflat, caritas autem aedificat." Et 10.: "Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia aedificant." Et iterum: "Ut quid libertas mea judicatur ab aliena conscientia?" Cur non expediunt nec aedificant omnia, cum liceant omnia? Scilicet, quod non omnes sciunt omnia licere. Ideo mea scientia non potest quidem judicari et damnari ab alterius ignorante conscientia, debet tamen sese submittere, et illius ignorantiae ad tempus servire, nec adversus eam inflari, ut potior sit caritas serviens illius ignorantiae seu infirmae conscientiae, quam scientia inflata dominans ejus ignorantiae, sicut Christus pro nobis ad tempus mortuus est, serviens peccatis et infirmitati nostrae, sicut Ro. 5. dicit.

Ad quod nos debet movere, quod scientia ista contra nos tutos reddit, ut opera cerimoniarum nobis non noceant, qui fide nos justificari novimus, deinde, quod nos nostra bona in Christo omnia habemus, nec jam curandum sit, quomodo justificemur. Ideo quidquid deinceps vivimus, proximo vivere debemus, sicut Christus nobis fecit, et cum omnia facere in bonum eorum debeamus, multo magis has cerimonias indifferentes. Atque ita nulli quidquam debebimus, nisi ut invicem diligamus, et ea caritate fit, ut omnia sint bona, quaecunque facimus, et tamen propter opera non quaeramus justificari, quod est vere christianum esse.

Quod autem de parvulis et adolescentibus per cerimoniarum usum et exemplum alendis diximus observandum, idem dicendum de peccatoribus conversis, quibus infirmam facit conscientiam nimis magna illa cerimoniarum ecclesiasticarum tyrannis, sine fine traditarum et administratarum. Imo hi forte, ut sunt magis pueri et pusillanimes, ita magis indigent, ut

opinio eorum, quam in cerimoniis istis habent, n
scandalisetur, sed paulatim sanetur potius inter
exemplo et opere earundem cerimoniarum cum
strenue impleto, donec adolescant et ipsi in eand
nostram scientiam, quanquam revera omni sint ma
dictione digni pontifices isti Romani et ecclesiast
tyranni, qui tacita fide Christi, suis legibus in infi
tum multiplicatis, sic illaqueant miserrimas conscie
tias christianorum fratrum, et his scrupulis, infirmi
tibus, scandalis, quae sanare et tollere debebant, s
per legum suarum abrogationem, seu per fidei eru
tionem, nonnisi ad stabiliendam tyrannidem abutunt
atque cum ipsi quotidie nihil eorum servent in grav
simum scandalum infirmorum, non tamen omittu
inanibus, imo pestilentibus traditionibus animas pa
das terrere, sibi subjicere, expilare, et Christo pe
tus subtrahere.

Ferendae sunt quidem illorum leges per fidem
caritatem, quantumlibet tyrannicae et multae, si
leges civilis politiae, ut dictum est, et earum exem
infirmis praeeundum. Veruntamen detestandi sunt i
impii conditores legum, qui turbae tantae non mi
rentur, quasi tantum ad condendas leges terrendas
suis pestiferis statutis animas positi sint. Ita fit,
majores, pontifices in ecclesia aliud officium h
non agant, quam quod conscientias perplectunt, c
fundunt, illaqueant. Nobis autem imponitur, ut p
plexas componamus, confusas solidemus, pavidas q
temus, sic tamen, ut tyrannidi eorum carnifici
resistamus, volunt enim jus, imo opus conscientia
perturbandarum prorsus illaesum haberi. Et imple
est illud Sap.: „Unus aedificans, et alter destru
quid prodest illis, nisi labor?" Vere enim quide
verbi Dei inferiores praecones aedificant, hoc supe

.. verbi hominum tyranni destruunt. En tibi, Petre, ..natum tuum, et monarchiam ecclesiasticam.

Faciamus epilogum. Cerimonias operantur primum ..rvuli in Christo (id est, pueri, adolescentes, juve..), hos oportet a majoribus non contemni in his ..peribus, sed exemplo, licet sibi ipsis non necessario, ..vari. Sic enim caritas eorum in spiritu quidem ab .. libera est, nec confidit, si ea fecerit, nec diffide..t, si omitteret, sed exterius in corpore se ipsam .. servitutem dat proximis, ut eos lucrifaciat, et a ..eccatis, quibus fervent, exemplo bono et regimine ..stodiat, et sic implent legem Christi. Ab iis qui ..lleret cerimonias, aliud non faceret, quam si gla..um potestatis mundanae tolleret, et mundum adul..riis, homicidiis, furibus et omnibus scelestis impleret. ..am hi timore et legum carcere concludendi sunt ..que ad Christum, ut Paulus Galatas docet.

Secundo, parvuli in fide, etiamsi sint senes, qui ..more peccati et conscientiae ea faciunt, nondum ..bentes hanc scientiam libertatis, hi instruendi sunt .. fide, et sinendi in operibus ejusmodi haerere, quae ..bito dimittere non possunt, donec agnoscant non in .., sed in sola fide justitiam esse. Proinde valde ..vendum, ne cerimonias horum vituperemus, antequam ..diantur, sicut quidam solent nimium confidenter. ..ptime faciunt, quod cerimonias et humanas traditio..s vituperant, sed pessime faciunt, quod animarum, ..ae in eis haerent infirmae, non magis rationem ha..ant sanandarum et molliter explicandarum, quam ce..moniarum vituperandarum.

Similes sunt hi fatui illis, qui si amicum funibus ..plicitum collo cernant, praecipiti zelo in funes fe..ntur, et toto impetu, ac eos detrahant, et amicum ..ffocant potius, quam expediunt, ubi potius oportuis-

set funes molliter et lente primum dissolvere, et sic amicum liberare. Ita cum leges hominum vi tollere nequeamus, sensim ipse animus erudiendus est, quomodo eis recte utatur. Ita Paulus 1. Timo. 1. dicit legem esse bonam, si quis legitime utatur, scilicet, si sciat, quod justo non est lex posita. Cum enim credentibus etiam pessima quaeque cooperentur in bonum, quanto magis traditiones quantumlibet noxiae his, qui ignorantes sunt, cooperantur in bonum, si quis eis legitime utatur?

Usus autem non est alius legitimus, nisi fides et caritas, ut dictum est. Non tamen per hoc legislatores sunt excusati, sicut quod ego morte, contumelia, rapina, et omnibus malis legitime utor in bonum meum, non ideo occisor, calumniator, raptor, persecutor meus excusatus erit. Ita pontifices ecclesiastici suis legibus pestiferis rei sunt omnium animarum, etiam earum, quae legibus eorum legitime usae bonum suum operatae sunt.

Nec dubites formesque tibi conscientiam securam, leges hominum in ecclesia non alio loco esse habendas, quam inter plagas et phialas irae Dei, sicut gladium Turcarum, sicut pestem corporis, sicut famem terrae, et quomodo in his malis te habere doceris, ita te habe in legibus hominum. Quomodo enim te habes in malis istis? Primo, uteris eis tanquam remediis peccatorum tuorum, in patientia ferens hoc flagellum Dei. Deinde uteris tanquam praeservatoriis medicinis, quod his malis pressus multa facis et omittis, quae liber nec faceres nec omitteres. Ita leges hominum multiplicatas in flagellum tuum non dubites, et ex pastoribus tuis factos esse carnifices tuos certus esto, quorum violentia pressus et vexatus, si patiens fueris, multa omittes et facies,

nunquam alias omissurus et facturus. „Quis est enim, qui noceat vobis (ait s. Petrus), si boni aemulatores fueritis?“ boni, id est, bonae rei, seu bonitatis, seu id quod bonum est (ne amphibologia quenquam fallat). Verum hoc faciunt ii, qui scientiam legis habent legitimumque ejus usum, boni scilicet aemulatores, parvuli autem et infirmi haec non capiunt, ideo pereunt per hos animicidas pontifices et seminiverbios.

Tertio, faciunt opera cerimoniarum Moab et Ammon, et cultores vitulorum Bethaven, et qui confidunt in monte Samariae, hoc est, qui de operibus et operibus suis gloriantur, caeci caecorum duces, nec opus habentes eruditione fidei, sicut primi, prae nimia sapientia et justitia sua, quibus sicut Helin Job 32.) pleni sunt, ceu vas plenum musto et absque spiraculo. Nimirum disrumpuntur hi prae sapientia et justitia, quos proprie hic et omnès Psalmi arguunt, de quibus saepe diximus. Hi soli sunt arguendi dure secundum apostolum, nec petunt unquam doceri, sicut mundi, sed ipsis totus mundus minor est, quam ut sufficiat eorum eruditioni. Hic est populus ille behemoth, cujus cor induratur sicut incus, Job. 41., et palpebrae in altum surrectae, Prover. 30.

Quarto, faciunt ista operarii, de quibus diximus, spirituales, viri in fidei libertate et caritatis servitute, utentes illis nonnisi ad exercitandum corpus in hac vita, sicut quolibet alio artificio profano, aut ad provocandos promovendosque parvulos et infirmos exemplo bono, cavendumque a scandalis eorum, donec formetur Christus in eis. Hoc nimirum est, quod Paulus, ubiubi differentes Dei donationes commemorat, tantum curat, ut unitatem persuadeat, quod sciat non solum diversas cerimonias, sed et ipsa dona Spiritus, si prudentia carnis et Satan inter filios Dei fuerit,

fortissime contra vastatem pugnare. Ex omnibus his colligimus, quod coram hoc genere hominum cerimonias nec laudare nec vituperare opus est.

At coram tertio vehementer sunt detestandae et vituperandae, quod in eis infelicissimi homines fidunt, quo fiunt stulti isti, qui dicunt in corde suo: Non est Deus., abominabiles et corrupti in omnibus studiis suis, ut nec semel bonum operentur. Quod ubi feceris, irritabis contra te universum corpus behemoth cum omnibus squamis suis, tibique dicent: Tu es haereticus, seditiosus, irreverentialis, scandalosus, quia negasti bona opera, et canones sacros patrum, et consilia ecclesiae, quae non potest errare.

Coram secundo genere sunt modeste laudandae, et ad tempus, ne scandalisetur infirmitas eorum, quae cum promta sit meliora facere, nondum tamen potest nec capit, in gremio materno fovenda est, ei connivendum, et quae laudant laudanda, quae faciunt facienda, qua benevolentia capti credant et sequantur meliora.

Coram primo genere sunt vehementer laudandae et exigendae, quod rudes illi timore solo possunt moveri ad bonum., et terreri a malo, simul tamen ingerenda sincera fidei et libertatis doctrina, quam spiritus hauriat, olim fructiferam futuram, ubi corpus cerimoniis attritum et exercitum didicerit spiritui mollius subjici et servire, sedatis affectibus juveniliter insolescentibus et furentibus.

Nec ista sint mirabilia in oculis nostris, easdem cerimonias tam varie tractari. Nonne et cibus ac potus aliter crapulosis, aliter infirmis, aliter sanis ac temperatis, aliter superstitiose jejunantibus docetur ac tractatur? Crapulosis vituperandus, infirmis molliter suadendus, superstitiosis vehementer laudandus, sanis

ae temperatis in arbitrio relinquendus. Atque ut perniciosissimus est oeconomus, qui sine delectu ab omnibus domesticis exigat eandem ciborum voraginem aut parsimoniam, ita pestilentissimus est ecclesiarum magistratus, qui easdem farragines legum suarum ab omnibus aequali obedientia extorqueat. Hic enim plurimos occidat necesse est.

Ex his omnibus prudens christianus accipiat, qua regula in cerimoniis vivere debeat, quoque aliis consilio prodesse in eisdem. Primum, ubi non est certus de tertio genere hominum, caveat ne cerimonias vituperet, aut eum, quem videt in his incedere, judicet. Quis enim scit, an ex necessitate (ut primi) aut ex infirmitate (ut secundi) aut ex libertate (ut quarti) in eis incedat? Judicasse autem aliquem horum, nonne Christum judicasse est? Quodsi monasteriorum greges his tribus generibus abundarent, nihil eorum multitudo noceret. At nunc fere abundant tertio et infelicissimo genere cerimoniistarum, quorum in ecclesia oportuit ne unum quidem monasterium aut collegium esse, cum nonnisi onus et scandalum sint populo Dei. Sed quis omnes malos de terra auferet? In terra sumus, terrae quoque hominibus conversari cogemur.

Addemus unum et finem faciamus. Si quis sentiat sese in operibus cerimoniarum fiduciam habere, audax sit, et ea aliquando intermittat, nec in hoc requirat pontificum dispensationem aut potestatem. In his enim, quae sunt fidei, quilibet christianus est sibi papa et ecclesia, nec potest statui aut statutum tenere aliquid, quod in fidei periculum cedere quoquo modo possit. Quodsi consilium in hac re cum proximo voluerit communicare, quo audentior sit virtute

verbi illius: „Si duo super terram consenserint super quacunque re etc.," optime facit.

Haec dico, quod sciam, quam pertinax malum sit fiducia operum nostrorum et periculosa legum humanarum superstitio in fidei sinceritatem. Vide ergo, quam omnia sunt libera nobis per fidem, et tamen omnia serva per caritatem, ut simul stet servitus libertatis, et libertas servitutis, quod nulli quidquam debemus, nisi ut diligamus invicem. Sic Christus Johann. 10. dicit: „Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet." Ingressus in Christum est fides, quae nos colligit in divitias justitiae Dei, qua Deo jam satisfacientes justi sumus, nullorum operum egentes ad justitiam parandam. Egressus autem est caritas, quae nos justitia Dei indutos distribuit in obsequia proximi et exercitium proprii corporis, ad succurrendum alienae paupertati, ut et ipsi per nos attracti nobiscum ingrediantur in Christum. Sicut enim Christus exivit a Deo, et attraxit nos, nihil quaerens in omni vita sua, quod suum esset, sed quod nostrum, ita, ubi fide ingressi fuerimus, et nos exire oportet, attracturi et alios, nihil quaerentes, nisi ut omnibus servientes multos salvemus nobiscum.

Ut autem ad Psalmum redeamus. Satis constat, incredulis nihil esse mundum, sed quia caro sunt et Spiritus domini non regnat in eis, studia quoque eorum putrida ac talia prorsus esse, qualis est caro, foeda scilicet, corrupta et abominata, id quod ipsa non tantum in morte, sed etiam in vita satis ostendit suis multifariis corruptionibus. Est autem in hebraeo *utrumque* verbum activum: corruperunt et abomina-

verunt (si sic*) liceret dicere) studia sua, seu melius in transitivo tertii: corrupta et abominata studia fecerunt, cum sit idem verbum Gen. 6.: „Omnis caro corrupit viam suam," id est, fecit ut esset corrupta. Ubi ne nostri (ut dixi) neutralenses negent omnem viam stultorum esse corruptam et abominatam, addit: „Non est, qui faciat bonum," ut prorsus nihil boni, sed omnia mala esse in hominibus doceat.

Dominus de coelo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum.

Aemulatione Mosi (Gen. 6.) hic versus dicitur. Ille enim dicit: „Videns autem Deus, quod multa malitia esset hominum in terra," et iterum: „Cumque vidisset Deus terram esse corruptam." Vult enim aemulatione verbi etiam aemulationem morum exprimere, ut, sicut isti illos ante diluvium moribus referunt, ita eisdem verbis arguantur, sed alio fine, illi enim diluvio perditi sunt, hi vero in agnitionem peccatorum suorum provocantur, ut meliore baptismi diluvio serventur. Sic enim agit Paulus Ro. 1. et 2. causans omnes esse peccatores, Judaeos et Graecos, ut omnium Deus misereatur. Unde et hic Psalmus finit dulci promissione, d.: „Quis dabit ex Zion salutare Israel? Cum averterit dominus captivitatem plebis suae, exsultabit Jacob et laetabitur Israel."

Dicitur autem Deus de coelo prospicere super filios hominum, contra insipientiam stulti, qui dicit Deum non esse, ac si dicat: Non solum est Deus, sed etiam videt, imo prospicit omnia, hoc est, visu

---

*) In edit. princip. et al. leg.: sicut.

penetrat et pertingit ad omnia. Deinde ne quis stultos illos et corruptores studiorum putet esse unius alicujus anguli homines, inter quos solos non sit, qui faciat bonum, extendit sententiam generaliter ad omnes, dicens de coelo dominum prospicere, unde omnes homines in terra prospicit, ac nullus eum latet. Sic Gen. 6. vidit terram totam corruptam esse.

Et „*filios* hominum" dicit, in quo aeque universitas hominum intelligitur. In quibus verbis duo occulte innuuntur, primum, unus filius hominis, in quo solo omnes filii hominum justificentur, propter quem et scriptura tropum hunc servat, ut filios hominum pro hominibus frequentissime dicat, quod et ille sit homo, sed non filius hominum, ceterosque omnes esse et filios hominum et peccatores, in peccatis hominum conceptos et natos. Verecundum est enim et mite os Spiritus sancti, qui, cum pestilentissimos dicere possit homines, mitiore titulo accusat, quod sint filii hominum, in quo satis est comprehensa, licet tenui vocabulo, universa miseria et malitia hominum.

Alterum, quod aliter apparent homines in prospectu Dei, et aliter in prospectu hominum. „In conspectu Dei non gloriatur omnis caro," ait apostolus Ro. 3., pulchre indicans utrumque hunc conspectum intelligi in hoc versu, cum dicitur dominus de coelo, non homo de terra, hoc vidisse et judicasse. Nam homines invicem non modo non vident (saltem in omnibus) studia sua esse corrupta, sed etiam laudant quandoque et praedicant magna gloria, qualia sunt ingenia, artes, facinora moralesque virtutes (ut vocant). Inter cetera vero omnia, nonne id quod omnium pessimum est, omnium maxime celebrant? Quis enim bellorum gloriam (id est, humani *sanguinis* effusionem) non summam virtutis inter ho-

mines possit? Quid sunt Homerus, Virgilius et reliqui heroici poetae, nisi incentores, inflammatores, jactatores cruentissimi crudelissimique homicidarum, tyrannorum truculentissimorumque hostium sanguinis et generis humani? ita ut periculum sit christiano homini, si horum libros legat, ne vel affectum cruentae hujus gloriae imbibat, aut caedibus tantis humani generis, mellita titillatus eloquentia, imo innata sanguinis humani siti perditus delectetur.

Ut ergo taceam spurciloquos poetas et carmina venerea, si in omnibus aliis hominum filii essent integri, nonne sola belli libido eos ad unum omnes insanissimos merito probaret? Quantus est quaeso iste furor? quanta caligo de strage, clade, sanguine, caede et omni malorum chao, quod bellum infert, etiam gaudere, cantare, laudare, ubi sanguineis lacrymis omnes plorare conveniebat, praesertim ubi non mandante Deo, sed insaniente libidine dominandi et possidendi belligeratur, sicut gentes fecerunt et faciunt, et hodie, proh dolor, christiani, populi pacis, filii Dei, crudelius omnibus gentibus faciunt.

Sit ergo ista laus Homero et similibus, ubi Horatius dicit: Post quos insignis Homerus, Tyrtaeusque mares animos in Martia bella versibus exacuit. Modo christianus sciat hanc furiosam furiosorum laudem esse in conspectu filiorum hominum insignem, ceterum in conspectu Dei abominatissimam. Atque id est, quod poetis hominum peccatorum laudatoribus accidere omnes confitentur, ut pleniore et feliciore vena insaniant, quando aut Martis aut Veneris opera tractant, quam si pacis, aut castitatis, aut quaevis divina tentant, adeo impatiens est spiritus ille, quisquis est, quo agitante calescunt, pacis et quietis, ac si aquas Siloah, quae fluunt cum silentio, comparem

ad aquas fluminis fortes et multas, ut Isa. 7. facit.

Hebraeus et hic verbo transitivo dicit: Deu prospicere fecit. In quo ostendit, non solum pr xisse dominum ipsum, sed et alios fecisse prosp res, hoc est, prophetis revelavit, qui filiis hom annuntiarent, quid essent et facerent coram Alioquin quomodo potuit Noe scire, terram esse ram Deo corruptam, nisi Deus revelasset? Nec tacuit scriptura, cum dixit: „Corrupta est a terra coram domino." „Coram domino" (inquit), coram filiis hominum longe aliud videretur, ita fide opus fuerit in his verbis, sicut et Paulo est credi, quando omnes in universum peccatores guit, et inanes gloria Dei, eadem loquens ex r latione.

Simul hic commendatur locus ille communis, quem judicemus temere incognita causa, aut non victa, quod nec ipse dominus filios hominum inu pronuntiet, nisi prius prospiceret, nec solum pros ret, sed videret et cognosceret. Sic enim ait: „ minus prospexit, ut videret," sicut Gen. 11.: „ scendit dominus, ut videret civitatem et turrem, q aedificabant filii Adam." Et 18.: „Descendam videbo, an clamorem, qui venit ad me, opere con verint, an non est ita, ut sciam." Semper enim minus praemisit nuntios, qui hominibus peccata e aperirent, et minas intentarent, quoties aliquod signe facere voluit. Sic Jonas Ninivitis missus sic Helias ante judicium venturus creditur, et m talia. Unde Amos 3.: „Non faciet dominus I verbum, nisi revelaverit secretum suum ad se suos prophetas."

„Si est intelligens aut requirens Deum."

conjunctio „aut" in hebraeo, maleque ponitur. nenda autem fuit potius conjunctio et, licet nec a in hebraeo sit pro linguae idiotismo, cum sit usus copulativus: Intelligens et requirens Deum. ecunda est hebraea lingua verbis intelligendi, sci- di, sapiendi, quorum exactam et constantem diffe- ntiam ego non ausim profiteri.

[Ego mea temeritate somnio, hoc praesente voca- lo מַשְׂכִּיל eam puto significari sapientiam seu in- lligentiam, quae non tantum revelatione aut specu- tione, sed ipso rerum gustu et experientia sit parata, qualis est eorum patrum, qui per spiritum ite usu versati in verbo et opere pro consuetudine ercitatos habent sensus ad discretionem boni et li, ut ad Heb. 5. dicit apostolus, quando doctrina n eruditio pietatis omnino talis est, ut dici, scribi gitarique a multis facile quidem possit, unde coram ominibus sapientes vocentur, ob insignem sermonem pientiae et scientiae, quo dotati sunt, quales Cor. 11. describuntur, intelligi vero ac ipso gustu iri (quod proprie sapientia est) non possit, nisi n vitae in ea exercitatae hominem reddiderit exper- m et certum ac constantem in omnibus viis, qua perientia non modo de illorum vita, sed et ipsa ctrina quantumlibet sana judicare possit. Hi sunt, rum doctrina non verbum, sed vita, non fumus d ignis, non litera, sed spiritus est, qui non sapien- a spiritus, sed spiritu sapientiae pleni sunt, ut . 6. de Christo dicitur. Ceteri vero, quantumlibet lti sciant, de illorum tantum numero sunt, quos postolus 1. Timo. 1. signat, cum dicit volentes se legis doctores, cum ignorent, quid loquantur, ut de quibus affirment. Hoc est, quod vulgo dici-

tur, non possunt applicare suam doctrinam, loquentes in ventum, qui, ubi occasio venerit, qua utendum sit sapientia, nihil minus inveniantur esse quam sapientes, et cum alios omnia docuerint, ipsi etiam uno verbo egent doceri, quales esse necesse est omnes ranas istas, semipiverbios, qui multa dicunt et nihil intelligunt] *).

Tales, inquam, stultos hoc vocabulo pingere videtur propheta, quod nullus sit in filiis hominum eruditus seu sapiens, ac si dicat: Non solum ii, qui prae ceteris rudiores sunt, non sunt intelligentes, sed et ii, qui multa garriunt, sicut amici Job, Heliu, Balaam (quorum sapientiae, aliorum ruditati comparatae, non est numerus) nihil intelligunt, quia nunquam ea gustu aliquo vitae et experientiae cognoverunt.

Ad hanc significationem verbi movet, quod et Ps. 32. in titulo scribitur: „Intellectus seu eruditio David," et multis aliis Psalmis, in quibus ipsa vita et experientia eruditi videntur loqui, experientia, inquam, non naturae vitio, sed gratiae dono exercitata. Est autem absoluta locutio: „Non est intelligens," neque enim addit, quid non intelligat, Deumne an alia, ut hanc absolutam eruditionem vitae usu paratam intelligamus, quae facit, ut homo in omni rerum et doctrinarum sorte et prudenter judicet et recte sapiat de Deo et omnibus, qua re fit, ut idoneus sit et alios recta docere, ut non inepte hoc vocabulo imprudentes et garrulos magistros argui intelligeremus, sicut sequenti: „Non est requirens Deum" auditores seu imitatores.

„Requirens Deum," hoc verbo pravitatem affectus taxat, sicut praecedente caecitatem mentis, quod ubi non vera Dei notitia, nec verus amor est, omnes enim quaerunt, quae sua sunt, ait apostolus excepta sola caritate, quae quaerit non quae sua sunt. Et

*) *Vid. in fin.* Ps. XXI: a L. ipso notata.

hoc vitium cordis humani subtilius est, quam ut cognosci ab homine possit, de quo saepe diximus. Haec enim duo, non intelligere, non quaerere Deum, includunt omnia illa monstra, quae Ps. 5. dicta sunt, impietatem, malignitatem, injustitiam, mendaces, quia per haec inquinata est eorum mens et conscientia.

Caveamus ergo, ne intelligere hoc loco accipiamus pro istis speculationibus hominum, qui multa, grandia, singularia de rebus divinis fabulari didicerunt, sed qui pauca multo vitae usu sic apprehenderunt, ut de omnibus omnium judicent, et, ut vocant, animam legis intelligant, nec requirere Deum sit, oratiunculis aut repertis opusculis, quovisve alio proprio studio ad Deum comprehendendum niti, et, ut dicunt, pro aeterna salute facere bona meritoria, sed hoc est quaerere Deum, in omnibus nihil suorum quaerere, omnia in gloriam Dei et commodum proximi tam facere quam pati, id quod est abnegare se ipsum cum omnibus suis, servum aliorum fieri, summa, scilicet in Deum et homines pietas, contra quam nemo acrius pugnat, quam viri sanguinum et dolosi, qui Deum quaerere sibi videntur, et se ipsos quaerunt.

Quare non ad opera, sed ad affectum et votum hominis hoc verbum quaerendi aptemus, et videbimus in filiis hominum non esse, qui quaerat Deum, sed omnes esse aut manifestis peccatis malos, aut dolosa specie pejores. In hunc modum Paulus hunc locum Ro. 3. inducit tam contra gentes manifestarios peccatores, quam contra Judaeos umbratiles sanctos, d.: „Causati sumus Judaeos et Graecos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum, omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum." Ubi

apostolus per hanc particulam: „Non est justus quisquam," quae hoc Psalmo non ponitur, colligere et exponere videtur sensum primi versus: „Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus, corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis, non est, qui faciat bonum," nisi per non esse quenquam justum, voluit idem, quod non esse, qui faciat bonum. Et videmus, quod non adducat scripturam ad verbum, sed ad sensum tantum.

Ubi nunc est lib. arbitrium? ubi virtutes morales? ubi prudentia et scientiae practicae directrices hominum in agibilibus? Vitia scilicet sunt naturae, seu potius dona Dei, per vitia naturae, id est, caecitatem mentis nihil intelligentis, et pravitatem affectus non quaerentis, quae Dei sunt, inquinata, abominata et reprobata.

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Quantis ecce superfluit verbis, ut omnes homines involvat et neminem excipiat. Primo „omnes" ait, deinde „simul", tertio „non est etiam unus." Est autem adverbium „simul" hebraismus, quo multitudinem in unum collectam significat, ut Ps. 122.: „Cujus participatio ejus in id ipsum," id est, Hierusalem associatur ei simul cum omnibus, qui in ea sunt. Et Ps. 34.: „Exaltemus nomen ejus in id ipsum," id est, omnes in unum simul congregati. Ita hic: „Simul inutiles sunt," id est, omnes in unum sumti.

Et respectum prophetae observare oportet, qui inter homines videbat alios quidem videri recte incedere, Deo appropinquare, utiles esse, bona facere, ut speciosos justitiarios, operarios legis, qui a vulgo

anifestario peccatorum, pharisaei, id est, separati, t separata longeque dissimili vitae et morum consuetudine insignes censentur. Propter hos potissimum ic repetit et ingeminat „omnes", „simul", „nec unus", t peccatis feliciter involvat et reos faciat, seu, ut postolus ait, ut omne os obstruatur, et obnoxius at omnis mundus Deo, qui nimis infeliciter sese exuerunt, ne foedis titulis declinandi, inutilitatis, on facti boni communicare viderentur.

Tria dicit: „Declinaverunt omnes," „inutiles cti sunt," „non faciunt bonum." Declinatio pertit ad impietatem seu incredulitatem, quae fons et put est malorum, sicut econtra pietas seu fides est itium bonorum, qua ad Deum propinquamus. „Oporet enim accedentem ad Deum credere," ut dicit apostolus Heb. 11. Atque quod hic declinantibus tribuit, recedentibus, seu discedentibus, (est enim idem loco verbum, quod Ps. 6.: „Discedite a me etc.") superius insipientibus dedit, dicentibus in corde : „Non est Deus." Declinare enim a Deo, et cere in corde, non esse Deum, idem sunt, scilicet, n credere. Sic Heb. 3.: „Videte fratres, ne forte t in aliquo vestrum cor incredulitatis, discedendi a eo vivo."

Et hunc fidei defectum in ecclesia futurum videur apostolus 2. Thessa. 2. appellare apostasiam, dicens: „Nisi primum venerit discessio seu defectio," (id est, apostasia) fidei inquam, non Romani imperii defectionem ego intelligo dictam a Paulo, scilicet, bi deserto principe et auctore fidei Jesu Christo hominum operibus ecclesia vastabitur. Sed et ipse se ipsum exponit 1. Timo. 4.: „Spiritus manifeste dicit, quod in novissimis temporibus discedent quidam

a fide, attendentes spiritibus erroris*) et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere et abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus." Dura verba, aspera sententia in Romanarum legum tyrannidem, quam suis coloribus graphice depingit.

Omnes autem declinasse dicit, ut eos quoque involvat, qui maxime propinquare Deo videntur, sicut et apostolus 2. Timo. 3. involvit eos, qui speciem pietatis habent, et virtutem ejus abnegant, cum superbis, blasphemis et ceteris, quos in novissimis periculosisque temporibus futuros praedicit. Imo propter hos hypocritas (ut dixi) omnia potissimum dicuntur hoc Psalmo, quod ii, qui manifeste peccant, minus noxii sint, quam hypocritae isti cum specie sua, qui nihil eorum ad se pertinere tum ipsi credunt tum aliis perniciose persuadent, quae de malis et impiis dicuntur.

„Simul inutiles facti sunt," eadem sententia est, quam supra dixit: „Corruperunt et abominata fecerunt studia sua," id quod pertinet jam ad mores et opera apostatarum seu declinantium. Quid enim impius et infidelis faciat, nisi inutile, abominabile, corruptum et putridum in oculis Dei, licet in oculis hominum omnia utilia et bona videantur? Sic Isaiae 59.: „Telae eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis, opera eorum, opera inutilia, et opus iniquitatis in manibus eorum." Et iterum addit „simul", ut utramque hominum impiorum turbam comprehendat, eorum, scilicet, qui manifestis peccatis impietatem cordis produnt, et eorum, qui bona specie

*) In edit. princip. leg.: erronis.

pietatem vestiunt, venientes in vestimentis ovium, tus lupi rapaces.

„Non est, qui faciat bonum, non est usque ad num.“ Quo arguit eorum omissionem, ut qui non ntum mala faciant et increduli sint, sed etiam nunm bona faciant et nunquam pii sint, ut sic per ffirmationem malorum et negationem bonorum absoto et penitus comprehendat omnes esse peccatores lios hominum. Nam quod et hic addit: „Non est que ad unum,“ universalem negativam facit, sicut prioribus duobus universalem affirmativam. Iterum ropter hypocritas, ne putent sese bona facere prae teris manifeste malis; nullus (inquit) eorum facit num, id est, nullus eorum habet fidem et bona pera, sed aut mala manifeste aut tantum specie.

Proinde quando spiritus tanta verborum vi affirntiones et negationes componat, et universaliter mes pronuntiet esse malos et non bonos, mirum st, qua subtilitate neutralis illa Aristotelis theologia er medium affirmationis et negationis universalium pere queat, et sic elabi, ut libere audeat spiritui ntra pugnare et dicere: Non omnia sunt mala ominum opera, sed quaedam sunt bona, licet haec nia sint non meritoria, seu nec meritoria nec deeritoria. Verum oportet scripturam esse signum, ui contradicatur, et aquam contradictionis, juxta uam jurgantibus filiis Israel judices et electi Israel bsorbebantur.

Haec tria Paulus Tit. 1. brevibus sic explicat: Cum sint abominati, et incredibiles, et ad omne opus num reprobi.“ Abominati hic inutiles, putridi et rrupti dicuntur, incredibiles, seu inobedientes, hic eclinantes, seu recedentes, impii et infideles, reprobi ro ad omne opus *bonum, hic* non facere ullum bo-

genus esse in Africa dicitur, cujus ictui nullum sit remedium, quo significatur, quam insanabilis sit impietatis doctrina, bona specie commendata, quod et ipsa haereticorum et impiorum pertinacia satis probat. Hebraeis videtur pro veneno poculum seu lagena dici, qua metaphora aptius exprimitur dogmatis significatio, quod vasa, ut jam saepe diximus, vocale verbum, liquor ipse sensum verborum significet.

„Sub labiis" eodem mysterio dictum est, quo Ps. 10.: „Sub lingua ejus labor et dolor," quod pestilens et venenatum dogma aliud super linguam, aliud sub lingua habeat, hoc est, blandum, rectum sanumque apparet, cum sit asperrimum, perversissimum mortiferumque in rei veritate.

„Quorum os maledictione et amaritudine plenum est," Ps. 10. expositum est. Cum vero hic constet Paulum non adducere hebraicam veritatem, sed LXX. et usitatam inter gentes translationem, quae pro dolis habet „amaritudine", permittamus, imo credamus maledictionem et amaritudinem hic pro maledicentia et iracundia accipi, cum Ps. 10. maledictionem pro doctrina impia acceperimus, simpliciterne an violenter, lectoris esto judicium, quanquam, ubi obscuritas est, nihil officit varios sensus tenere, ut utrobique maledictio pro maledicentia vel mala doctrina accipiatur. Hoc tamen loco, quia sequitur: „Pedes eorum veloces ad effundendum sanguinem," pro verbis irae et furoris (ut dixi) fas est maledictionem intelligere.

Itaque omnis homo est vir sanguinum, etiam ii, qui sanctissima pompa fulgent, imo ii omnium maxime sunt maledici, amarulenti, virulenti, non semper, nec in omnes (nam hoc operculo tegunt nequitiam suam), sed in eos, quibus offenduntur aut non honorantur, sicut sunt ad manum exempla nostro saeculo copio-

sima inter eruditos et sacris initiatos passim grassatia. Non est ergo, quod neget se maledicum esse amarulentum, qui aliquot amiculis dulcissime conrsatur, si vel unum, si vel adversarium odit aut iminatur. Hic enim ex fructibus suis cognoscitur bor, non illic ex vestimentis ovium.

„Veloces pedes eorum etc.", Prover. 1.: „Quom pedes ad malum currunt, et festinant, ut effunnt sanguinem." Eodem paene modo Isa 59. Non dam verbis sunt cruenti, sed et opere, data enim ccasione occidunt, aut si non occidunt, saltem gaunt occisos esse, quos oderunt, sicut si etiam non ale dicunt, tamen gaudent maledici eos, quos odent. Quo vitio cum omnes sint filii Adam perditi, et rogo sunt, qui se eodem perditos esse agnont, aut haec ad se pertinere credant, cum dicitur: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem"? lec enim frustra dixit veloces esse pedes ad effunndum sanguinem, non autem, esse effusores sanguis, ut reos faceret sanguinis effusi, quotquot probant, laetati fuerint, non prohibuerint, non restiterint, m saltem doluerint sanguinem effusum aut effundenm, affectum scilicet, non tantum opus eorum arens. Quis ergo est, qui hic sese reum queat nere, in vitio communi, tam late patenti, ut vix jutos sinat immunes esse?

„Contritio et infelicitas in viis eorum." Hic versiculus optime declarat impiorum operum conditionem, t semel exponit, quid sit ea אָוֶן et עָמָל toties appellari. Quid enim faciunt impii in omnibus suis operibus, praesertim iis, quae bona vocant, nisi quod frustra consumunt, quidquid virium impendunt, et ut bitur, oleum et operam *perdunt*, nec solum perdunt,

sed et vastant, et conterunt se ipsos, hoc est, cum haemorrhoissa erogant substantiam suam in medicos, et semper pejus habent?

Ponamus exempli causa pro utroque genere impiorum ante oculos hanc ipsam haemorrhoissam substantiae consumtricem, et filium prodigum itidem substantiae suae consumtorem, ut hic sit exemplar eorum, qui in rebus mundi, honoribus, voluptatibus, divitiis, volunt suaviter vivere, illa vero eorum, qui viribus et operibus suis sese pacare et conscientiam confirmare. Hic experientiam consulamus, et videamus, an non utrumque hoc hominum genus sit martyres diaboli, qui majore infelicitate, contritione, vastitate, aegritudine animi ad inferna descendunt, quam ii, qui per fidem omnibus malis et peccatis assidue vexantur.

Ita certe habet, ut quo quis abundantius carnalibus bonis fruitur, hoc infelicius in anima conteratur, dum conscientia ejus assidue concutitur, quia, quo plus peccat, eo magis fiducia in Deum perit, et augescit scrupulus, morsus, inquietudo, pavor, turbatio conscientiae. Ita dum videtur foris prospere in omnibus agere, et suaviter crescere, interim intus medullitus exsugitur virtus bonae fiduciae, exhaustoque omni robore miserrime vastatur, ut demum cogatur desperare in aeternum. Sic et illi, qui ignorata fide operibus nituntur peccata et conscientiam superare, quo plus nituntur, eo infelicius conteruntur, donec illud Sap. 5. dicant: „Lassati sumus in via iniquitatis.“ Recte ergo dicit: „Contritio et infelicitas in viis eorum,“ seu (ut Hiero. transtulit) vastitas et contritio in viis eorum. Sic et Hiere. 2.: „Contrivit dominus confidentiam tuam, et nihil habebis prosperum.“

Duo itaque mala sunt, vastitas et contritio, seu

ıtritio et infelicitas, prius, quod fiducia conteritur, ıę contrita et vastata, quidquid facit aut conatur, gis affligit quam solatur, magis infelicitat quam ɔmovet. Quae omnia ex sua antithesi melius intel- ıntur. Justus enim (sicut Ps. 1. scribitur) sicut num plantatum ad rivos aquarum crescit, fructifi- t, floret et multiplicatur, prosperaturque in omnibus, ıae facit. Et iterum: „Justus ut palma florebit, cut cedrus Libani multiplicabitur." Contra impius cut ficus maledicta et palmes extra vitem arescet, inde minuitur assidue et perit usque in pulverem. uae omnia in spiritu aguntur in conscientia, adeo t redundent etiam in corpus, et infirment etiam vires aturales, quia, sicut secura mens juxta Sapientem st velut juge convivium, ita tristitia cordis occidit ultos, et non est utilitas in ea, ut idem dicit. taque id ipsum etiam videmus ita fieri, ut opera im- iorum ferme cum eis sepeliantur.

„Et viam pacis non cognoverunt." Quare? Quia em sequuntur, et sicut equus et mulus non habent ntellectum, qui est fides rerum invisibilium. Sensua- es enim homines pacem in rebus hujus mundi quae- unt, hypocritae autem in suis consiliis, studiis et operibus, utrique in his, quae sentiunt et capiunt. At pax vera est in fide verbi et his rebus, quae nec entiuntur nec capiuntur, sed capiunt credentem eis, icut Christus dixit Judaeis: „Sermo meus non capit n vobis." Pisces enim non capiunt, sed capiuntur eti. Proinde ubi sensualibus defecerint opes, favor, voluptas, honor, ingruerintque paupertas, ignominia, morbi, dolor, contemtus, quam inquieti sint, videmus. Nec hoc solummodo inquietantur externa inquietudine, sed et interna, amissa enim fiducia Dei per prospera sua, inquieti et contriti sunt misera conscientia, ut

sic nec coram Deo nec in se ipsis nec coram homi nibus pacem habeant.

Hypocritae vero, ubi operibus suis defecerint sive in morte sive in periculo, (sicut oportet fieri inventaque fuerint omnia eorum esse peccata, confunduntur et perturbantur inconsolabiliter, quo argument et ipsi ostenduntur suis operibus aliud nihil fecisse quam vastasse et contrivisse fidem cordis, quae est vita, virtus, gloria, substantia eorum. Nec hoc solummodo confunduntur, sed etiam, si coram hominibus opera et studia eorum periclitantur et arguuntur ac calumniantur, coelum et terram miscere et turbare conantur, quia amissa fiducia Dei et in sua studia nixi nec apud Deum nec in se ipsis nec coram hominibus pacem habent. Ita utrumque hoc impiorum hominum genus utrimque pacem non habet, nec intus nec extra, descenditque omnis ille tumultus mundi ex interiore tumultu, qui enim intus quietus est, foris nihil tumultuatur, qui autem intus turbulentus est foris quoque non potest quiescere.

Dicit vero, non modo eos pacem non habere sed viam pacis nescire, hoc est, ignorant, qua via ad pacem eatur, nempe per crucem. Crux enim, quae mortificat omnem sensum et affectum, ipsa ducit ad pacem. Et Christus, dum crucifixus est, secum pacem nostram abscondit in Deum, qui sub cruce latet nec alibi invenitur. At impii utriusque generis quid vis aliud quaerunt, quam crucem, sed sensum et affectum suum in rebus et consiliis suis nituntur servare. Ideo fieri non potest, ut pacem cognoscant, nedum ut habeant. Quare via pacis est via crucis, et pax non est pax, sicut prophetae dicunt. Econtra crux non est crux. Ille enim pacem habet, qui pacem non quaerit

ille crucem habet, qui crucem fugit. Verum hic nisi usus vitae doceat, verba nihil faciunt.

„Non est timor Dei ante oculos eorum.“ Saepe dictum est in superioribus, hunc esse titulum impiorum, ut sine timore Dei agant securi, freti vel rerum copia vel bona sua intentione, sicut et in prophetis olim arguebantur dicere: Pax, pax, cum non esset pax. Dabit forte se occasio de timore et pace latius dicendi. Hic breviter satis fuerit nosse, pium hominem sic distribuere vitam, ut in prosperis et pace Deum metuat, elevatus per fidem super omnia, quae habet tam interne quam externe, ideo est timor Dei ante oculos ejus, ne rebus prosperis perverse affectus secure cum eis fornicetur, in adversis vero et in inquietudine, in Deum fidat, aeque elevatus per fidem super omnia, quae sentit tam interne quam externe. Ideo dicitur nosse viam pacis, quae exsuperat omnem sensum, utrimque aequabilis permanens, nec apponens cor, si affluant divitiae, nec recedens, si instet tempus belli. Sic de eis dicitur pro utroque tempore: „Beneplacitum est domino super timentes eum, et in eis, qui sperant super misericordia ejus.“

Impii, quia fide carent, necesse est, ut rebus affecti super harenam positi sint, quo sequitur, ut, quocunque ferantur cadantque res eorum, ipsi rapiantur simul cum eisdem. Ita fit, ut etiam tunc pacem non inveniant, dum eam quaerunt in rebus, cum res ipsae stare natura nequeant.

Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam, sicut escam panis? Dominum non invocaverunt.

Hic versus et sequens probare mihi videntur, tres proximos esse supposititios, cum eandem ferme habeant sententiam, quam non est verisimile superfluis verbis esse iteratam, praesertim eodem loco.

„Cognoscent" absolute dicitur, pro eo, quod est: Annon aliquando efficientur cognoscentes, ut sciant et sentiant, quantum malorum faciant, qui prae securitate et timoris Dei neglectu etiam bene sese facere arbitrantur, excaecati affectu rerum, quas solas cognoscunt? Porro ipsi nihil minus de se dici credunt, quam quod sint ignari, quid faciant. Scimus (inquiunt), quid faciamus, quin aliorum omnium quoque judices et magistri fieri promti sunt.

Operarios iniquitatis, פֹּעֲלֵי אָוֶן, abunde diximus esse, qui ea operentur, unde pax cordis non acquiratur, quae ex solius opere fidei et pietatis (ut dixi) possidetur, sed potius dolor, miseria, et ut Ecclesiast. solet appellare, vanitas, labor, afflictio, contritio, seu absumtio spiritus. Diximus enim אָוֶן proprie significare dolorem, qui fructus est contrarius paci omnium, qui extra fidem operantur, sive sint bona in oculis hominum, sive mala.

Itaque verbum longanimitatis vel taedii vel etiam commiserationis est, dum dicit: „Nonne cognoscent?" ac si dicat: Quam diu miseri isti different cognoscere suam miseriam, et quod aliud nihil sint, quam operarii אָוֶן? Non sentient aliquando sese nonnisi *conteri*, tristesque magis fieri in viis suis, ut tandem

viam pacis, quae exsuperat omnem sensum, quaerant? Hanc certe sententiam praecedens versus sic dedit: „Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt,“ cum אָוֶן illa, sive dolor, aliud non sit, quam contritio et infelicitas. Tum quod viam pacis non cognoverunt, idem est, quod hic dicit: Nonne cognoscent aliquando, se esse operarios אָוֶן?

Aptior etiam fuisset quaestio per simplicem negationem, ut optantis affectu dicatur: „Non cognoscent?“ Nam nonne vel numquid prophetantis affectum indicat, alterum affirmative, alterum negative, ut grammatici docent. Tamen si quis contendat, affirmativo quaesitivo nonne ostendi, quod impii aliquando saltem in morte et judicio extremo cognoscent, et per negativum numquid, quod nunquam salubriter cognoscent, non repugno. Potest forte hebraicum הֲלֹא omnibus tribus his quaesitivis dari.

„Qui devorant plebem meam, sicut escam panis.“ Voratores populi, tyrannos scilicet hoc verbo arguit. Devorant (ait Aug.) populum, qui sua commoda ex illo capiunt, non referentes ministerium suum ad gloriam Dei et eorum, quibus praesunt, salutem. Taxat igitur inexplebilem avaritiam et rapacitatem magnatum, qui dolis ac vi omnique arte populum exhauriunt, sicut hodie cernimus in Romanae curiae et episcoporum monstris potius quam exemplis. Sic Amos 2.: „Super tribus sceleribus Israel et super quatuor non convertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento justum et pauperem pro calciamentis, (hoc est, ut Hebraeus habet, pro moneta vel frumento) qui conterunt super pulverem capita pauperum, et viam humilium declinant.“ Et Micheae 3.: „Numquid non vestrum est scire judicium, qui odio

habetis bonum, et diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, et carnes desuper ossibus eorum? qui comederunt carnem populi mei, et pellem eorum desuper excoriaverunt, et ossa eorum confregerunt et conciderunt sicut in lebete, et quasi carnem in medio ollae.“

Quibus artibus hoc illi egerint in populo Israel, tacemus. In ecclesia certe idem agitur palliis episcoporum, annatis, indulgentiis, indultis, privilegiis, exemtionibus, sacerdotiorum impudentissimis nundinis, ut taceam, quid reditibus, reemtionibus, mendicitatibus devoretur, quae omnia si quis exigat ad supputationem, una cum tributis, quae magistratibus profanis dantur, inveniet, primo, nec tertiam partem populi pro victu et substantia laborare, reliquos omnes partis frui, deinde unum eundemque populum plus sexagesies singulis annis exactionem pati. Ita longe plures sunt comestores et voratores, quam operatores, ut mihi omnium sit miraculorum maximum homines uno anno ali posse ex iis, quae proveniunt, imo credo proventus omnes invisibili miraculo assidue augeri, non aliter quam panes Christus multiplicavit in evangelio. Atque hanc gratiam referre debemus acceptam Romanae tyrannidi, quae suis legibus aliud non fecit, quam ut otiosorum devorantiumque hominum ubique superaret numerus sub specie religionis et nomine ecclesiae, essetque unum in ecclesia negotium avaritia, rapacitas, exactio, sicut est dies haec. Quid ergo miramur Turcas aut Judaeos opulentos esse? Laboratur enim apud eos, apud nos voratur.

Diximus autem et supra Ps. 5. eos, qui veritatem sincere non docent, sed suis traditionibus animas illaqueant, in scripturis appellari canes insaturabiles, *avaros, guttur* patens, devoratores domorum, animalia

ventris, quorum Deus venter est. Ubi enim non pascunt mentem, reliquum est, ut solum pascant ventrem, ubi non quaerunt, quae Dei sunt, quaerant, quae sua sunt, et ubi non sapiunt, quae sursum sunt, sapiant, quae super terram sunt. Ubi autem pastores tales sunt, nec sincere, quae Dei sunt, docent, necesse est defectu verbi Dei talis sit populus, qualis est sacerdos (sicut Isaias solet dicere), et omnes quaerant, quae sua sunt (ut Paulus dicit), donec in populo aliud non sit, quam mutua rapina, avaritia, dolus, vis, injuria, et ut hic dicitur, devoratio populi Dei, donec antiqui illius populi mores repraesentent, Isaiae 56.: „Omnes declinaverunt in viam suam, unusquisque ad avaritiam suam, a summo usque ad novissimum.“ Et Hiere. 8.: „A minimo usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur.“

Interim tamen nihilominus jactent justitias et virtutes, doceant tractentque leges tum civiles tum ecclesiasticas, quibus jus et justitia putantur administrari, deinde moralia et summas virtutum vitiorumque praedicent. Sic enim et illi faciebant, ut ibidem Hieremias prosequitur, d.: „Et sanabant contritiones populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax, cum non esset pax,“ sicut videmus hodie per dioeceses, monasteria, collegia avaritiam furere, et tamen multa interim bona (sicuti putant) doceri et fieri. Quare haec duo pulchre conjungit: „Operantur iniquitatem, et devorant plebem,“ quod sint avari, et tamen bona operari aut saltem humanitatis (ut vocant) officia vel paucis exhibere videntur, cum fides, quae Dei cultus est, juxta avaritiam, quae idolorum cultus est, consistere nequeat. Ita excaecat eos malitia, ut utrumque non videant, sicut dicit: „Nonne cognoscent?“

Igitur ad locum avaritiae pertinet hic versus, imo

avaritiae periphrasis est, devorare plebem propter escam panis, qualem necesse est esse communem vitam omnium, qui fiducia Dei vacui filii diffidentiae vocantur, apud Paulum Colo. 3.: „Mortificate membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, avaritiam, quae est idolorum servitus, propter quae venit ira Dei in filios diffidentiae seu incredulitatis." Foedissimum sane incredulitatis genus est, non tantum Deo confidere, quod corpus alere possit et velit, qui volucres coeli pascit, foenum agri sic vestit, ut Christus Matth. 6. in idem monstrum loquitur. Quid enim ii Deo crederent in rebus spiritualibus et tentationibus maximis, qui ventrem foetidum non credunt a Deo pascendum esse? Aut quomodo in morte credent in manus ejus animas suas, quas in sempiternum pascat (si debent vivere), qui corpora sua ad incertum momentum ei non credunt? Unde, Heb. 13. pro foeda hac pusillanimitate dicit: „Sint mores sine avaritia contenti praesentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram nec derelinquam, ita, ut confidenter dicamus: Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo?"

Quo vitio (ut dixi) ut careant, maxime refert pastorum, qui non modo (si avari sint) exemplo, sed et auctoritate, deinde, quod extremum est malorum, verbo nocent subjectis, dum aliud nec docent nec doceri sinunt, nisi quod quaestum vel auget vel servat. Harum rerum exempla non est necesse monstrare, cum jam in mores, imo in articulos fidei transierint, et haereticus sit, qui avaritiam pontificum et monachorum taxat, quam hodie pulchro nomine potestatem regitivam, monarchiam, vicariatum Dei in terris appellant. *Adeo* verum est, quod Paulus ait: „Existi-

mantes quaestum esse pietatem," sive, ut hic dicit, operarios אָוֶן, et tamen devoratores plebis. Unde et Exodi 18. Jethro Mosi consulturus, quos populo praeficeret, ait: „Provide de omni plebe viros sapientes et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint avaritiam, et constitue ex eis tribunos et centuriones etc."

Hebraeus dicit: Comestores populi mei comederunt escas, explicandi gratia, ne quis de spirituali devoratione eum loqui crederet, sicut nostra translatio videtur sonare, quae per similitudinem dicit eos devorare plebem, sicut escam panis. Hic autem dicit, quod in populo aliud non faciunt, quam quod comedunt panem seu escas, hoc est, quod se ipsos pascunt, et ventri insaturabili avaritia serviunt, quam comestionem malo populi faciunt, cujus substantiam infinitis modis devorant. Et sic devorantes populum, in hoc devorant, ut comedant et se ipsos saturent, aliud nihil pro devoratione reponentes, sicut hodie Romana Romanistarumque facit furiosa avaritia.

„Dominum non invocaverunt." Hic causam et radicem iniquitatis avaritiae ponit, nempe diffidentiam seu foedam incredulitatem, quod in domino non confidunt. Fides enim, quia solo verbo Dei vivere docet, assidue invocat dominum in quacunque necessitate, pendetque ex solius Dei bonitate. Cum itaque pastores fidem non doceant, nec eam populi sciant, nihil jam reliquum est, nisi ut operentur אָוֶן, et avari sint, dicantque auro: Fiducia mea, et obryzo: Robur meum, Job. 31., et congregent aurum, in quo confidunt homines, Baruch. 3.

Cum ergo Deus praeceperit praecepto primo, ut non habeatur alienus Deus, hoc est, ut in nihil aliud

confidatur, ipseque solus in omni necessitate invocetur, patet avaritiam esse idolorum servitutem, quae facit, ut dominum non invocent, nec ei credant, credant autem et invocent potius aurum, qua impietate perditi quidquid bonorum facere videntur, operationes sunt frustraneae, doloris, iniquitatis, id est, אָוֶן, unde non habeat conscientia nisi inquietudinem et vanum laborem.

Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor, quoniam dominus in generatione justa est.

Particula ista: „Ubi non erat timor,“ non est in hebraeo, videturque explicandi sensus gratia adjecta. Apte autem spiritus et proprie depingit ingenia et mores impiorum. Impossibile est enim, ut cor hominis sit sine timore, quia, si amor fuerit rectus, et ipse rectus est, cum perverso autem pervertitur et ipse. Cum autem impii amissa fiducia in Deum inhaereant auro et operibus suis, necesse est, ut misera sollicitudine et timore amittendi auri discrucientur, deinde quia fide justificati non sunt, oportet, ut traditiunculis anxie et scrupulosissime vexentur, ut sic duplici timore vexentur, altero ne peccent, altero ne egeant.

Quam miseriam hodie in pontificibus et ecclesiasticis omnibus sic videmus invaluisse, ut hunc versum nulla glossa adhibita solo illorum intuitu quilibet planissimum habeat. Quid enim hodie metuitur aliud apud eos, quam ne res ecclesiae alienentur, minuantur, occupentur, ne patrimonia crucifixi, s. Petri, b. virginis et aliorum periclitentur? Quantis statutis hic cautum est, ne contra haec aliquis loquatur? Quantis

ninibus terrent, ne contrectentur? Quantis indultis, rilegiis, immunitatibus ea munierunt, ne temporalia nporalia sint? Quantis benedictionibus, promissis, ulgentiis, titulis, bullis et infinitis machinis hic actum : et agitur assidue, ut multiplicentur, roborentur, petuentur?

Unde haec omnia curarum examina? Nempe quod um non invocant, Deo non credunt, ideo timent :, et suis sese consiliis ac viribus stabiliunt, ne aliando egeant, canes impudentissimi (ut Isaias ait), i nesciunt saturitatem. Cum autem vel communis usus hominum hos crassos et inutiles praetextus rre tandem nequeat, simul aliquot pii et spirituales quitiam hanc irreprehensam non sinant, fit ut semr timendi semperque veritatem odiendi occasionem beant, sicut Judaei, quando dixerunt contra Chrim: „Si dimittimus eum sic, omnes credent in m." Tales fuisse, esse foreque omnes impios, raesertim magnates populi ab initio mundi in finem, cile est intelligere, si consideremus cor hominis pertere esse in iis, quae Dei sunt, aut in iis, quae n sunt, et vel aurum pro Deo, vel Deum pro auro bere.

Idem exempli videas in altero timore, scilicet aditionum suarum, sicut Isaias ait: „Timuerunt me ndatis hominum et doctrinis." Quantis quaeso hic queis legum irretitae sunt conscientiae fidelium? ntis exactionibus praefecti isti Pharaonis, operibus ris luti et lateris premunt et ad amaritudinem perunt vitam filiorum Israel? Quis sic timet in manis Dei, sicut in mandatis papae? Neque enim אֹכֵל um aptius explanes, quam si filiorum Israel in gypto servitutem applices.

Sic plena est ecclesia perturbatis, confusis pulosissimisque conscientiis, quas quotidie augent ranni Romanistae suis casibus reservatis, exem bus, minis, censuris, et mille his artibus perde ecclesiae Dei. His adde monasteriorum et coll rum ritus, statuta, cerimonias, perverso sensu i lectas, pejore usu servatas, ut ubique in merce diffidentiae et neglectae fidei operetur in his I hujus saeculi hanc iram Dei, ut avari sint et ope tristes, utrobique inquieti, pavidi, et ut Hieremias duplici contritione contriti magisque in sempite conterendi, ubi tam auro quam operibus, timo scrupulo possessis, desperatione aeterna privabunt

Haec contingent, quia dominum non invocave fides enim sola unicum hujus irae et miseriae r dium erat, qua dum carent, nec dominum habent solum in generatione justa est, hoc est, apud cum eis et in eis, qui credunt ei, et hac fide j cantur, sive sit aliquis Judaeus sive gentilis, m aut parvus, ne quis de persona aut genere glo sicut Samuel ad Saul dixit: „Fac quodcunque nerit manus tua, dominus enim tecum est.“ Et lus 2. Cor. 3.: „Ubi Spiritus domini, ibi libe Hic enim nec opera אָוֶן nec cura rerum nec scientia traditionum, sed omnia libera, jucunda, q quaecunque facit, placere confidit, quaecunque p plebi Dei facit, quomodocunque vult, traditionibu tur, cum justo non sit lex posita, nulliusque solo domino contentus, quem in hereditatem a loco omnium, sicut ait Ps. 119.: „Portio mea d in terra viventium,“ et 16.: Dominus pars here meae et calicis mei, tu es, qui restitues hered meam mihi.“

Sic enim dum omnia discedunt, et nos relinquunt, simul nos labor, cura, timor eorum relinquunt et appropinquat suscipitque nos ipse dominus, et simul invenimus requiem, securitatem, libertatem animabus nostris, ut Matth. 11. dicit: „Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris, jugum enim meum suave est, et onus meum leve.“ Sic Ps. 25. [27.] gloriatur: „Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumsit me.“

Videmus ergo et hic, quod justus ex fide sua vivet, dum per antithesin operariis אָוֶן, avaris, justitiariis et Deum non invocantibus opponit generationem justam, quae dominum habet, cum Deum habere non possit, nisi per fidem. Quia justorum generatio Deum in omnibus invocat, ideo non timet, non est sollicita, non est avara, non operatur inutilia, sed est in omnibus eadem, aequabilis, indifferens, ut Philipp. 4.: „Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete, modestia vestra nota sit omnibus hominibus, dominus enim prope est, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione petitiones vestrae cum gratiarum actione innotescant apud Deum.“ Ecce quam pulchre concordat his verbis apostolus cum sententia horum duorum versuum, ubi tollit sollicitudinem, jubet invocari dominum, promittit dominum esse prope, docet gaudere non in rebus sicut avari, sed in domino etc.

Illud: „Trepidaverunt timore,“ idiotismus est hebraeus, sicut Ps. 132.: „Et sancti ejus exultatione exultabunt,“ et 20.: „Laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo,“ ut indicet eos timere nulla

causa, cum non sit, quod eos terreat, sicut Prover. 25.: „Fugit impius nemine persequente," et Levi. 16.: „Terrebit eos sonitus folii volantis, et Deutro. 32.: „Dabit tibi dominus cor pavidum." Itaque a suo timore timent. Si enim paupertas, quam avari metuunt, et traditio hominum aut quaecunque mala sua natura terrerent, etiam justos terrerent. At nunc vitio cordis eorum, non sua natura eos terrent, sicut econtra dominus beneficio fidei cor laetificat, ideo exsultatione exsultat, cum tamen dominum non videat, nisi per fidem, ac sic de nulla re, quam de hac fiducia gaudet.

At dices: Forte impii cognoscerent, et facerent eadem, si quis eos moneret ac recta doceret, nunc quia non audiunt, quid mirum, si non cognoscant, maneantque operarii אָוֶן, avari, Dei ignorantes, timoribus undique inquieti? Respondet: Non est ita, sunt qui monent, quos non modo non audiunt, sed irrident, afficiunt contumeliis et persequuntur, ut sequitur.

Consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes ejus est.

Non ait: Consilium generationis justae, sed „inopis", cum tamen eosdem utroque vocabulo significet, quod revera generatio justa, et qui rebus omnibus contemtis coram hominibus nulla persona fulgent, pariter sine auctoritate habeantur coram buccis istis et personatis idolis generationis pravae atque perversae, in cujus medio (sicut apostolus dicit) lucent sicut luminaria mundi, verbum vitae retinentes. Itaque coram Deo sunt generatio justa, sed coram hominibus indigni, quibus credant, imo, ut Sap. 5. dicitur, in derisum eos habent et in similitudinem improperii, vitam

illorum aestimant insaniam, et finem sine honore. Confunditur autem eorum consilium, dum non *) modo non suscipitur (sicut oportuit) summa reverentia, sed etiam damnatur, exsibilatur, irridetur tanquam haereticum, seditiosum, scandalosum, temerarium, erroneum, blasphemum. Sic enim et hodie, si magnatum tyrannides monueris, appellaberis et excipieris.

Hebraeus verbo transitivo dicit: Confundi fecistis, hoc est, egistis, ut consilium ejus erubesceret, et ignominia a vobis et omnibus affectum haberetur, tanquam Christus veritas ipsa inter latrones, inter scelerata dogmata, quod fit determinationibus, damnationibus, mandatis hominum, sicut de Judaeis apostolus ad Thessalo. scribit, eos prohibuisse, ne apostoli loquerentur gentibus, quo salvi fiant. Id quod nostro saeculo faciunt haereticae pravitatis inquisitores, impiissimi veritatis oppressores cum suis. Et emphaticum sane verbum posuit: „Confudistis", non exstinxistis, siquidem verbum Dei etiam hi exstinguunt vel in se ipsis, qui ei non credunt, vel si ad tempus credunt, curis tamen vitae hujus euntes suffocant, sicut dominus de semine inter spinas seminato docet, qui non confundunt consilium justi, quia verum, sanctum, bonum esse credunt vel opinantur. At cruenti et furiosi illi non exstinguunt, nisi prius nomine pessimo ipsum foedaverint, hoc est, quod dixi, turpissima morte ipsum damnant, ut haereticum, erroneum, seditiosum etc.

Cum ergo scriptura tam proprie mores impiorum hominum deliniat, oportet eos, qui proni sunt aliena pro haereticis damnare, omni studio observare, prae-

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

sertim si et auctoritate personae et nomine in populo valeant. Nam hi proprie sunt, quos hoc versu pingi videmus, nec oportet terreri ab illorum insania nos, qui hac Dei scriptura praemuniti sumus, sic solere facere eos, qui ignorant Deum, sed potius misereri eorum et pro eis orare.

Nec hoc eorum segniter taxat ingenium, quod dicit: „Quoniam dominus spes ejus est," ac si dicat: Nulla alia causa damnatis, nisi quod multitudine et magnitudine hominum non nititur, sicut vos. Nunc vero, quia solus est, et nonnisi in domino nititur, vos autem turba magnorum et minorum stipati estis, confidenter damnatis. Diximus enim et superius, hoc esse omnium plausibilissimum argumentum impiorum, quod ab auctoritate majorum et multorum, tum longitudine temporum ducunt, rursum a despectu et vilitate et paucitate dicentium recta. Qua larva utraque sic excaecati sunt, ut clausis auribus ne audire quidem, nedum considerare velint, quae dicuntur. Sic enim et pharisaei sese armabant multitudine et magnitudine Herodianorum et suorum contra Christum. Itaque et hoc emphaticum est, „inopis," עָנִי, id est, afflicti et humiliati, ac per hoc contemti in oculis בְּהֵמוֹת, qui nonnisi sublimia vident.

Consilium autem vocat, non verbum aut reprehensionem, quo exprobrat eorum insaniam et aggravat culpam, mitius enim peccarent, si reprehensionem ejus damnarent, nunc autem utile et salutare verbum, quo eorum saluti consulitur, damnant. Miserationis autem affectu hic versus dicitur, in hunc modum: Estisne vos omnium hominum miserrimi, qui multitudine et magnitudine hominum freti non modo non auditis, sed *exstinguitis*, imo pessimo imposito nomine perditis

verbum, quod nonnisi vestrae salutis gratia vobis, pio remedio et consilio, affertur? offensi duntaxat paupertate, vilitate et humilitate nuntii, nec vos hoc movet, quod, etsi multitudine et magnitudine hominum circumdatus non sit, dominus tamen ei assistit, et spes ejus est.

Sane sunt multi inter homines, qui verbum, propter quod certamen est, pro nihilo habentes, solo favore huc aut illuc feruntur, quocunque viderint multitudinem inclinari, qui, si rursum in alteram partem res inclinarit, iterum sequentur multitudinem. Sic multi Christum sunt secuti, qui postea ipso crucifixo scandalisati retrorsum ad Judaeos redierunt. Arundines hi sunt vento agitatae, tantum ad perniciem veritatis in tempore tentationis utiles, ut qui scandalo sui veritatis hostes confortant, cui prius auctoritatem et robur sua obsequentia infideli pepererant, plus jam nocentes, quam prius profuerant. De qualibus Ps. 78.: „Filii Ephrem intendentes et mittentes arcum conversi sunt in die belli, quia non fuit dominus spes eorum," sed gloria praeceptoris, de qua sibi placebant. Sic Christus in cruce: „Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria." Et iterum: „Factus sum opprobrium viciniis meis valde, et timor notis meis." ...

Quis dabit ex Zion salutare Israel? Cum converterit dominus captivitatem plebis suae, exsultabit Jacob, et laetabitur Israel.

Hoc video ab illustribus patribus intelligi super Judaeos in finem convertendos. Quod si verum est, oportet Psalmum referri ab initio sui ad tempus Christi, quando synagoga sic erat excaecata, ut multi

(nempe Zaducaei) etiam spiritum et angelum negarent et resurrectionem carnis, ut Lucas Act. 23. refert, et Christus ejusdem 22.: „Erratis, nescientes virtutem Dei neque scripturas etc.“ Sic enim dixerunt in corde suo: Non est Deus, deinde avaritia, hypocrisi, incredulitate erant corrupti et abominabiles in studiis suis, et consilium Christi inopis ac pauperum apostolorum non modo non susceperunt, sed etiam per summam ignominiam damnaverunt. In quam sententiam et Paulus Ro. 3. de hoc Ps. videtur dicere: „Scimus, quod, quaecunque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur.“ Hoc sensu Ps. totus a b. Aug. tractatur.

Tunc sequitur eodem filo ductus sensus: „Quis dabit ex Zion salutare Israel?“ quasi dicat: Frustra praedicatur eis, non nostrum est, ut salventur, etsi consulamus et oremus sedulo, ut Paulus Ro. 10.: „Voluntas cordis mei et obsecratio ad Deum pro illis fit in salutem,“ ut sit ista quaestio anxii affectus ac velut parturientis et optantis esse anathema a Christo pro eis (sicut Paulus Ro. 9.), ubi omnia agat, et tandem mysterio insuperabili prohibitus dicat: Sed quid facio? quid laboro? quis poterit eos salvare? Illuc tandem veniendum est, quod mysterium hic Deus operatur, „quia caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Zion, qui avertet impietatem ab Jacob. Et hoc a me testamentum illis, cum abstulero peccata eorum.“ Ro. 11. Asperrimus enim est iste locus, nec ab ipso Paulo satis aperte explicatus, nam et Isaiae locum 59., quem inducit, non parum mutat, unde nec ego hoc mysterii seu secreti consilii hucusque satis intellexi.

Quodsi generaliter (ut coepimus) Psalmum de

omnibus hominibus intelligimus, nec sic male intelligimus, quia, si ad literam de Judaeis solis loquitur, sicuti vere cogit Paulus dictis jam locis ad Ro., hoc tamen verum est, eos in hoc esse exemplum omnium impiorum, qui in ecclesia quocunque saeculo, et praesertim in diebus novissimis futuri, fuerunt et sunt, sicut 2. Pe. 2. Zodomitas dicit positos exemplum eorum, qui impie acturi sunt, item et Balaam eorundem exemplum, et Judas imo et Johannes 1. Joh. 3. Cain exemplum ponunt eorum, qui ex maligno erant. His ergo omnibus, cum omnia frustra dicantur atque fiant, tandem tradita causa divino secreto non habetur nisi reliquus gemitus, qui optet, nec tamen desperet futurum in fine Dei misericordiam, sicut et nos hodie ecclesiae captivitatem optamus et speramus converti.

Quis ergo dabit salutem Israel, dabit autem ex Zion? Nemo, donec ipse dominus convertat captivitatem plebis suae, scilicet ejus, quae secundum carnem Israel est, et jam in maxima et longissima et pessima omnium captivitate tenetur, tam corporaliter quam spiritualiter captiva, similiter exemplo hujus captivitatem plebis suae cujuscunque, etiamsi non sit secundum carnem Israel et plebs Dei. Nisi enim dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui aedificant.

Addit autem „ex Zion", ut ostendat non aliam illis aut ullis hominibus salutem dandam esse, nisi eam, quae in Christo est, quae in Zion data est, et inde in omnem terram propagata, ac per hoc esse Judaeos ad Christum convertendos, quantumlibet in eum nunc insaniant. „Non est enim impossibile apud Deum omne verbum," et Ro. 11.: „Potens est Deus iterum inserere illos." Quocirca damnabilis est furor quorundam christianorum (si christianos oportet appel-

lare), qui se in hoc arbitrantur obsequium Deo praestare, si Judaeos odiosissime persequantur, omne malum eis cogitent, ac eorum deploratis malis extrema superbia et contemtu insultent, cum hujus Psalmi exemplo et Pauli Ro. 9. summo affectu pro eis tristari et dolere et orare continue oporteat. Hi certe viderint, quam audiant Paulum Ro. 11.: „Noli gloriari adversum ramos: quodsi glorìaris, non tu radicem portas, sed radix te.“ Et iterum: „Noli altum sapere, sed time.“ Faciunt autem hac tyrannide sua impii isti nomine tenus christiani non levem jacturam christiano tum nomini tum populo, ac rei sunt participesque impietatis judaicae, quam hoc crudelitatis exemplo velut repellunt a christianismo, cum eos omni suavitate, patientia, prece, cura debeant attrahere. Et horum furori patrocinantur, instant theologi quoque quidam insulsissimi, qui fastuosissimo supercilio Judaeos garriunt esse servos christianorum et subjectos caesari, cum ipsi interim tam vere sint christiani, quam vere ullus est Romanus caesar hodie.

Quis rogo ad nostram religionem transeat, vel benignissimae patientissimaeque mentis, qui tam atrociter et hostiliter, et non modo non christianiter, sed plusquam feraliter sese a nobis videat tractari? Si odium Judaeorum et haereticorum et Turcorum facit christianos, vere nos etiam furiosi sumus omnium christianissimi. Si autem amor Christi facit christianos, sine dubio nos pejores Judaeis, haereticis et Turcis sumus, cum nemo Christum amet minus quam nos. Similis est horum insania stultis illis et pueris, qui Judaeis in parietibus pictis velut patienti Christo auxiliaturi oculos effodiunt. Nec aliud etiam agunt passionis dominicae declamatores plurimi, quam ut *Judaeorum* in Christum ferociam aggravent, et in eos

exasperent fidelium corda, cum evangelium hoc agat, ut caritatem Dei et Christi in ea re nobis unice et summe commendet, cujus illi ne verbo quidem unquam meminerunt.

Igitur epitasis est in nomine „dominus“, sicut Ps. 3.: „Domini est salus.“ Ita nemo dat salutem, nemo convertit captivitatem, nisi dominus solus. Et affectus illi: „Exsultabit et laetabitur,“ Ps. 5. tractati sunt, sed nomina Jacob et Israel Ps. 4. vidimus.

PSALMUS QUARTUS DECIMUS,

heb. quintus decimus.

Psalmus David.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? et quis requiescet in monte sancto tuo?

Optimo ordine hic Psalmus praecedentem sequitur, sicut enim in illo descripta est idea sive exemplar impiorum, quale Judaei tempore Christi, etiam adhuc exhibent, ita hoc describitur exemplar piorum, ut sic non solum declinare a malo, sed etiam facere bonum doceat, prius veterem hominem exuat cum actibus suis, deinde induat novum, qui secundum Deum creatus est.

Ex primo notandum, quod absolute imaginem pii populi ponit, non monstrans, unde petenda sit aut veniat, quo fit, ut insipiens ea, quae hoc Psalmo dicuntur, posset moralibus virtutibus et libero arbitrio

tribuere, quae omnia sunt gratia operantis, ita ut Psalmus hic unus sit de facillimis, dum simplicissime mores justificantis gratiae, ipsa penitus tacita, depingit, simul tamen sit inintelligibilis iis, qui gratiae notitia non sunt praemuniti, sicut et Psalmus praecedens apertissimus est, cum mores impiorum et opus paterni peccati, ipso tacito, arguat, obscurissimus autem iis, qui peccati illius scientia inanes liberum arbitrium illic solummodo considerant, cui tribuant conversionem captivitatis et ignorantiam Dei cum reliquis malis.

Pugnat vero hic Psalmus maxime adversus personas personarumque spectatores, deinde adversus cerimoniistas. Judaei enim prae ceteris gentibus utraque persona mire superbiebant, quod soli essent patrum semen et soli legem Dei haberent. Ita de generis gloria, de sapientia et justitia praesumebant sese solos habitaturos in tabernaculo Dei, sicut Lucae 3. dixit eis baptista: „Et ne dixeritis: Semen Abrahae sumus, potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahae." Et Ro. 2.: „Tu qui gloriaris in lege et probas utiliora etc." Ab horum ergo praesumtione propheta faciem vertens in secretum conspectum Dei, ubi non est respectus personarum, veritatem allaturus accusat eos, simul tamen eorum caecitati compatitur dicens:

Ut quid illi domine jactant gloriam generis, sapientiae et justitiae, quae ex lege est, et prae se solis neminem in tabernaculo tuo admittunt? Sic enim judicant homines, tu vero, apud quem nullus est personarum respectus, longe aliter. Nam quod altum est coram hominibus, abominabile est apud Deum. Tabernaculum autem Dei et montem sanctum Dei *ecclesiam* Dei significat, non christianam tantum, sed

omnium justorum, etiam in synagoga, non tamen frustranea est ista ingeminatio seu repetitio tabernaculi et montis. Tabernaculum enim seu tentorium militaris habitatio est, ut significet populum Dei in ecclesia sic habitare, ut assidue cum peccatis, mundo et daemonibus pugnet, et in hac parte sine timore et inquietudine non sit, quae res pertinet ad mortificationem veteris hominis.

At requiescere, quod in hebraeo etiam habitare est, sed pacifice et quiete, sicut in civitate vel castro, id quod noster interpres per requiescere utcunque expressit, significat per fidem in Christo securam quietamque conscientiam habere in mediis etiam pugnae tumultibus, quae res pertinet ad justificationem novi hominis, unde rectius posita fuisset conjunctio et, quam aut, sicut est in hebraeo.

Videmus ergo hic non de quovis quaeri, qui in ecclesia Dei sit, cum sint multae paleae cum tritico in area, sed de iis duntaxat, qui vere de ecclesia sunt, quibus ecclesia est tabernaculum belli et mons pacis, qui semper pugnant in ea semperque triumphant. Audiamus ergo, quid ad quaestionem communissimam respondeat, qua omnes quaerunt, quid sit esse bonum, justum, sanctum hominem.

Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam, qui loquitur veritatem in corde suo.

Ex fructibus eorum scilicet cognoscetis eos, quorum tres hoc versu primo juxta hebraicam distinctionem ponit. Primus est esse immaculatum in via. Sic et Ps. 119. incipit: „Beati immaculati in via,“ quod est, ut Jacob. 1. dicitur, immaculatum se custodire ab hoc saeculo. Non autem de puritate loquitur

carnali, quae in vestibus, cibis, potibus, membris, aliisque justitiis carnis, sive in sacerdotio Levitico, sive in apparatu mundano servatur. In spiritu enim loquitur de spirituali mundicia, quae est duplex, siquidem Paulus inquinamentum carnis et spiritus distinguit, et Tit. 1. inquinatas impiorum mentem et conscientiam profitetur, quo vitio nihil eis mundum esse proclamat. Haec impuritas est ipsa impietas, opinio, sensus perversus de Deo, oculus scilicet nequam, qui totum corpus tenebrosum facit, etiam speciosissima eorum opera, verba, consilia, cogitata, tam efficax est malum hujus immundiciae spiritualis. Altera est immundicia carnis, libido et voluptas, quae etsi cor et voluntatem immundis desideriis polluit, carnis tamen dicitur, quia de carnis libidine venit.

His duplex opponitur mundicia, spiritus et carnis. Spiritus est ipsa pietas, quam Job et Baruch sapientiam vocant, Petrus et Paulus fidem, sic enim Act. 15. Petrus dicit: „Fide purificans corda eorum." Haec enim facit, ut sit mens et conscientia pura, recte de Deo sentiens. Unde in prophetis frequentissima est fornicationis mentio, qua populum Israel pollutum, contaminatum, maculatum, corruptum, prostitutum, adulterum arguunt. Rursus virginem vocant populum sincerae fidei, ut castitas et maculatio carnis fere pro figura pietatis et impietatis habeantur. Sic enim Oseae 1. et 2. sumit metaphoram ab uxore et viro, dominus inter se et synagogam.

Mundicia carnis ipsa castitas est sive pudicitia, quae satis cantata et nota est, et hanc quoque ipsa fides facit, sicut Isaiae 5. [11.] dicitur: „Et erit fides cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus." Vocatur autem et haec puritas carnis, *cum intret* et maxime sit in spiritu hominis, quod sit

in rebus et operibus carnis, sicut illa puritas spiritus, cum prodeat et maxime in omnia opera sese fundat, totam vitam purificans, quod sit de rebus et operibus spiritus. Has duas pulchre composuit Paulus 1. Timo. 2.: „Ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate," graece εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, qua Deo servitur et honeste vivitur.

Vide itaque, fidem tacet, sed fructus ejus commendat, cum immaculatus ingredi nemo possit, nisi qui credit, sitque idem ingredi sine macula, quod vivere in fide, ac sic a primo mandato incipit.

„Operatur justitiam." Hic justitia absolute dicitur absque pronomine tuam vel meam, quia justitia Dei est (ut satis diximus), qua ex ejus gratia coram ipso justi sumus, de qua hic non loquitur, sed de justitia, qua inter homines vivimus, nulli nocentes, omnibus sua tribuentes, quomodo et apostolus Tit. 2.: „Sobrie et juste et pie vivamus in hoc saeculo."

Observa autem: operator justitiae, non ait: Qui loquitur, cogitat, audit justitiam, quia non auditores, sed factores legis justificabuntur. Quid autem debemus aliis? Illud quod Christus Matthaei 7. docet: „Quaecunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis," etiam hostibus, scilicet, nulli nocere, nulli reddere malum, patientibus injuriam succurrere, omnibus benefacere. Magis tamen (ut dixi) haec in personarum respectum dicuntur, quasi dicat: Non quia sacerdos, non quia religiosus, non quia oras multum, non quia facis miracula, non quia eximie doces, non quia titulo patrum spectabilis es, nullius denique operis operator, nisi justitiae, habitabis in monte sancto Dei, qua si careas, non proderunt etiam omnia alia opera, nec ipsae indulgentiae, nec ipsa suffragia, nec ipsae intercessiones. Stat sententia: Ambulator immacula-

tus et operator justitiae habitabit in tabernaculo domini.

Quam multi enim sunt, qui ecclesias, collegia, monasteria, altaria, vasa, vestimenta aedificant, augent, ornant, qui tamen interim justitiam ne cogitant quidem, imo haec ut operentur, justitiam conculcant, tandem per ipsa injustitiae suae veniam sperantes. Quam plurimis hoc negotio deceptis sic in extremo die dicturus est: „Esurivi, sitivi, nudus fui, captivus fui, infirmus fui, peregrinus fui,“ nihil de operibus, quae hodie jactantur et spectantur. Rursus nihil refert, si laicus, pauper, aeger, contemtus et quantumlibet vilis, si operaris justitiam, salvus eris. Unicum hoc spectandum spectaculum, operatio justitiae, ceteris frustra irritantibus allicientibusque specie pietatis.

„Qui loquitur veritatem in corde suo.“ Pulcher ordo, primo persona grata requiritur, per mundiciam, deinde opus, per justitiam, tandem verbum, per veritatem. Sic respicit Deus ad Abel primum, deinde et ad munera ejus. Et qui potens est in opere, erit et in sermone, et lignum, quod fructum suum dat in tempore suo, ejus folium quoque nunquam defluet, ne sint, qui dicunt et non faciunt.

Loqui in corde suo veritatem Aug. putat dictum de eo, qui nesciens loquitur veritatem, cum aliud voluerit, quam significatum sit, ut Caiphas Johann. 11.: „Expedit vobis, ut unus homo moriatur pro populo.“ Hic enim expedire voluit, ne periret populus de terra, quanquam hoc sciret non secuturum vel saltem ignoraret. Veritatem ergo in ore dixit, non in corde suo, sed in corde Johannis, quia hoc, quod ille mendaci corde, veraci ore protulit, hoc Johannes veraci corde intellexit.

Tales sunt et illi, qui apud Paulum 1. Timo. 1.

dicuntur nescire, quid loquantur et de quibus affirment, frequentissimum scilicet malorum, etiam multis sanctis patribus insidiatum, dum scripturas sanctas, ipsam scilicet veritatem, aliquando torserunt pro affectibus suis. Et hodie, quis hoc vitio se gloriabitur carere? Abundant enim depravatores verbi Dei supra modum, non quod omnes scienter mentiantur, sed quod non cognoscunt cor suum satis, quod verbis ore prolatis verissimis contraria sapit, nec se ipsum nec verba oris sui intelligit. Quod fit, quia loquuntur ea, quae fidei mundicia et vita justitiam operante non sunt consecuti, ideo necesse est, ut divinent de omnibus, et nihil intelligant.

Idem dicendum de iis, qui non docent, sed familiariter colloquuntur. Rarissime enim ita loquimur invicem, ut sentimus, timentes offendere, ut nesciam, an unum hominem sim excepturus ab hoc peccato, praeter solum Christum, sicut nec operatorem justitiae nec immaculatum ambulatorem esse credam ullum sine vitio, nisi Christum solum, qui solus peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Si enim omnes, ut sentimus, invicem loqueremur, quantis nos oneraturi essemus adversariis? quantae amicitiae hoc gladio veritatis dividerentur, quae nunc arctissime conjunctae videntur. Ita quantum manet in nobis humanitatis, tantum manet et mendacii et vanitatis. Nemo igitur sine fictione et adulàtione nec sine falsa verbi Dei opinione.

Iterum, ut dixi, personae respectum hic taxat, quae plurimos fallit, ne hoc vitio sese laborare deprehendant. Adeo nemo est apertus et simplex satis, nec tamen curamus, ut hoc malo careamus, sed interim opuscula nostra facimus, quibus confidimus, quasi cum vitio, habitare in monte sancto Dei.

Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, et opprobrium non accepit adversus proximum suum.

Non est dubium, quin id, quod dixit, ambulator immaculatus, operator justitiae, totam justitiam significet, quam deinceps suis partibus exsequitur, quarum una est, veritatem loqui in corde, non adulari, non connivere, non indulgere, quo vitio peccamus in amicis et sodalibus. Alia pars est, dolum non agere in lingua, quod hebraice: Qui non detraxit seu detulit, dicitur. Hieron.: Qui non est facilis in lingua. Significat autem id vitii, quo peccamus in adversariis, deferentes ad amicos, quaecunque ab inimicis eorum audiverimus, eaque in pejorem partem interpretamur, quotidieque exploramus, ut similia deferamus, a quo verbo Joseph exploratores Aegypti appellavit fratres suos Gen. 42. Vitium sane late patens et communissimum, simul ad discordias excitandas potentissimum, deinde quod nonnunquam specie et titulo consilii et monitorii sese pulcherrime vestit. Pulcherrima vero larva est, quando in angelum lucis sese transferens zelo Dei defert, explorat, accusat proximum de haeresi, errore, impia vita. Hic enim praemium exspectat pro obsequio Dei, quod praestitit occidendo pios, et damnando pia dogmata.

Vult ergo propheta, ut ea, quae mala sunt proximorum, apud alium proximum taceamus, etiamsi sit inimicus et meritus de nobis, nec nisi bona loquamur, et ea tantum, quae ad reparandam, servandam et augendam concordiam valent, id enim vellemus nobis fieri, quin maxime caveamus, ne cujus verbum et opus temere judicemus et damnemus, ne in veritatem *impingamus*, pro qua videmur maxime conari. Sic

atrem suam Aug. fecisse inter mulieres inimicas
ripsit confess. 9.

Ideo insignis pars justitiae in hoc absolvitur.
lta sunt in hoc vitium in scripturis testimonia, quae
ittimus, cum sit vitium per se notissimum homi-
aque doctrinis damnatum. Verum nec illo caret
us hominum in hac vita, tanta est miseria hujus
ae, quia etsi sint, qui non exigunt sibi mala nun-
ri adversarii, et ejus omnia in pejus interpretari,
men si ita nuntientur et interpretentur, non inviti
iunt dicique permittunt, nec repellunt nec resistunt
enti, nec in bonum interpretantur, suspicionique
tem locum faciunt. Hac virtute clarus fuisse scri-
r Godolias, filius Aicham, Hiere. 40., qui, cum
annan Careae ei nuntiaret et vere nuntiaret,
ael Nathaniae ei insidiari, ut occideret, noluit au-
nec credidit, dicens: „Falsum tu loqueris de
ael,“ et hac pia opinione perseverans occisus est,
ens periclitari vita, quam mala (quae tamen vera
nt) suspicari de proximo suo et credere delatori.

„Nec fecit proximo suo malum,“ id est, damnum
nocumentum. Quod vitium si in latitudinem suam
endas, nec ipso carebit penitus ullus hominum, si-
nec praecedente. Nam etsi sunt, qui manum non
endunt, tamen nemesi, peripatetica virtute, malis
a fieri gaudent nec prohibent, quin justitiam Dei
dent, quod dignis digna intulerit, interim non vi-
tes, quam nollent sibi talia optari a quoquam ad-
sario. Et hanc legem naturae, lumen illud naturae
stoteles non vidit, quando ethica sua nemesi ista
multis aliis vitiis pro virtutibus positis foedavit.

Sed et hoc monstrum non raro induit angelum
is, ut sit incognoscibile, dum exurit et occidit
ctos Dei, et persequitur veritatem et justitiam in

obsequium Dei et zelo veritatis, sicut hodie fu sophistae et pontifices, idola, nihil curantes, quod talia fieri nollent. Ita vides, quod in person respectum maxime invehatur, quod ii praesumunt tissimum in tabernaculo Dei habitare, qui sunt ii tiis inquinatissimi, falsi specie bonae intentionis, n nis et personae coram se et hominibus.

„Et opprobrium non accepit adversus proxi suos." Verbum „accepit" melius levavit fuisset ditum. Sic et Ps. 24.: „Qui non accepit (non l vit, non exaltavit, non jactavit) in vanò animam sua Ita hic: Qui non jactavit, exaltavit, exaggera magnificavit, dilatavit malum nomen, opprobrium, ig miniam, convitium, blasphemiam contra proximum su id quod solent inimici mutuo facere, maxime su illi, contra quos maxime loquitur, personati zelo l et amore veritatis, in spiritu enim loquitur. I crassi illi convitiatores mox sese agnoscunt male cisse, sed illi pergunt in merito digno zeli sui, q haereticum sit non bene fecisse dicere. Itaque hor est contra proximos clamare, haereticos, schismatic erroneos, et sexcenta mala nomina, eaque in vul propagare, elevare, magnificare coram magnatib manibus, voce et toto corpore testari, donec coel et terram, si possint, misceant et conturbent profi dum maris.

Verum vide, spiritus non omittit, quin proxi appellet, quantumvis sint inimici invicem, potentissi verbo eos ad pacem et concordiam vocans, et ins nem insaniam eorum taxans. Quis enim deferat, ceat, convitietur proximo suo, nisi insanus? Quom excusabuntur, quod digna fecerint inimicis, negan *eos* proximos esse, contra spiritum, qui proxi

…sse affirmat? Sed sic fieri oportet, ut legis …e obliti faciant, quod sibi fieri nollent.

…rdinem quoque observa pulchrum, nam totus hic …s de inimicis agit. Primum est enim, mala pro- …explorare, deferre, accusare, deinde accusatum …e, occidere, exurere, ultimo, ne inique gessisse …gerere videantur, blasphemare, elevare oppro- …, jactare crimina, et sic poenam dignam reddi- …ostentare. Sic in Christum primo explorabant …testimonia, detulerunt et accusaverunt, accusa- …dehinc et damnatum crucifixerunt, crucifixum …pessimis nominibus blasphemaverunt. Tam pro- …apte, breviter impiorum vitam depinxit.

…ontra boni viri est opprobrium proximi non ad- …e, exstinguere, contraria praedicare, tueri, et si …otest tueri, excusare, aut saltem dolere et com- …etiam inimico et malo, sic enim sibi quisque fieri … Ita non modo non nocebit aut malum faciet …mo, sed etiam bene faciet, sive sit amicus sive …us, ut est sententia Christi Matth. 6., nec ex- …it nec deferet, sed deferenti resistet, susurronem …escet. Magna et ardua sunt haec, quod in his …li oportet montes Israel et ipsam superbiam …nis, summos episcopos, magistratus, potentes, …ates, sanctos. Nam hi longe amplius quam vul- …is vitiis sunt impliciti, longeque magis saeviunt …cent, cum sit apud eos species bona et auctori- …etuenda. Hoc est, quod dicit.

…ihilum deductus est in conspectu ejus …gnus, timentes autem dominum glori- ficat. Qui jurat proximo suo, et non decipit.

Dixisset: Ad nihilum deductus est summus sa-

cerdos, rex, propheta, princeps, seniores, scribae, pharisaei, episcopi, et quidquid est magni nominis in conspectu ejus, nisi distinguendum esset inter personas et vitia, inter potestatem et abusum potestatis. Nomina enim potestatum metuenda sunt, sed vitia eorum contemnenda, nec propter potestatem vitia dissimulanda aut probanda, nec propter vitia potestas offendenda aut contemnenda, cum potestas nulla sit, nisi ex Deo, nec sit hominum, sed Dei, Ro. 13. Vitia vero non sunt Dei, sed hominum. Prudentia itaque hic opus est, simul et magno animo, ne potestas terreat vitia contemnentem, nec vitia subvertant potestatem stulta humilitate suspicientem.

Est ergo sensus: Etsi delatores, malefactores et blasphematores sint magni, et iniquitas egrediatur de majoribus Babylonis, qui videntur regere populum; non eorum magnitudine terretur, despicit eos ut malignos, et fiducialiter agit, defendens proximos suos, licet revereatur ut magnos, humiliter cedens eorum potestati. Hunc versum si servassent christiani in Romanos proceres, minus malorum hodie haberet ecclesia.

Hebraeus elegantius hoc loco dicit: Contemtus est in oculis ejus contemtor, scilicet ingenium magnatum et superborum indicans, qui fiducia potestatis et larva personae inflati ab omnibus volunt metui, ipsi vero omnes contemnere, omnia sibi licere, aliis citra eorum consilium nihil licere, sicut Romae de Germanis dicunt idola nostra: Quantos stabularios habemus Romani. Et iterum: Todescola bestia. Sic enim sanctissimi pastores ovium Christi nos pascunt pro palliis et tota substantia nostra, quam rapiunt robustissimi latrones. Nonne et ipsi sunt magnifici et securi Dei, hominum et omnium contemtores? At quis hos rur-

s contemnit? num adulatores? qui id etiam habent gotii, ut potestatem laesam asserant, ubi vitia tan n arguuntur, quo potestatem, aeternae salutis mini rium, faciant iniquitatis caediumque patronam et ditionis officinam.

Contra, „timentes autem dominum glorificat." lchra antithesis, illi sunt contemtores Dei, hi timen Dei, illos contemnit, hos glorificat. Annon move persona paupertatis, paucitatis, humilitatis, rudita , ignobilitatis, oppressionis eorum? Non, sed sicut oses Heb. 11. reliquit Aegyptum, non veritus ani ositatem regis, magis eligens affligi cum populo i, quam temporalis peccati habere jucunditatem, ajores divitias existimans thesauro Aegyptiorum im operium Christi, sicut Achimelech nihil veritus Sau n et principes ejus cum fiducia pro paupere David cutus est 1 Sam. 22.

Emphasis autem insignis est, quod permutato fectu gloriam parvis et contemtis, contemtum mag s et gloriosis tribuit. Magnos et qui parvorum sunt ntemtores, non solum non honorat in malitiis eorum, d etiam contemnit, parvos et ab illis contemtos non lum respicit in bonitatibus eorum, sed etiam glorifi t, cum longe secus agat mundanus affectus, ubi tia magnorum vel pro virtutibus praedicantur, vel nnia mitius interpretantur, contra parvorum virtutes el pro criminibus accusantur, vel omnia in pejorem rtem interpretantur, sicut erudite fingit fabella vul is et leonis, item lupi et ovis. Itaque audacis spiri s animosum opus est, honoratos contemnere et con mtos honorare. Sic 2. Reg. 3. Elisaeus ad Jo m, regem Israel, intrepidus dixit: „Quid mihi et bi est? Vivit dominus, in cujus conspectu sto, quia,

nisi vultum Josaphat, regis Juda, vererer, non attendissem te nec respexissem."

Qui jurat proximo suo.

Hieronym.: Jurat, ut se affligat, et non mutat. Potest quidem hebraicum verbum, cum sit aequivocum, ad afflictionem et amicum, pro afflictione transferri, sed nostrae translationis sensus magis placet, cum de operibus erga proximum in totum agat, excepto versu secundo, qui de operibus erga se ipsum purificandum satis egit.

Communé autém hominum vitium tangit, de quo omnes queruntur, scilicet, infidelitatem, quod venit ex radice illa, qua quilibet quaerit, quae sua sunt, maxime in commerciis et negotiis, sine quibus vita haec non agitur. Ut enim affectus sui commodi est intimus, quem nemo satis in se ipso agnoscit, cum sit astutissimus et dolosissimus, ita arduum et rarum est servare et non mutare, quod promissum juratumque fuerit. Quod si qui etiam servant, tamen corde non satis promto servant, praesertim arridente quopiam, quod interim acciderit, vel lucro vel occasione majoris commodi, quod poenitentiam promissi simul commoveat. Sed esto et hic superet (quanquam sine gratia Dei natura id non faciat), tamen etiam praesente gratia pauci superant, si inimico vel jurent coacti, vel interim inimico facto servare juramentum debeant. Itaque nullus filius Adam hoc praeceptum implet, et filius Dei vix implet vel potius incipit implere. Ideo nullus illorum habitat in tabernaculo Dei, cum hic etiam vix habitet, et ut Petrus ait, justus vix salvabitur.

Proinde quisque sibi caveat ab insulsis, imo impiis et haereticis decretalibus, tit. de votis et voti

mtione, ubi Ro. pontifex, vel potius scriba ejus
is indoctissimus, audet statuere, in manu sua esse
ensare et mutare vota et juramenta, seu (ut qui-
mitius loquuntur) declarare, quae sint et non sint
, dicens contra expressum textum Deutr. 23.
voti transgressi reum non esse, qui mandato Ro.
ificis implere distulerit, non pastor, sed perditor
n Christi, adducens in operculum impietatis suae
fundamentum sententiae suae, quod Exo. 13. et
scriptum sit, asini primogenitum mactandum, seu
nendum ove, non contentus, quod ea scriptura
de juramento aut voto sonet, deinde quae muta-
non hominum arbitrio, sed Dei mandato statuta
sic depravatis verbis Dei in suam tyrannidem sta-
ndam, verum etiam magnum crepante bucca, se os
ruxisse loquentium iniqua, cum fiducia gloriatur,
ndens se in hoc quasi sit Deus in templo Dei,
potens, quod Deum potuisse legit, imo solvere
ms, quae Deus praecepit. Si vero declaratio tan-
quaeritur, non potestas, sed scientia hic locum
it, quae discernat, sit votum nec ne. Ideo melius
arabit pius aliquis et eruditus vir, quam omnipo-
et omnivolens sedes apostolica, plerumque ineru-
et in sacris literis imperita.

Cum itaque hoc loco propheta exigat juramenta
isibus praestita, ut necessaria ad salutem, multo
is nemo solvet vota seu juramenta Deo oblata.
e Josuae 6. [9.] filii Israel, etiamsi decepti Ga-
nitis juraverint, et postea re cognita poenituerint,
en servaverunt juramentum. Contra rex Zedechias
rophetis, praesertim Ezechiele, acriter reprehensus
quod juramentum non servarit regi Babylonis, et
lem miserabiliter captus, excaecatus et punitus
Id quod et saeculo superiori contigit regi Hun-

gariae rupto cum Turcis pacto foedere, mandat gati apostolici. Nec sic tamen exempla tanta h ticam istam sententiam mitigant, et haeretici pravi inquisitores hic libenter dormiunt.

Credo autem ea, quae de juramento servand praecipit, etiam de quavis promissione simul in genda esse. Mens enim ejus est, fidem inter l nes docere, fidem, inquam, non qua creditur in D sed qua invicem fideles et promissi tenaces esse bent, quomodo Dei fides Ro. 3. dicitur: „Num incredulitas illorum fidem Dei evacuabit?“ (alibi, 2. Timo. 2. sic dicit: „Si non credimus, fidelis permanet,“ ut sic simus filii Dei, et alter rius Deus, fideles credenti nobis, sicut Deus i omnibus credentibus fidelis est.

Apprehendit autem potissimum juramentum, in hoc operis genere fides insignius vel servatu violatur, sicut et castitas in prohibito adulterio mititas in prohibito homicidio docetur, et multa ii milia. Verumtamen in omnibus iis commendatur tia Dei, non enim humanae, sed divinae virtutis non pejerare, sicut et non adulterari, non occi Inspexit enim communem hominum vitam, (Oseas 4. sic describit: „Non est veritas, non misericordia, non est scientia Dei in terra, maledic mendacium, homicidium, furtum, adulterium inund runt, et sanguis sanguinem tetigit.“ Et quis l sese tutum glorietur a perjurio, cum singuli ads gamur tot juramentis, primo ecclesiasticis, deinde fanis magistratibus? Quis enim nulli juravit, nis fans in cunabulis? Quis autem servavit omnia menta? Ita fit, ut nubes juramentorum vere inu perjuria in ecclesia, et legum multitudo peccat plurimorum causa exsistat. Nemo itaque non jur

nemo vel paucissimi, qui se juratos esse non poeniteant, aut ex animo juramento satisfaciant. Ita undique vitâ ista peccatis nos involvit miseros.

Quaeritur autem hic, an christiano liceat jurare, cum Christus Matth. 5. doceat: „Ego dico, non jurare omnino." Multis ac magnis libris hic actum est, satis periculose et tarde definiunt, postquam omnes sumus implicitī captique juramentis, et communis vita hominum usum jurandi tam celebrem habeat, ut nihil fere celebrius, nec hodie inter eos convenit. Certe hic versus indicat jurare licitum esse, etiam proximo seu amico suo, ne quis tantum superiori exactori jurandum esse putet. Nec loquitur de perjurio seu falso juramento tantum, quo quis sciens falsum jurat, sed potius de implendo juramento, quod Hebraeus clarius, quam noster exprimit, ubi pro: non decipit, legitur: non mutat, non deficit, non rebellat, hoc est, qui fidem praestitam non frangit. Cum ergo verba Christi prohibentis juramentum tam aperta sint, ubi dicit: „Sit sermo vester, est, est, non, non, quod his abundantius est, a malo est," rursus non minus apertum sit ipsum saepissime jurasse, cum in evangeliis toties dicat: „Amen, amen, dico vobis," et Paulus toties juret, qui tamen nusquam prohibuit jurare, ubique autem fidem et veritatem praecepit, nescio, quid dicam et cui credam.

Volo interim meo sensu nugari, qui tamen non longe sit alienus ab omnium aliorum sensu. Sequar autem inprimis communem hominum vitam et sensum, deinde verba Christi, quo simplicius potero, accipiam. Omnium sensus in hoc est, ut multa vitia damnet, quae tamen non omittit, ut testatur cujusque conscientia. Ita etiam eos damnat, qui facile jurant communi sermone seu colloquio, quod tamen difficile est

cavere, ut experientia testis est. Ceterum extra colloquium, ubi foedera, pacta aut fides exiguntur, nemo juramentum damnat, ut sic distinguendum sit inter familiarem sermonem, narrationem sive colloquium, quo recitantur, nuntiantur, dicuntur varia, et inter contractus, pacta, foedera, promissiones, fidem, et similia.

Ita Christus et Paulus jurant, quoties fidem suadent, ac cum hominibus paciscuntur pacto sancto fidei. At Christus de communi sermone loquitur, unde signanter dicit: „Sit sermo vester, est, est, non, non,“ ut levitatem jurandi prohiberet, cum sit nulla necessitas in sermone communi. Hoc puto et Aug. sensisse, cum prohibitam dicit pronitatem jurandi. Ita stat verbum Christi simplicissimo sensu verum: „Quod abundantius his est, a malo est,“ ut non sit necesse malum non credentis fingere, cum sit revera malum jurantis in communi sermone (ubi nulla promissio, nullum pactum, nulla fides ac per hoc nulla necessitas est) jurare promti.

Hac sententia minus multas conscientias illaqueabimus, quae, ut dixi, vitam seu sensum communem hominum, a quo Christi doctrina, si recte comparetur, non abhorret multum, quantum ad mores spectat, exprimit, et verbo Christi simpliciter accepto consonat, sed et originali suo, unde Christus accepit, non abludit. Dicitur enim Levit. 19.: „Non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum suum. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui,“ ubi de communi et familiari sermone loquitur, ut videtur, dum mendacium et falsiloquium (quae mitiora sunt communis colloquii peccata, quam perjuria, perfidia in pactis et contractibus) tractat.

Sed et hic versus Psalmi non de communi ser-

mone sese loqui ostendit, dum dicit: Et non mutat, manifeste perfidiam et perjurium taxans, siquidem mendacium et falsiloquium, seu perjurium in quotidiano sermone, superius taxavit: „Qui loquitur veritatem in corde suo.“ De eodem juramento Ps. 24. sic dicit: „Et non juravit in dolo proximo suo.“ Ita stat utraque sententia, quod christiano simpliciter praeceptum est, nullo modo per nullam rem divinam vel humanam jurare in sermone quocunque, et tamen servandum est juramentum praestitum in quacunque causa aut pacto. Quare juramentum simile est operi carnali, quod extra matrimonium non licet, et intra matrimonium et petitur et redditur jure. Ita extra pactum et fidei negotium jurare non licet, intra vero optime licet, imo expedit.

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentes non accepit. Qui facit haec, non movebitur in aeternum.

Iste versus non indiget expositione, sed impletione, et Aug. dicit, haec non esse magna et incipientium, quia propheta a superioribus et majoribus incepit. Idem sentit d. Hiero. et alii. Verum si spiritu loqui prophetam advertimus, quis est hominum, qui non sit involutus his peccatis? Esto, non dent omnes ad usuram, omnes tamen odiunt, non licere ad usuram dare, gauderentque licere, sua, non aliorum commoda spectantes. Deinde si et hic se tegit Adam veteris nequitia, si tamen penuria urgeret, et alia via non pateret quam usura, nemo non fieret usurarius. Quare omnia illa verba hujus Psalmi: „Habitabit, requiescit, ingreditur, operatur, loquitur, non egit dolum, non fecit malum, non accepit opprobrium, jurat, non

mutat, non dedit, non accepit, facit," sic sunt de operibus intelligenda, ut ex pura spiritualique voluntate manare omnia intelligantur, cum hypocritae talia vel omnia vel multa simulare ad tempus possint, sed in tempore malo contraria faciunt. Alioquin revera parum est operis, non dedisse pecuniam ad usuram, cum jubeamur et inimicis benefacere, gratis omnibus mutuum dare.

Sed nonne propheta contradicit Mosi, qui filiis Israel Deut. 23. dicit: „Non foenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec aliam quamlibet rem, sed alieno, fratri autem tuo absque usura commodabis, id quo indiget"? Non est negandum, quin mores gentis suae arguerit, quod non contenti alienis foenerare, etiam fratribus suis foenerabant, ut erat, estque etiamnum populus iste unus omnium longe avarissimus et usurae studiosissimus, in quam prophetae varie sunt invecti, quorum unus Amos 8.: „Audite hoc, qui conteritis pauperem, et deficere facitis egenos terrae, dicentes: Quando transibit messis, ut venundemus merces, et sabbatum, ut aperiamus frumentum, ut imminuamus mensuram et augeamus siclum, et supponamus stateras dolosas, ut possideamus per argentum egenos et pauperes pro calciamentis (heb. per fruges) et quisquilias frumenti vendamus?" Idem primo c.: „Venditis *) pro argento justum, et pauperes pro calciamentis (id est, pro frugibus vestris), qui conterunt usque ad pulverem terrae capita pauperum, et viam humilium declinant" (id est, subvertunt).

Verum non hoc solum agit (ut dixi), sed omnes

*) In edit. princip. leg.: Vendit.

fectus usurae etiam secretissimos eradicare proponit, t loco usurae ponat beneficentiam, ut facile tribuant icut apostolus ad Timoth. docet) et gratis mutuent, icut Christus Lucae 6. praecipit, et Matth. 5. Nostro tem saeculo felicissima est usura, facta Romano ntifice auctore justitia et licitus contractus, subpto nomine usurae et apposito novo, quo nunc dicir contractus reemtionis. Haec enim nunc pulchra litur figura, et hac justitia justificatur hodie totus bis, maxime clerus, regnatque monstrum illud sere, exstincto per hunc modum evangelio et universa stitia ejus cum regno Dei, nec sic tamen antichrim adesse ullus credit. Valet item secundo idem ntractus novo miraculo ad hoc, ut res temporales mporales non sint, quia interesse illud, quod est rvus, substantia, virtus hujus contractus, est immorle, etiam otiosae et sterili pecuniae.

Has crassas Satanae nequitias, quam religiose mittimus et colimus solum ob hoc, quia Ro. pontiis nomen praetexitur. Unde inter omnia miracula, ae hodie Deus operatur, hoc mihi vel primo loco betur, orbem posse subsistere et hujus census inmprehensibilem usuram ferre. Sit ergo non dedisse cuniam ad usuram parum, hodie certe magnum et rum est, de quo alias abundantius dixi.

„Et munera super innocentem non accepit.“ Et s parum videtur, sed rarum et magnum hodie eque, ut Judaeos omittam. Hic peccant judices, et i causas descindunt, tuentur, impetunt, hoc est, pa, episcopi, officiales, procuratores, rabulae forens, et fex illa hominum, quae alitur populorum pectis, sicut lenones stupris mulierum. Facile est forte causae solius intuitu quenquam consulere, sententiam ictare et ferre, verum ubi irruerint affectus, scilicet

spes lucri, favor amici, odium inimici, contemtus
milium, metus magnorum, non modo videbis i
Deutr. 16. et Exo. 23.: „Munera excaecant oc
sapientum, et subvertunt verba justorum," et Is
„Omnes diligunt munera, sequuntur retributio
sed quod et omnes alii jam dicti affectus ide
cient. Nemo novit nisi tentatus, quam sit bland
potens hoc malum.

Jam sunt, qui alterius causam etiam gloriae
dio pervertunt, quo acutiores doctioresque vide
Quid autem refert, si non munus accipias adv
innocentem, gloriam tamen aut vindictam aut gr
accipias? Quodsi hunc versum principes et ep
servarent, putas tot monstra pareret Romana
(curia volui dicere)? Verum sicut illic omnia po
scelerum summo gradu regnant, ita oportet,
hoc nefas illic regnet, ut iterum Satanas sedem
et pantheon obtineat, unde in orbem totum in
omne malum.

Ne autem ulla pars hominum hoc vitio sit l
fit, ut plurimi etiam fidei causam et verbi Dei
nent, pars muneribus, pars favore, invidia, odio,
tione, gloria capti, non pauci etiam metu magn
aliqui et contemtu. Nonne ii omnes contra in
tes accipiunt aliquid? Praeter hos aliqui etiam
rantes, zelo Dei et amore (ut jactant) ver
Quis collegia, monasteria, universitates ab hoc
liberabit? qui (ut ignorantiam taceam) aperte
confitentur sese dicturos facturosque omnia pro
tate, nisi metuerent censibus, honoribus, favoribu
etiam vita privari? Quid hoc est aliud, qua
accipere quidem, sed tamen bene accepta mal
vare munera super innocentem. Vae nobis!

Quis auderet dicere omnium collegiorum,

sterforum, universitatum census, honores, dignitates fieri munera accepta super innocentes, unius hominis papae tyrannide formidata? Vel ex hoc uno intellige, quid periculi sit esse papam, deinde quantorum scelerum per orbem sit auctor, si semel abusus fuerit potestate contra veritatem. At nunc cum nonnisi abutatur in perniciem veritatis, quid aliud quam sedem Satanae et antichristi negotium Romae esse et agi credere possumus? cujus unius metu veritas tanto terrarum spatio exstinguitur, error et mendacium statuitur, innumerabilibus animabus tam facile tam cito perditis. Obsecro, quis non metuat vivere in tantis periculis horum dierum, in tantis voraginibus animarum? Haec tempora sunt, quae praedixit Paulus: „Instabunt tempora periculosa, erunt enim homines amantes sui etc."

Recte ergo concludit: „Qui facit haec, non movebitur in aeternum." Nota bene „facit". Si ille non stabit, qui haec dicit et ostendit, nec tamen facit, ubi parebunt illi, qui etiam si sciunt et cogitant haec esse recta, non tamen audent mutire? Ubi et illi, qui indocto zelo contra haec agunt? Unde in hebraeo distinctio versus sic ponitur, ut „qui facit haec," pertineat ad partem priorem sic: Argentum suum non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit faciens haec, non movebitur in aeternum, quasi dicat: Non tantum sciens aut loquens haec, ut ultima pars versus ad totum Psalmum pertineat, et prior ostendat, quam sit rarum et arduum, sine usura, sine pretio sanguinis vivere, imo non esse possibile, nisi quis sit promtus ponere censum, honorem et vitam, extremaque omnia pro veritate pati.

Ex quibus videmus, quam fallax sit omne, quod specie et nomine fulget, nam christianismum hodie

arbitramur potissimum in clero esse, et ecce i
et pretio sanguinis metu Ro. pontificis omnes v
per orbem. Romae jactatur contentione ind
papam pascere omnes oves, et ecce ipse lupu
omnes oves jugulans. En quod dixit apos
„Mittet illis operationem erroris, ut credant ini
qui caritatem veritatis non acceperunt, ut sa
rent.“ Interim tamen legimus horas canonicas,
ficamus multas missas, et ea facimus ac dicimus
citra nostrum periculum dici fierique possunt,
et fides cum evangelio de suo periculo v
Quid ad nos, qui pro christianis facti sumus I
pro credentibus operarii, pro evangelicis dec
pro spiritualibus ceremoniarii, et in totum pro
Dei libero servi hominum impiissimorum?

PSALMUS QUINTUS DECIMU

heb. sextus decimus.

Michtham David.

Nomen hoc מִכְתָּם varie tractatum est.
juxta Aug. habet: Tituli inscriptio, quod eaden
hebraica כֶּתֶם etiam significet notam vel
inde מִכְתָּם signatum, notatum, sive*) titulo
tum. Ad titulum autem crucis id referri, etsi pi
coactum tamen est. Hieronymus duabus dic

---

*) Plur. edit.: sine.

Valat etymologisans reddit: Humilis et simplicis David. Lyra facit ex ipso nomen cantilenae decentioris, cujus sententia mihi omnium magis paene probatur. Jam Burgen. erudite Hieronymi sententiam reprobat. Ipse vero Burgensis dicit hoc vocabulo aurum vel aureum significari, quod Can. 5. dicitur: „Caput ejus aurum optimum." Praeposita ergo litera מ fit מִכְתָּם, i est, ex auro vel aureum, dicitque eo significari passionem Christi, quae hoc Psalmo canitur.

Ex omnibus iis adjutus, opinabor interim מִכְתָּם esse nomen Psalmi hujus. Sic enim juxta auctoris cujuspiam nomen solet poni nomen Psalmi quoque, ut canticum David, Psalmus David, testimonium Assaph, intellectus David et similia, sicuti vidimus et videbimus. Ita hic, quia insignis est Psalmus iste de insigni materia, nempe Christo omnium capite tractans, noluit communi, sed insigni novo et blando vocabulo eum insignire et appellare מִכְתָּם David, quasi diceret, aureolum David. Sic Lyra et Burgensis in unam coeunt sententiam, quam utique ex hebraeis fontibus hauserunt.

Sunt autem sex in universum Psalmi hoc titulo insignes, hic quintus decimus, et quinquagesimus quintus, cum quatuor sequentibus. Verum illi multa alia in titulis suis habent, hic ut prae omnibus singularis simpliciter מִכְתָּם vocatur. Neque enim ullus alius tam clare de passione et resurrectione personali Christi loquitur, unde et apostoli hunc Psalmum*) prae omnibus ferme scripturis allegant ad confirmandam resurrectionem Christi, ut Act. 2. et 13. legimus, ubi Petrus dicit: „Quem Deus suscitavit solutis

*) In edit. princ. leg.: ipsum.

inferni doloribus, juxta quod impossibile fuit te eum ab illo. David enim in eum dicit: Provid dominum in conspectu meo semper, quoniam a de est mihi, ne commovear. Propter hoc laetatu cor meum, et exsultavit lingua mea, insuper et mea requiescet in spe, quoniam non derelinque mam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum v corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitae, re me jucunditate cum facie tua, delectationes in de tua usque in finem."

Ex his facile patet sensus totius Psalmi nostra indiget, quantum ad summam sententiae net, interpretatione, sed magis fide et aemula ut quem s. apostoli per Spiritum sanctum interp sunt tam clare, verbis tamen obscurissimis plenu Et in eo fundatur articulus ille fidei: „Descend inferos, tertia die resurrexit a mortuis," ut sit, ausos quondam fuisse magni nominis theo negare, eum articulum in sacris literis inveniri, ejus priorem partem, descensum scilicet ad infer

Conserva me domine, quoniam speravi i

Haec est versus posterior pars in hebraeo, prior pars titulo constat. Sunt autem verba C per totum Psalmum. Incipit enim affectu jam pe tis ac derelicti ab omnibus, et morientis, hoc m Ecce ego morior, dereliquit me virtus mea, derel runt angeli et homines, quin daemones et omne mines perdunt me. Periit fuga a me, et non qui requirat animam meam, desperatus deplorat sum omnibus. Itaque tu, qui solus es mihi serv qui perditos servas, vivificas mortuos, exaltas s tos, serva me, quasi dicat illud: „Pater, in m tuas commendo spiritum meum." Non autem pro

passionis tempore sic petit conservari, verum tota vita sese in servatore Deo pendere confitetur, ac quotidie mori, ut Paulus gloriatur. Ita semper perit semperque servatur pius. Atque haec est vita nova fidei et spei hoc Ps. commendata, vita scilicet crucis, hoc est, mortis, nec hujus nisi turpissimae.

Qui ergo in pace agit, vel se suis aut hominum viribus servat, numquid potest dicere Deo: „Conserva me, domine"? Respondebitur enim ei: Quid conservem, cum nondum pereas nec perditus sis? Discamus ergo tunc potissimum esse clamandum, quando perimus, ubi homines minime omnium clamant, sed desperant potius.

„Quoniam speravi in te." Ecce fiducia et spes invocant. Quomodo invocaret, qui non confideret? Ipsa fiducia allegatur pro merito congruo et condigno (ut videmus) salutis aeternae. Cur non allegat opera et virtutes pro meritis? Nempe quod in hoc excessu nihil subsistit, nihil servat, nisi pura et firma fides in solam misericordiam Dei nitens, quae nihil de se, sed omnia de Deo praesumit, ut monstrat hic Christus suo pulcherrimo exemplo, de quo affectu et emphasi verborum istorum „speravi" et „in te" abunde dictum est Ps. 5. Si enim in aliud quam in Deum speretur, jam non poterit dici: „Speravi in te." Et quis de suis meritis praesumat, quando hic caput omnium Christus tacitis meritis in fide et spe miserentis Dei solummodo nititur. Desperatis itaque in omnibus et per omnia hic affectus congruit.

Dixi domino: Deus meus es tu, bonorum meorum non indiges.

Hierony. sic reddit partem posteriorem: Bene mihi non est sine te. Mihi potius sic reddendum vi-

detur: Bonus fui non ad te, ut טוֹבָתִי sit verbum absolutum, quod, si liceret dicere, bonavi diceretur, hoc est, bonus et pulcher fui, ut sit sensus: Ideo dixi ad dominum, quod mihi esset Deus, a quo omnia haberem, et ipse nihil a me (id quod vere est esse Deum), quia non fui bonus in eum, nihil enim in eum beneficii contuli. „Quis enim prior dedit illi et retribuetur ei?" Ro. 11., „quoniam ex ipso et per ipsum et in ipsum sunt omnia." Hunc sensum noster interpres vidit, cum dixit: „Bonorum meorum non indiges." Et Hieronymi sententia sic consonat, quod non modo nos nihil possimus dare Deo, sed omnia bona ex ipso habemus, et sine ipso nihil boni habemus.

Dicit haec autem Christus in commendatione crucis, intuitus duas contrarias hominum generationes, quarum alteram, scilicet piorum, vidit ex sese nasci et sibi parari in regnum et hereditatem, alteram, scilicet impiorum, quia in cruce scandalisatur, relinquendam esse, ac si dicat: Ecce morior, et in oculis hominum impiorum nihil minus apparet, quam ut tibi placeam, aut rex et heres tuus sim futurus. Si hoc faciunt, quia rebus et viribus et meritis suis fr... te Deum non eligunt sibi, nec ex te omne bonum accipere, verum potius tibi benefacere praesumunt, id sibi vendicantes erga te, quod exspectare debuerant ex te, cum tu ideo mihi omnia auferas, ut ostendas non aliquid ex nobis tibi, sed omnia nobis ex te venire, si in te speremus, et in manum tuam nos projecerimus.

Atque ita novi populi dux hic suo exemplo docet et eloquitur, quibus bonis novus populus sit abundaturus, scilicet divinis tantum, ceteris omnibus in nihilum redactis, id quod judaeus et vetus populus

-poralis abundantiae promissionibus assuetus, non
-bat, sed et natura ipsa impatientissime, imo
modo sustinet, cum tamen interim nemo non
at dominum esse Deum suum, et ubi se solum
erit ostendere bonum eorum, cetera omnia
re, nihil minus inveniuntur sensisse. Neque enim
nominis, vitae, justitiae et eorum, quae habent,
possunt ablationem, sola fide et spe clamantes:
serva me domine, quoniam speravi in te," et:
domino: Deus meus es tu, nihil boni confero.
Id enim facit beneficium crucis mortificans
t nostra omnia, ut consortes efficiamur divinae
ae, ut 2. Petri 1. dicitur.

Et vere arduissimum est, imo ipse infernus, sen-
omnia apud Deum esse bona nostra et in nobis
esse situm, quo eum demereamur, placemus aut
emus, ruitque hic funditus impia illa theologia
s, qui faciendo, quod in se est, praesumunt mi-
ordiam Dei emercari, aut pro peccatis satisfa-
suis opusculis, ignorantes haec omnia fieri fide
s misericordiae Dei, exstinctis maxime iis ipsis
culis ac penitus desperatis, quibus nitebantur sa-
cere et parare sese ad gratiam Dei.

Atque hinc apparet, quid prosit pompa illa satis-
ionum et indulgentiarum, per magistros nostros
eticissimos in ecclesiam Dei introducta, suis im-
statutis, decisionibus, reservationibus, indultis,
cessionibus, et id genus pestilentissimis nugis to-
orbis animas perditissime illaqueantes. Quibus
aliud discimus, quam ut credamus Deum nostris
re bonis, et nos non consortio divinae naturae,
Deum nostrae naturae consortio beatum fore,
t non fide nos in illum paramus transformare, ut
nobis Deus, sed operibus illum in nos conamur

mutare et nostris votis similem facere, ut e
simus? sicut dicit apud Isaiam: „Cui assimu
aut quam imaginem ponetis mihi?" An nc
Deum velle mihi conformare, si huc nitar
opinioni, meo affectui, meo sensui et desi
attemperet, nisi id faciat, non fisurus in eu
turus ejus manum, cum contra oporteat in 1
ire, et eum facere in nobis compotem sui s
voti et desiderii, hoc est, mori, damnari
lum redigi.

Recte ergo hujus Psalmi titulus est,
qui de hoc summo et principe affectu loqui
de summo et optimo ejus genere, qualis
omnium Christo fuit. Nam hoc affectu disc
pulus Christi a non populo suo, contemti
personis et nominibus, ut sequitur.

Sanctis, qui in terra sunt ejus, mi
omnes voluntates meas in ei

Hierony.: Sanctis, qui in terra sunt,
ficis, omnis voluntas mea in eis. Hebrae
bum sic: Sanctis, qui in terra sunt ipsi, e
cis, omne desiderium meum in eis. Deb
omitti pronomen „ejus" et „in eis," quo
idiotismo solet post relativum „qui" subj
certum est verbum „mirificavit" per interp
nomine positum, quod אַדִּירֵי in hebraeo n
grandes, admirabiles significat, ut Ps. 8.
admirabile est nomen tuum in universa terra.'
omisit conjunctionem et, quae facile pr
ne ex magnificis faceret, „mirificavit."

Stet ergo versus sine hebraismo: Sa
ad sanctos, qui sunt in terra, et magnific
voluntas mea, ut sit sensus: Cum in me o

[illegible]lisentur, qui persona rerum capiuntur, et sint inimici crucis; ego vicissim eos relinquo, cujuscunque sint sive generis sive nominis, nec moveor, quod sint semen Abrahae. Eos vero amplector, qui sunt sancti et magnifici in spiritu, contemti mundo et illis. In his mea voluntas, meum desiderium, mea hereditas. Hi mihi erunt populus a patre datus, ubicunque fuerint in terra, nec enim in Hierusalem aut Zion aut Roma erunt necessario, sed ut Petrus ait, Act. 10.: In veritate cognovi, quoniam non est acceptio personarum apud Deum, sed in omni gente qui timet eum, et operatur justitiam, acceptus est illi." Hoc Judaei nolebant, hoc eorum hodie aemuli Romanistae negant, qui nos Romae alligare conantur et praevaricarunt. Hunc sensum sequentia juvabunt.

Dicit ergo Christus: Si me, qui caput sum, oportet omnibus contemtis soli Deo inhaerere, et sic per passionem intrare in gloriam meam, oportebit et eum populum, qui mihi in hereditatem datur, talem esse, ut nullo loco, nullo genere, nullo nomine nitatur, nisi hoc uno, ut mecum Deum habeat, cui nihil debeat, sed omnia ex eo recipiat, qui redigatur in nihilum, ut fiat omnia. Hoc est, quod Matthaei 24. dicit: „Si dixerint vobis: Ecce hic est Christus aut illic, nolite credere." Nescit enim locum christianus homo, nec ullum temporale, licet hodie impii pontifices Romani cum suis adulatoribus nobis hanc sententiam damnarint ut haereticam, et Romam nobis assignarint pro loco, in quo Christum oporteat invenire, afformantes Deum suis stultis votis. Verum ipse pulchre contrarium non modo hic docet, sed et re ipsa ostendit, dum nonnisi Satanam Romae sub suo nomine regnare permittit, ut omnium palpat manus, et totus cernit mundus.

Diximus in superioribus, sanctum illud esse, in separato et abscondito est et conspectu solin non illud profanum sanctum, quo hodie tantum d vestes, clerus a pontificibus sancta vocantur, a lendos animos hominum, sed quo Spiritus sanctu unctione sanctificat. Ita sancti sunt non Judaei clerus, non ullius nominis homo, nisi fide inh Deo, per eam particeps ejus naturae factus, vita abscondita est cum Christo in Deo. Ceteri nibus dat Christus libellum repudii hoc versu quentibus, dum dicit: Voluntas mea ad sancto rae et magnificos, quasi illud Ps. 101. dicat: „ mei ad fideles terrae, ut sedeant mecum," quo dio et Malachiae 1. ad Judaeos dicit: „No mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituum magnum est nomen meum in gentibus."

Est autem eadem dictio voluntas hoc versu, Ps. 1.: „In lege domini voluntas ejus." Magn similiter in spiritu appellat, cum coram homi cum sceleratis et viris ignominiae et infirmi scientibus sicut et eorum caput Christus habe verum fide sanctificantur, fide et magni sunt, mirabiles in oculis Dei, ipsi enim animo magno temnunt omnia bona et mala. Dicit autem: „s terrae," non: sanctis coeli, ut de hominibus in loqui se significet, simul ut promissione certa c met corroboretque eos, qui in se credunt, ut, tumlibet patiantur mala, sciant tamen sese pl Christo suo domino, adversarios vero displ Itaque verbum dulcis promissionis est hic v fidem excitans et conservans, sicut sequens v aspere comminationis est, infidelitatem damnans.

Facile est hic nostram translationem conco ut sit sensus: Deus meus fecit in sanctis

omnia, quae volui et quae ego desidero. Volui autem nihil aliud, quam ut mei similes essent, mecum mortificati secundum carnem et vivificati spiritu, id quod mirabile est in oculis omnium, ut mortui vivere, ignominia perditi glorificari, profanati sancti dici et esse debeant. Verum per Spiritum has mirabiles voluntates meas implevit et perfecit. Solum ergo in his sanctis, non etiam in aliis voluntas mea est, ubi enim omnes voluntates meae esse dicuntur, ostenditur in ceteris nulla mea voluntas esse. Ita fit, ut, qui crediderit, salvus fiat, qui non crediderit, damnetur, quia omnis voluntas Christi in illis, in his nulla.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Hoc versu alteram generationem describit et repudiat crucis inimicam, in qua nulla ei voluntas est, quia se caput propter humilitatem mortis ejus non recipit, nec per fidem in Deum transformari patitur, ut dominum habeat Deum cum Christo, sed idolis cordis sui et operibus suis sese fatigat. Unde hebraica verba videnda sunt, quod eorum vim non reddere possit latinitas. Et Hierony. sic variat a nostro: Multiplicabuntur idola eorum post tergum sequentium, non libabo libamina eorum de sanguine, nec assumam nomina eorum in labiis meis. Hunc enim versum in duos nos divisimus.

Quod Hiero. idola eorum, nos „infirmitates eorum.“ Hebraeus habet עַצְּבוֹתָם. עָצַב autem verbum significat, cum tristitia et labore aliquid formare, sicut fabri argentarii laborant, ut imagines forment.

Inde Ps. 115. ab hoc tristi diligentique labore simulacra gentium dicuntur עֲצַבִּים, scilicet ab arte et labore, quibus formantur. Et Ps. 127.: „Qui manducatis panem doloris," id est, עֲצָבִים, quod alii panem laborantium cum dolore, alii panem aerumnosum. Quidquid sit in ista varietate, in hoc omnia conveniunt, עֲצַבִּים esse id, quod arte et dolore paratur et formatur.

Quo nomine spiritus appellat impiorum dogmatum et operum magistros, quae et idola eorum sunt, quod mendacium multo labore et cura opus habeat, ut verum appareat, cum econtra prudentum doctrina facilis, ut Proverb., et veritas simplex sit, nec hoc modo solum aerumnosi et miseri sunt, sed et operibus ad eadem dogmata factis. Cum enim fide vacui sint, doctrinis et operibus hominum fatigentur assidue necesse est. Hos superius in vocabulis אָוֶן et עָמָל Ps. 10. in versu: „Comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant," satis descripsimus.

Horum studium Isaias salsissima parabola taxat 44. longo sermonis textu inducens plasten idoli, qui locus maxime valet ad hunc versum, qui volet, legat. Itaque sive idola sive infirmitates dixeris, recte dixeris, modo impium, inutile, triste et infirmum studium eorum intelligas, qui extra fidem suis operibus et doctrinis Deo, nescio quae reddere volunt, non formari a Deo, sed formare Deum volentes. Dixi enim superius, qui aliter de Deo sentit, quam sentiendum est, Deum sibi, non se Deo afformat. At sine fide nemo recte de Deo sentit. Ideo recte Isaias ibidem dicit: „Plastae idoli omnes nihil sunt. Quis formavit Deum et conflavit sculptile ad nihilum utile? Ecce *omnes* participes ejus confunduntur, fabri enim sunt

ex hominibus." Cum enim per haec sese firmare praesumant, magis infirmantur, et conscientia de die in diem pejus habet. Ideo idola eorum, in quibus confidunt, sunt infirmitates eorum, quibus magis ac magis assuescunt Deo diffidere, atque quo plus diffidunt, eo plura sibi formant idola.

Unde Hebraeus dicit: Multiplicabunt idola sua, activo verbo, ut perversum et infelix studium eorum exprimat, qui semper discunt et nunquam ad veritatem perveniunt, semper justitiam sectantur et in legem justitiae non perveniunt, infinitis hac causa repertis doctrinis, sectis, operibus, serviendi Deo, ut in Judaeis hodie cernitur, multo magis autem in papalibus christianis. Cum enim conscientia eorum non sit quieta, nec aliam viam pacis norit, quam opera et dogmata sua, necessario miscet se infinite variis quaestionibus et studiis, in nullo eorum fixa et contenta, ut testatur nimis abunde experientia ubique.

Sic hodie collegia et monasteria, cum fidei sint ignorantissima, quid sunt nisi carnificinae conscientiarum infelicissimae? qui dehinc miserum vulgum, cujus moderatores sunt, suis impiis opinionibus excaecant, pro fide opera sua docent. Ita caecus caecum ducit, et ambo in foveam cadunt, ut longe sit eligibilius ac tutius hodie bubulcum aut fabrum cujusvis artis fieri, et uxore ducta commūni vita agere, quam religiosum aut sacerdotem fieri, aut literis tantummodo vacare, quia hi a fide omnium minime sunt remoti, praesumentes de aliis illis optima, de se nihil. Quodsi fides resurgeret, nullum tum vitae genus spernendum aut periculosum foret.

„Post ea acceleraverunt." Varie et hoc translatum et expositum, alii: acclamaverunt, alii: dotaverunt, Hiero.: post tergum sequentium. Ego nostrum

interpretem sequor, ut sit sensus: Postquam omnia impii infelici studio laboraverint, tandem nihil consequuntur, nisi majorem fugam, pavorem, confusionem cordis, sicut ex Isaia retuli: „Participes ejus confundentur omnes.“ Solus enim is, qui confidit in domino, non festinabit, sed sicut leo confidet, et ad nullius pavebit occursum, ubi impius fugit et festinat ad sonitum folii volantis, ut superius dictum est, Ps. 1.: „Impii sicut pulvis ante faciem venti.“ Sic Isaiae 30.: Si revertamini et quiescatis, salvi eritis, in silentio et spe erit fortitudo vestra. Et noluistis, et dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis, et super veloces adscendemus, ideo velociores erunt, qui persequentur vos. Mille homines a facie terroris unius, et a facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini, sicut malus navis in vertice montis, et quasi signum super collem.“

Talis festinantia, fuga et pavor est ipsa mala conscientia; quae semper fugit et nunquam effugit, semper timet et semper accidit, quod timet, nunquam quieta, quia non est pax impiis. Ideo recte dicit, quod pro pace conscientiae multiplicant idola sibi, et tamen post haec omnia nonnisi accelerationem, seu melius fugam et festinantem pavorem auxerunt.

„Non congregabo conventicula eorum de sanguine.“ Hic plane ipse Christus quaestiones illas infinitas de ecclesia sua dirimit, quam alii virtualem, alii repraesentativam, alii aliam finxerunt. Christus dicit, se non congregare eos, qui sunt ex sanguinibus, sicut Joh. 1. dicitur: „Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.“ Eundem locum Paulus, ut ubique, ita ad Ro. et Galatas ex professo et magnifice tractat; ubi probat non omnes filios carnis esse Israel,

solos filios promissionis, et filios liberae Sara, ancillae Agar esse semen Abrahae, ut ecclesiam ti prorsus omni persona exuat, ut sicut alibi „In Christo neque sit masculus neque foemina, Judaeus neque Graecus, neque liber neque serita neque Romanus neque Germanus, sed qui le sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Quare detestanda est impietas Romana, quae de ia somniat sua mendacia, cum ecclesia aliud non possit quam congregatio spiritualis hominum, aliquem locum, sed in eandem fidem, spem et tem spiritus. Nec hoc contenta ecclesiam alli-co, scilicet Romae, neminem esse christianum tens, nisi fuerit Romanus, impudenti temeritate articulum fidei statuens suum mendacium. nus enim ecclesiam sanctam catholicam esse unionem sanctorum. Non dicimus communionem norum aut aliorum quorumcunque locorum. Chriquoque dixit Lucae 17.: „Non veniet regnum um observatione, nec dicent: Ecce hic, aut illic, ecce enim regnum Dei intra vos est." Matth. 18. [24.]: „Multi venient in nomine dicentes: Ego sum Christus, et seducent mul- Tunc si dixerint vobis: Ecce hic est, aut ecce nolite credere." Contra tam manifesta verba t impii isti dicere: Ecce Romae est ecclesia, e est Christus, Romae est vicarius Christi.

Quando ergo tempora ista jam currunt, de qui-Christus locutus est, et furor impietatis Romanae elio tam manifeste resistit, nec intelligens nec gere sinens, quid sit ecclesia, armemus nostras gentias verbo Dei, firmiter credentes et certis-scientes ecclesiam Christi esse aliud nihil, quam alem fidelium collectionem, ubiubi terrarum fue-

rint, et quidquid est carnis et sanguinis, hoc est, quidquid est personae, loci, temporis et eorum, quibus caro et sanguis uti potest, non pertinere ad ecclesiam Dei.

Ideo caveamus omni studio, ne cum lupis ululemus, et cum Romanistis romanisemus, haereticos eos blasphemando, qui sub Romanae ecclesiae seu curiae potius collectione non fuerint. Christus enim et apostoli, Petrus et Paulus, quia viderunt necessarium esse, ut corpora et nomina eorum in aliquo certo loco haberentur in terris, et hanc necessitatem futuram esse occasionem superstitioni et impietati huic, ut ecclesiam eisdem locis affigerent, et sic ecclesiam e spirituali collectione in temporalem traherent, praevenerunt ac sedulo nos monuerunt. Insuper ne Christum ipsum in hoc ipsum impietatis sibi pro patrocinio haberent, curavit incomprehensibili consilio, ut Hierusalem vastaretur et conculcaretur a gentibus, quod nisi fuisset factum, nemo prohibere potuisset, quin locum Hierosolymitanum tanta specie et titulo praeditum pro ecclesiae capite erexissent.

Ubi hoc prohibitum est, coeptum est Romae id mali, titulo sanctorum Petri et Pauli, verbis Christi: „Tu es Petrus," et: „Pasce oves meas," magna specie huc detortis. Verum et hic restitit Christus potenter, nec enim permisit unquam fieri, ut Ro. pontifici esset subjectus totus orbis, quod tamen fieri oportuisset, si jure divino staret ille primatus, quia verbo et promissioni divinae nemo potest resistere. Nec sic tamen aperimus oculos, ut figmenta Satanae videamus. Unde Petrus has fictiones pulchre praedixit 2. Pet. 2.: „Erunt in vobis pseudomagistri (paene dixisset: Magistri nostri eximii) in avaritia fictis verbis de vobis *negotiantes.*" Quid enim magis fictum est, quam di-

cere, quod petra significet potestatem regitivam Petri, et pascere, monarchiam papae? Aut ad quid valet ista monarchia, nisi ad avaritiam, quae suum quaestum in nobis exercet?

Quare ut meam redimam conscientiam, neve in hora mortis meae et extremo judicio rationem impii silentii expostuler, his scriptis coram omnibus, qui legunt et audiunt, et coram coelo et terra affirmo et confiteor articulos istos, quos Lipsiae evangelicos et christianissimos suscepi defendendos: Ecclesia universalis est praedestinatorum universitas, et eos, qui ex hoc sequuntur, dicoque et protestor, eos fuisse impie damnatos, conciliumque Constantiense, quantum in hanc partem, fuisse conciliabulum Satanae, dum eos damnavit. Damno, excommunico, devito, detestor omnes, qui huic concilio affuerunt et consenserunt, aut adhuc consentiunt, sive sint papa, episcopi, reges, aut quicunque dehinc, ne sanguine innocenti polluar.

Ulterius protestor, si Johannes Huss et Hierony. de Praga sunt ob nullam aliam causam (sicut videtur) exusti, quam propter hos articulos, factam esse eis injuriam, et papam cum suis esse et fuisse crudelissimos et impiissimos homicidas, inimicos Christi et ecclesiae ejus. Testes erunt mihi hujus fidei et confessionis meae, quicunque haec legerint. Ego sane ignorabam Lipsiae sensum articulorum eorum, quorum verba vidi esse christianissima. Ita non potui tum sensum, quem adulator papae dedit, confutare. At nunc, cum exstet Johannis Huss liber, ex praecedentibus et sequentibus video, et sensum eorum esse christianissimum. Quid est papa? quid mundus? quid princeps mundi? ut propter eum veritatem evangelii, pro qua Christus mortuus est, negem? Valeat, qui

valet, pereat, qui perit, ego sic sentiam Deo propitio semper.

Ad Psalmum revertamur. Christus adversus praesumtionem Judaeorum primo loquitur, omnino exstinguens omnia, in quibus fidebant. Fidebant autem in tria, primum, quod essent semen Abrahae et de sanguine patriarcharum, ideo soli volebant esse populus Dei. Contra (inquit) hoc ipsum, quod vos pro argumento ducitis pro vobis, verto contra vos, ut per hoc ipsum non sitis populus meus, per quod praesumitis esse populus meus, usque ad me etenim fuistis populus meus externa synagoga, at nunc impleta promissione et lege populus meus non est ex sanguine, sed ex spiritu.

Alterum, quod essent multi, nec enim credibile eis erat, totum populum aut tam magnam ejus partem relinquendam esse. Dictio enim hebraea hoc loco teste Reuchlino significat summam quandam hominum congregatorum, ut et Ps. 42.: „Quoniam transibo in locum tabernaculi," id est, transibo cum quadam summa hominum congregatorum, quasi dicat: Manebo in communione sanctorum. Ita hic: Non congregabo eos, qui se magna summa agglomerant, quasi ob multitudinem velint digni haberi, qui recipiantur. Sed non sic impii, consummationem enim et abbreviationem faciet dominus, (et Isa. 10. ait) ita ut si fuerit populus tuus Israel sicut arena maris, reliquiae tamen ex eo convertentur. Contra hoc argumentum a multitudine, quo non minus quam generis et sanguinis argumento pertinaciter nitebantur, multa passim in aliis quoque prophetis dicuntur. Jactabant enim pax, pax, et Deum non esse iratum tantae multitudini, et quod tanta multitudo saperet et crederet, non posse *falsum esse*, hoc est, quod dicit: „Non congregabo

nventicula eorum," non assumam eos, etiamsi se ut renam maris multiplicent.

Tertium erat gloria et nomen justitiae et religonis, quibus celebrabantur maxime inter se ipsos e populo Dei, ut qui solus legem accepisset, et cui edita sint eloquia, sicut Paulus dicit Ro. 3. et . 147.: „Qui annuntiat verbum suum Jacob, justi- s et judicia sua Israel, non fecit taliter omni na- ni, et judicia sua non manifestavit eis." Quanto etu Paulus hanc eorum fiduciam expugnet, episto- ad Romanos et Galatas prae ceteris monstrant, in hac parte plus quam in prioribus duobus con- bant, ut etsi crederent se propter peccata iram uisse, quantumlibet essent Israelitae et multi, ju- iae tamen fiduciam nunquam ponere potuerant, e et omnium est pertinacissima, contra quam dicit: on ero memor nominum eorum per labia mea, ex- guam potius nomina eorum," non censebuntur mihi ulus, quia justi, sapientes, religiosi, magni aliisque uscunque nominibus vocantur, sed is erit populus, spiritu fidei ex me natus fuerit.

Nunc vide, annon idem judicium terribilissimum in lesia agatur in oculis nostris. Nonne et nos po- nus haec tria fulcra fiduciae superbissimae? Pri- a, jactant se de successione ac velut genere stolico, et de sanguine pompaque hac inani volunt populo Dei existimari, cum sint fide et spiritu ui, et dicunt: Papa est caput ecclesiae, ecclesiam ellantes hanc congregationem de sanguine, quid- l apostolis debetur, etiam sibi deberi arrogantes.

Deinde quanta bucca extollunt multitudinem, quae eorum parte stat? quasi ideo recte sapiant, quia multis sapiunt, quasi non Christus praedixerit: seducent multos," et Petrus: „Multi sequentur

eorum perniciem," utique paucos relinqui signifi
qui non seducuntur. At hoc argumentum hodie
papam non minus potenter, quam primum, qua
bet sine fide et spiritu agant.

Tertium vero potentissimum, superstitio,
legibus et cerimoniis sic fundaverunt, ut, lic
impiissimi, tamen justitias et merita sua, qu
sint christiani, ceteris vendunt pro tota sul
mundi, nec enim nisi nominibus ipsis, sine ulla
regnant. Sed Christus non assumit eorum
per sua et suorum labia, non docet has eoru
tias et cerimonias, quin damnat et pugnat cont
ut statuat justitiam Dei, quam nos operante
superba fiducia Deo offerimus, ut stet verbum
norum meorum non indiges, nec benefecimus ti
tu nobis. Et haec voluntas est Christi in sui
tis, ut sic sapiant et agant, ceteris omnibus c
idolis et jactantia reprobatis.

Ita videmus scopum Psalmi esse, quod C
cum sit praedictus magnus rex et dominus fu
magno et glorioso populo, contra omnium sen
cipit regnare. Ceteri enim reges nascuntur,
gnent, hic moritur, ut regnet, aliis quoque po
scuntur, quibus imperent, ut sit regnum adn
quod non ex generis sanguine et dignitate,
multitudine et potentia mundi, nec ex justitiis
bus propriis, nec ex ulla re, quae videtur in
sed e spiritu in conspectu Dei subsistat. Sic
„Et animam suam non vivificabit, et semen
ei annuntiabitur domino generatio ventura." Et I
„Si posuerit pro peccatis animam suam, videbit
longaevum, et dispartiam ei plurimos." Sic et I
„Et erit requies ejus gloria," in quibus omnib
mors et resurrectio Christi describitur, sicut

toto Psalmo. Nec enim capit ratio, ut gloria regni cedat mortuo et quiescenti in sepulchro, et generatio nova sit semen serviens ei, qui animam suam ponit et non vivificat, et ponens animam pro peccatis, videat semen longaevum. Quis enim morienti dicit: Ecce rex eris et populi sub te cadeant in aeternum? Nascenti sane haec solent optari, necesse ergo fuit eum a mortuis resurgere, ut scripturae istae implerentur.

Ita hic, cum moriens petat se conservari, tradens animam in manu patris, tamen dicit voluntatem suam esse in sanctis, et hereditatem suam non fore ex sanguinibus, sed ex praeclaris, ut dicetur, manifeste hoc miraculo verborum resurrecturum sese docens, neque enim mortuus regnaret, et tamen moriens dicit sese regnare. Recte ergo Paulus ad Timotheum scribit, ut meminerit dominum Jesum resurrexisse, addens „secundum scripturas", sicut et canimus in symbolo, scilicet quod vehementer abhorreat ab omnium sensu, mortuum regno potiri, et opus sit his scripturis nos niti, quas tamen, nisi spiritus fuisset interpretatus, quis intellexit? Quis enim in his versibus Christum resurrecturum legisset? aut quot sunt, qui etiam hodie legunt hoc sensu hunc locum?

Dominus pars hereditatis meae et calicis mei. Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Hierony. posteriorem partem sic vertit: Tu possessor sortis meae. Pronomen „mihi" superfluit. Est autem versus hic sumtus ex lege Mosi, ubi Levitis et sacerdotibus scribitur non esse datam hereditatem inter filios Israel, sed dominus (ait) est eorum hereditas. Cujus aemulatione et hic dicit: Dominus est pars mea hereditariis, et arbitror ex figura ista

distributae inter filios Israel terrae et sacerdoti negatae prophetam illustrante Spiritu Psalmum h loco hausisse, scilicet non fore Christi hereditat communem hominibus, nec dè sanguinibus et terre acceptam, sicut Levitarum nulla erat inter fil Israel. Puto autem hic esse hebraismum, „pars he ditatis“ pro: pars hereditaria, seu portio mihi dis buenda. Multi enim per hereditatem intelligunt eccl siam, cujus sortem esse dominum certum est. S pro persona sua loqui Christus mihi videtur de he ditaria portionè, quae se contingat, quod confir id quod sequitur: „Et calicis mei“. Diximus Ps. 11. calicem usu scripturae significare mensu unicuique divinitus definitam et reddendam pro me suis, et calicem bibere sit pati, vel accipere hanc finitam mensuram. Et hic quoque hebraismus „Dominus pars calicis mei,“ pro: dominus calix m seu id quod mihi definitum est reddi, ut nihil a quam ipsum dominum accipiam pro retributione.

Mirum itaque, moriturus gloriatur se habere reditatem eam, quae sit ipse dominus, iterum indi sese suscitandum a mortuis, quo accipiat heredita hanc promissam. Quid autem non habet, qui ip omnium dominum habet? Quis autem habet domi omnium? Qui nihil aliorum habet, et non qu nisi ea, quae Dei sunt, etiam per mortem et o mala. Ita fit, ut, dum omnia amittit, omnia inve dum nihil hereditatis elegit, omnia sua sponte veni Ideo secure dicit: „Tu es, qui restitues heredit meam.“ Melius Heb.: Tu statues hereditatem m non enim de restitutione, sed constitutione loqu ac si dicat: Meum est omnia facere et pati, o amittere et relinquere, ut tibi obediam. Tu sine cura statues et firmabis, quae mea esse debeat

sio: Ego non quaero eam, contentus quod tu sis
reditas et portio mea, quem ubi habuero, hereditas
a bene fundata et posita in tuto est.

Ita videmus, quam nihil Christus sibi arroget,
eque nihil sit pro se sollicitus, tantum cupit, ut
patri obediat, cetera omnia curata secure prae-
unt. Et nos homunculi quam misere hodie tumul-
ur pro dioecesibus et ecclesiasticis hierarchiis, in
is tamen servi sumus alieni, quasi in manibus
is sita sit vel salus vel perditio ecclesiae. Cur
Romanenses sui servilis primatus causam simili
committunt Deo, cum Christus, heres et dominus
am, commendet tamen eam patri, nihil pro ea
itus?

es ceciderunt mihi in praeclaris, ete-
im hereditas mea praeclara est mihi.

Perstat in usu scripturae, quo funes seu funiculi
tur mensurae divisiones seu limites, quibus divi-
r hereditates terrae, ut Ps. 78.: „Et sorte divi-
is terram in funiculo distributionis," et 105. di-
: „Tibi dabo terram Canaan, funiculum heredi-
vestrae." Unde Hierony. transtulit: Lineae
erunt mihi in pulcherrimis, etenim hereditas spe-
sima mea est. Deutro. 32.: „Constituit termi-
populorum juxta numerum filiorum Israel, pars
a domini populus ejus, Jacob funiculus hereditatis
" quod hic spiritualiter tractat, quasi dicat: Sicut
unes ceciderunt non ultra, quam ubi erat nume-
iliorum Israel, et ubi finiebatur numerus filiorum
l, ibi incipiebant termini populorum, ex quibus
s elegit, sed pars ejus et funiculus erat iste po-
, ita nunc quoque non assumam quamlibet fecem
ium de sanguine, sed sicut illic feci corporalem

separationem limitum populi mei a gentibus, ita mo magis multo constituti sunt mihi termini spiritua populorum juxta numerum filiorum spiritualium, ut ubi per orbem desinunt esse fideles mei, ibi incipi esse populi infidelium, neque miscentur spiritu, misceantur corpore.

Fides autem est limes seu funiculus iste distri tor hereditatis, ipsa enim terminat fidelium nume extra quam quidquid fuerit, termini sunt populo et appellantur termini impietatis, Malach. 1.: „ enim crediderit, salvus erit, qui non crediderit, demnabitur." Ita videmus ecclesiam prorsus non dici, nisi eam, quae credit. Quare pontifices Ro cum sua ecclesia vere sunt idola et figmenta homi impiorum. Contendunt enim hos funes rumpere extendere, quo volunt, nempe etiam usque ad praeclara, imo ad tenebrosissima. Sed frustra, enim ait: Extensi sunt, sed: „Ceciderunt", non extendetis, sed de coelo cadent.

Describit ergo hereditatem, quam ei dominus sta tuit, loco eorum, qui sunt de sanguinibus. „Non co gregabo, inquit, illos de sanguine." Quos ergo Praeclaros, pulchros, jucundos, dulces. Qui sunt Non habent nomen nec personam, non sunt Judae nec gentes, non Romani, non Babylonii, non hic illic, sed in spiritu sunt, fide puri, pulchri, dulces mihi Nam hebraea dictio „in praeclaris" proprie dulces jucundos significat, ut Christi beneplacitum in su fidelibus exprimat, rursus abominationem ejus in in delibus, et qui in carne et sanguine gloriantur.

Iterum, ut dixi, resurrectio testificatur, cum dic „mihi". Cui mihi? Nonne tu dicis: „Conserv me domine"? Ita vere morior, sed resurgam, et eri mihi hereditas mea dulcissima. Dicit autem plural

[illegible]tur „funes", quod ecclesia tota, cum sit una, dispersa [illegible] est per orbem propter ministerium verbi et baptismatis, cum unus omnibus non queat ministrare, [illegible] singuli funes sint singulae ecclesiae, in quibus idem Christus, idem baptisma, idem verbum est. „Ceciderunt", quia non humano studio et opere, sed virtute gratiae Dei multiplicantur fideles Christi, suntque nobis omnes fortuiti, et quos praevidere nequieramus, qui convertuntur, sicut dicit Isaiae 49.: „Et dices in corde tuo: „Quis genuit mihi istos? ego sterilis et non pariens, et istos quis enutrivit?" Sic enim et hic Christus omnia ex patre accipere se ostendit sine sua [illegible]ra, et cecidisse ei quasi sorte funes istos in dulcissimis.

Nec hoc sine emphasi est, quod dicit: „Ceciderunt mihi," et: Speciosa mihi, seu ad me, totum scilicet contra larvam eorum, qui ecclesiam secundum externam faciem metiuntur, et locis affigunt temporalibusque dioecesium limitibus definiunt. Sic enim hodie ecclesiam alia majorem dicimus terreno spatio et populi multitudine, cum revera sit solum fide, spe, caritate sive magna sive pulchra sive fortis, imo quia in oculis Christi est jucunda et formosa (ut hic dicit), intelligitur per antithesin esse mundo et sibi amara et deformis, sicut ait: „Nigra sum, sed formosa. Nolite me considerare, quod fusca sum, quia decoloravit me sol," id est, Christus subjicit me cruci et malis, et sic externe sum nigra, interne formosa. Oportet enim eum, qui vult Christo placere, sibi displicere, sibi obscurum esse, si Christo praeclarus esse velit. Qui enim sibi placet, pertinet ad conventicula sanguinis et carnis.

Ut quid ergo praesumimus in mundo et carne magni esse, episcopus super episcopum, ecclesia super

ecclesiam, cum Christus hic non in hoc probet ecclesiam, quo in oculis hominum videri potest, sed in eo, quod ipse videt, id est, in fide, quae eam humiliat sub omnibus et crucifigat? Sed sinamus, hierarchia nostra nomen habet sacri principatus, ideo pertinet illuc: „Nec memor ero nominum eorum per labia mea.“ Opera enim hominum sunt, ideo hominibus placent.

Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum, insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Hiero. et Heb. sic: Benedicam dominum, qui dedit mihi consilium, insuper et noctibus erudierunt me renes mei. Magnum certe et arduum hic signatur opus, quod est esse consiliarium, hoc est, qui in morte et passionibus, cum undique angustiatur et pavet, sciat, quid sit ei faciendum, quo fugiendum. Qui enim hoc consilio carent, fugiunt, et non effugiunt. Unde Isaiae 7. [11.] componit consilium cum fortitudine, dicens: „Requiescet super eum Spiritus sapientiae et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiae et timoris domini,“ quod, nisi consilio polleas, nulla fortitudo subsistet in morte. Itaque non solum hoc donum Dei est, tulisse mala et mortem, sed etiam nosse, quomodo ferenda sint, et unde petendum, sicut Sap. 9.: „Et ut scivi, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det.“ Et hoc ipsum erat sapientia scire, cujus hoc donum esset.

Quod ergo fuit consilium Christo donatum? Utique quod non fugit in morte, non retro abiit, sed dixit: „Conserva me domine,“ tradita in manu Dei tota sua causa. Ita enim solemus exuberanti affectu

gestire a periculis erepti, non tam quod erepti sumus, quam quod nos ità gesserimus, ut eripi possemus. Ibi jucunda narratione recitantur evitata pericula, repulsi casus, frustratae insidiae hostium, et omnia illa studia sollicitudinis, quae prudentes nos fecerant*) in periculo praesenti. Ita Christus quoque gloriatur sese prudentem fuisse in malis ferendis, idque divino munere, quod blasphemiis non responderit, mortem non fugerit, et nullis verbis aut factis moveri se permiserit. Dulce est enim ejus meminisse, quo te sentis fuisse adjutum.

Inveniuntur sane, qui, cum valent, recte consulant aegrotis, et extra periculum nihil non sapiant, neminem non docere possint, at ubi adscendunt fluctus in coelum et descendunt in abyssum, anima eorum in malis tabescit, turbantur et commoventur sicut ebrii, et omnis eorum sapientia devoratur, ut Ps. 107. dicitur, ut nemo magis indigeat consilio, quam ii consiliorum principes. Proinde insigniter et excellenter hic elucet divina misericordia, quae in tempore tantae necessitatis prope est, et illustrat cor pavidum, inops et egenum consilio, quod supra rogavit, dicens: „Conserva me domine.“ Eo enim consilio servatur anima in medio isto umbrae mortis. Sed et ipse, quale fuerit hoc consilium, sequente versu dicet.

Ex iis intelligi potest, quomodo nostra translatio ad eundem sensum queat aptari, ut intellectus sit id ipsum consilium, quo intelligat, quid faciat et omittat in medio malorum, ne offendat Deum, sed unde gaudeat, exsultet, benedicatque dominum ereptus.

Sed quid est: Insuper noctibus erudierunt me renes mei? Qui sunt renes Christi, qui eum sive emendant, ut Aug. legit, sive increpant, ut noster,

---

*) In edit. princip. leg.: fecerat.

sive erudiunt, ut Hierony. et Hebraeus? nisi illud apostoli Heb. 5. velit: „Didicit ex his, quae passus est, obedientiam, et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae.“ Et illud Matth. 26.: „Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma.“ Licet enim esset plenus consilio, sensit tamen reluctantem ei consilio naturam infirmitatis nostrae, qua lucta experimento didicit obedire, sicut et nos, eo magis erudimur, quo tentationibus magis impetimur, si prudenter et consulte eas ferre poterimus, ut quod videtur contra promtum consilii spiritum facere, ubi victum fuerit, invenitur eum magis excitasse ac vegetiorem reddidisse, sicut Paulus gloriatur 2. Cor. 12.: „Cum infirmor, fortior sum, nam virtus in infirmitate perficitur.“ Et Ps. 68.: „Infirmata est, tu vero perfecisti eam.“

Ita renes Christi, etiamsi sancti et immaculati, tamen infirmi exhorruerunt quidem passionem et mortem, cum magis vivere et bene habere cupiat infirma natura, tamen hoc horrore consilium cogebat magis vigilare et sollicitum esse pro iis, quae Dei erant. Dictum est supra Ps. 7. renes significare delectationes seu vim concupiscibilem, quae tristitias odit, delicias ac quietem amat, quae in omnibus hominibus, etiam Christo facit, ut dura et amara sit passio et mors, quam spiritu consilii et fortitudinis oportet superari.

Insigniter addit: noctibus, melius quam nos „usque ad noctem“, ubi licet noctes allegorice possint accipi pro adversitatibus, nam renes seu vis concupiscibilis, si desint adversitates, nihil erudiunt, quia non urget nec urgetur, ut sit proprium ejus in tentationibus erudire et excitare spiritum, tamen nos hic simpliciter sine allegoria tempus nocturnum accipimus, quod aptum est pavoribus et terroribus omnibusque Dei occultis *operationibus*, ut sic tempus respondeat et operi.

Sic legimus Gen. 15. post occasum solis invasum se Abraham tenebroso et magno horrore, et 32.: Iacob luctabatur durissime cum angelo usque mane." Ps. sequente: „Probasti cor meum, et visitasti ete." Sicut enim nox est optimum tempus ad oran-m, sicut Christus frequenter orasse nocte legitur, et ad meditandum et omnia divina patiendum. t et Christus suum pavorem coepit cum noctis initio. Job. 4.: „In horrore visionis nocturnae, quando let occupare sopor homines, pavor tenuit me et tre-ir, et omnia ossa mea perterrita sunt etc." Multa scripturis talia legimus. Nox enim, quia tunc homo cat et omnia silent, reddit hominem aptissimum rationibus illis divinis, hoc est, passionibus internis, ae sunt pavor et horror mortis, quibus vehementer ditur spiritus hominis, si prudens fuerit et susti-erit. Unde et in proverbium ista cessere prophetae e, qui sine dubio multa experientia ista sibi cognita itur, sicut dicit Ps. 91.: „Non timebis a timore eturno," non exprimens, quid sit timor nocturnus, ed experientia solum cognoscatur. Qui plura de is noctibus velit allegoricis, Taulerii sermones legat.

rovidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Hic aperit mysterium consilii sui, pro quo domi-n benedixit, scilicet, quod dominum solum propo-erit in conspectu suo, sed talem, qui sit a dextris s, ne commoveatur, id est, propitium et misericor-m, quod principium Psalmi indicavit: „Conserva domine, quoniam speravi in te," hoc est, quod in perioribus toties dictum est, neminem posse susti-re passionem aut mortem, nisi hoc consilio utatur,

et dominum quam potest misericordissimum sibi praefigat, sicut Sap. 1. dicit: „Sentite de domino in bonitate." Et Ps. 3.: „Multi dicunt animae meae: Non est salus in Deo ejus. Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea etc." Et Ps. 26.: „Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui in veritate tua." Diximus enim objectum spei non esse nisi puram et immeritam Dei misericordiam, gratuito promissam, et ab indignis invocandam, ideo pessimos istos et daemoniacos esse consultores, qui passis aut morientibus vel peccata inculcant, aut satisfactionibus et bonis operibus propositis Deum velut exactorem eis proponunt. Non dedit illis dominus hoc consilium, sed Satan, ideoque desperationi et blasphemiae propiores fiunt, quam benedictioni et gratitudini.

Heb. et Hieron.: Proponebam dominum in conspectu meo semper. Facit autem haec propositio domini cor animosum, hilare et spontaneum ad omnia bona opera facienda et mala ferenda, et ab hoc proposito, sicut saepius dictum est, ordienda est bona vita et bonum opus. Quid enim non libentissime faceret et auderet, qui confidit sese placere Deo, et dominum esse sibi faventem ac propitium? Quod peccatum quantumvis blandum non contemneret eadem fiducia in Deum nixus? Vere non facit nec facere potest malum haec fides, sicut nec vinci ab ullo malo. Nemo credit, quam retrahat a malo, et moveat ad bonum ista fiducia, nisi expertus. Quare hoc versu ipsam naturam, affectum et opus fidei, quae est in Deum, nobis pulcherrime pingit spiritus. Quid est enim fidere in Deum, nisi proponere sibi firmiter dominum esse a dextris ejus, ne commoveatur? Et qui *manet in* eo proposito, quomodo non semper bene vi-

et operabitur? Quis turbo malorum eum subver-
Fundatus est supra firmam petram.
Inde Hebraeus verbis emphaticis utitur. Primo,
bam", ponere enim firmitatem ac fundamentum
ut fidem ostendat esse affectum constantem ac
imum, qui nullo tempore nutet aut vacillet.
einde, „dominum," non enim fides est in nostra
imo ullam creaturam, sed in solum Deum, unde
ologica virtus vocatur, quia circa divinam mise-
am versatur, mala vero conscientia et impietas
eccatum proprium et liberum arbitrium.
ertio, „in conspectu meo", ubi fidei vivacitatem
ilantiam exprimit, non enim, ut illi somniant,
est habitus in anima subjectus et stertens, sed
no et directo intutu in Deum versus, unde fit,
sit auctor et origo operum, imo primus et no-
s in omnibus operibus bonis et tota vita.
Semper" addit propter utrumque tempus, quia
empore pacis bona facit, tempore belli mala
, nunquam otiosa, imo semper negotiosissima.
emus, quam egregius dialecticus sit David, qui
Dei tam propria definitione disserit. Et quid
unt omnes Psalmi, quam quaedam diffinitiones
pei et caritatis? Per hos enim affectus versan-
versi et singuli, ostenduntque fidem, spem et cari-
esse proprie quosdam optimos et divinos affectus.
Quoniam a dextris meis est," id est, in occultis,
tu praesens est, dum a sinistris, in aperto, in
ne persequuntur inimici. Eadem sententia Ps. 20.
„Et in potentatibus salus dexterae ejus,"
dextera ejus potenter servatur, quantumlibet
ur sinistra ejus. Ita et hic derelinquitur Chri-
infirmitate a sinistris, sed suscipitur in virtute
ris ejus. Dexterae et sinistrae tropo utitur

scriptura pro interiore et exteriore homine, ut Christus Matth. 6.: „Te faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit in abscondito eleemosyna tua," ubi se ipsum exponit, eleemosynam esse in abscondito dexterae, esse in aperto sinistrae tribuens, de qua re alias forsan plura.

„Ne commovear," non dicit: ne tangar, ne tenter, ne sentiam. Nam fides potens affectus est, exerceri vult et quiescere non potest nec sinitur, verum victor manet semper et non movetur, non deturbatur. Haec est enim victoria nostra fides, ut 1. Johann. 2. [5.] dicitur nostra, et Paulus dicit nos a Deo semper triumphari (id est, triumphatores fieri) in Christo.

Propter hoc laetatum est cor meum, et exsultavit lingua mea, insuper et caro mea requiescet in spe.

Hoc est, quod dixi, ad fiduciam istam cordis bonam de Deo infallibiliter sequi laetitiam cordis et dulcissimum affectum erga Deum et omnem creaturam. Sic enim credenti Spiritus sanctus diffunditur in cor, quo rursum cor hominis diffunditur et dilatatur in omnem promtitudinem omnia gratuito faciendi et patiendi, tam coram Deo quam hominibus. Ibi inimicos non minus quam amicos diligit, efficiturque libens omnium servus, ut omnibus queat prodesse, sui ipsius non modo incuriosus, sed etiam prodigus factus. Sic Ps. 4. cum dixisset: „Signatum est super nos lumen vultus tui domine," mox secutus dicit: „Dedisti laetitiam in corde meo," itidem duo ista connectens, fidem et laetitiam cordis, sicut et hoc loco facit.

Ad hanc autem laetitiam mox sequitur laus, praedicatio, gratitudo et jactantia divinae misericordiae, *idque* cum summo cordis gaudio. Ideo non simpliciter

it: Confitebitur lingua mea, sed „exsultabit", id
, exsultans et tripudians loquetur. Quem affectum
raeus etiam altera nominis epitasi et emphasi sic
uitur: Exsultavit gloria mea. Nos „lingua" pro
ia habemus, videturque mihi David hoc sibi prae
ris proprium habere, ut gloriam suam appellet vo-
n et exteriorem laudem et jactantiam, in qua non
Deum glorificet, sed prae teneritudine affectus
i glorietur in ea glorificatione. Sic enim loquitur
106.: „Ut confiteamur nomini sancto tuo, et
emur in laude tua." Et 30.: „Ut cantet tibi
a mea, et non compungar, domine Deus meus in
num confitebor tibi." Et 108.: „Cantabo et psal-
in gloria mea." Et 57.: „Exsurge gloria mea,
rge psalterium et cithara, exsurgam diluculo."
In his omnibus claret, gloriam meam esse idem,
canticum meum, vel vocem meam, qua gloriatur
lorificat. Quare et hoc Psalmo cavere debemus,
gloriam suam Christus credatur appellare famam
, sed potius officium, quo in Deo gloriatur, imo
ans et laetus Deum glorificat, nec memini hoc usu
iam meam alibi legisse in scripturis. Itaque erumpen-
aetitiae et exuberantissimi affectus haec verba sunt,
l iterum experientia docet, non lingua nec calamus.
An autem ista omnia in Christi persona dicantur
tempore passionis suae, quaeri potest? Si enim
ederimus, manifestum est Christum in media pas-
e summa fuisse exsultatione gavisum, ut haec
a Psalmi probant, de qua re multi multa quaesie-
, et nescio, an invenerint. Ego vero arbitror non
necessarium ad tempus passionis referri, prophe-
enim neque ordinem rei gestae a Christo servant,
e omnia uno loco canunt, multaque in medio re-
unt. Nec est necesse rem gestam ordine texere,

dum prophetia in persona Christi aut alterius formatur. Satis est omnia vera dici, ordinemque rebus gerendis relinquere. Nec evangelistae ubique ordinem servant.

Estque celebrata regula scripturae intelligendae, praesertim propheticae, multa dici per anticipationem et recapitulationem. Ita et hic, dum Christus sese confitetur in patre laetum esse et gloriari et praedicare, tacitis omnibus operibus et virtutibus, quas in eodem gaudio fecit, ad ultimum transilit, ac si dicat: Non modo praedicabo et glorificabo, verum etiam ut taceam opera et virtutes et totam vitam meam, libens etiam moriar, et eadem fiducia certus sum, quieturam quidem carnem meam mortuam, sed in spe et exspectatione certissimae resurrectionis.

Verbum hebraicum „requiescet" idem est, quod praecedenti Ps. dictum est: „Requiescet, seu habitabit in monte sancto tuo," unde Hieron. hic vertit: Caro mea habitabit confidenter, significatque, ut dictum est, quietam et pacificam habitationem, quasi illud Ps. 4. dicat: „In pace simul dormiam et requiescam." Alia quoque significatione significat sepelire, Ps. 7.: „Et gloriam meam in pulverem deducat," id est, sepeliat, ut possit etiam sic verti aut saltem intelligi: Caro mea sepelietur in spe. Verum Petrus Act. 2. hunc versum non juxta Hebraeum, sed juxta LXX. citat, nec sepeliendi verbum, nec gloriam meam tangens, sensum tamen neutra translatio vitiat.

Igitur nova est haec prophetia de nullo antea audita. Unus enim hic et solus Christus generalem illam totius generis humani dirumpit poenam, Gen. 3. statutam: „In pulverem reverteris," neque de ullo alio scriptura tale quid loquitur, etiamsi pie opinemur idem de virgine gloriosa et s. Johanne. Scriptura *omnes pulveri* tradit. Solus hic novo et vere aureo

מְ laetissimum affert nuntium, carnem suam non in
orem ituram, sed in pace morituram et exspectaturam.
Singula ergo verba et aurea sunt et ponderanda.
a caro", scilicet suam unicam excipiens ab om-
carne, quorum nulla mansit aut quievit, sed
s omnium abiit in pulverem, ubi mortem indicat,
separato spiritu vere sicut omnium aliorum mor-
fuit. Ingens ergo miraculum, similiter mori et
similiter corrumpi. „Et caro requiescet," id est,
si sepelietur, sicut et aliorum, tamen quietem et
a habebit, non enim tangetur ulla putredine aut
e, quae pax et quies nullius est alterius carnis.
pe", non enim in finem ita quiescet, sed exspec-
, ut rursum excitetur et vivat. Ecce quam pro-
verbis Christum praedixit resurrecturum, quo in-
se clarissimam et plenam habuisse cognitionem
ti morituri et resurrecturi, et merito hunc lo-
apostoli insigniter prae ceteris extulerunt.

niam non derelinques animam meam in
erno, nec dabis sanctum tuum videre
corruptionem.

Explicat, quod dixerat: „Requiescet in spe."
est spes, scilicet, quod non derelinques nec cor-
i sines, hoc est, absque dubio suscitabis. Et
t dici, non spiritum meum, sed „animam meam",
נַפְשִׁי, quod anima pro vita in scripturis accipi
t, seu pro anima, in quantum vivificat et vegetat
s, ut ostendat spiritus Christum vere ad vitam
ralem revocandum esse.
„Sanctus" hoc loco חָסִיד est, qui gratia spiritus
ificatus est, et Christus proprie et passim in
turis appellatur sanctus Dei, sicut Christus do-
Nec invenitur in singulari numero facile ullus,

qui sanctus Dei dicatur, seu sanctus tuus
Christum solum, quem et hic solum praedi(
Hebraismum illum notum existimo, videre co1
pro corrumpi, sicut videre mortem pro mori, 1
mortem pro non mori, ut est apud Lu
Joh. 8., quo forte scriptura utitur ad indica1
nam virtutem, cui omnia vivunt et nihil perit a1
pitur, sed nobis perimus et nobis morimur ac cor

Sensus ergo apertissimus est, per apost
copia, et diligentia explicatus. Verum et l
runt homines, de ingeniis suis nihil non prae
disputare, an Christus secundum animam seu
tiam fuerit in inferno, et quid sit eum fuisse i
Magna pars ausa est spiritui contradicere,
Christi non fuisse in inferno, nisi per effectu
scilicet glossatores verbi Dei, „animam mean
effectum animae meae, „non derelinques in
„Descendit ad inferos," id est, effectum f
inferos. Verum contemtis his frivolis et im
verba prophetae simpliciter dicta simpliciter
mus, et si intelligere non possumus, fidelit
mus. Major est hujus scripturae auctorita
totius humani ingenii capacitas, ait Aug. V
anima Christi secundum substantiam descen(
feros, quid autem fuerit aut sit iste descensu
nondum esse revelatum satis, saltem omnibus

Petrus Act. 2. dicit: „Quem Deus s
solutis doloribus inferni," seu, ut Graecus ha
tis, in quo videtur significare, doloribus m
inferni Christum fuisse solutum in resurrecti
dolores mortis et inferni pro eodem ego ha
fernus enim est pavor mortis, id est, sensu
quo horrent mortem, et tamen non effugiunt
nam mors contemta non sentitur, estque velut

demus autem scripturam duo loca tribuere mortuis, veam corpori et infernum animae. At Petrus hic n dicit, solum infernum seu mortem esse soluta in nristo, sed dolores inferni seu mortis, quia, etsi ulti sancti in sepulchro et inferno absque dolore isse credantur, qui et in pace mortui sunt, tamen hristus, sicut cum summo dolore mortuus est, ita detur et dolores post mortem in inferno sustinuisse, t nobis omnia superaret.

Ita ego interim verbis Petri inhaerebo, donec me- ra doctus fuero, ut Christum prae ceteris omnibus n solum mortem, sed etiam dolores mortis seu in- mi sensisse credam, caro quidem ejus requieverit in pe, sed anima ejus infernum gustaverit, atque hoc esse, ed hic dicit: „Non derelinques animam meam in inferno."

Istae autem negativae: „Non derelinques, nec bis etc.", vehementiores sunt affirmativis, et robu- tius resurrectionem testantur, quam si dixisset: Edu- s de inferno animam meam, et servabis sanctum um, sicut ibi: „Maria optimam partem elegit, quae n auferetur ab ea," id est, certissima manebit. Ita ic: „Non derelinques," id est, velocissime reduces. Et non dabis sanctum tuum videre corruptionem," id st, festinabis me reducere in sanitatem et vitam cor- oris. Videtur enim mihi spiritus in his verbis simpli- iter loqui et magis ad tempus respicere, quam ad lo- m vel aliam circumstantiam, ut sit sensus: Non de- linques me tanto tempore, quanto naturaliter solent rrumpi cadavera, sed intra tempus, quo solent inci- re corrumpi, me suscitabis. Alioquin possit sermo deri de aliquo dictus, qui usque in diem judicii per raculum in inferno et sepulchro servaretur incorrup- s, quamvis nullus ita sit servatus, saltem ante Chri- um, de quo haec primo loquitur. Etsi enim sunt

(ut in Aegypto) corpora myrrha, quae contra pu factionem valet, peruncta et servata, caro tamen sumta est et exhausta, contra quod hic dicitur: „ mea requiescet in spe."

Notas mihi fecisti vias vitae, adimple me laetitia cum vultu tuo, delectatio in dextera tua usque in finem.

Hieron.: Ostendis mihi semitam vitae, pleni nem laetitiarum ante vultum tuum, decores in dex tua aeternos, ubi videtur ab uno verbo ostendis accusativos regi, quorum unum noster mutavit in bum „adimplebis", et tertium in nominativum „de tationes". Nihil tamen de sensu perit, nam et Pe Act. 2. nostrum sequitur.

Describit autem gloriam resurrectionis tribus tibus, vita immortali, laetitia interna, et jucundi aeterna. Via vitae dicitur, quod sit a morte ad tam, quasi illud apostoli Ro. 6. dicat: „Christus surgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra dominabitur." Christus enim antea non nov viam vitae experimentaliter, cum haec vita sit no via mortis, seu cursus potius ad mortem, sed re gere ad vitam immortalem, hoc vere est nosse v vitae, quod solius est virtutis et dextrae Dei, hic dicit: „Notas mihi fecisti vias vitae," et Ps. „Quis est homo, qui vivet, et non videbit mor eruet animam suam de manu inferni?" quasi di nullus. Sic Ps. 68. vocatur dominus dominus ex mortis, et Deus salvos faciendi, quod absorpta m per victoriam, educat in vitam aeternam, sicut pr sit Oseae 13.: „De manu mortis liberabo eos, morte redimam eos. Ero mors tua, o mors, mo tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab o

meis, quia ipse inter *fratres* dividet. Adducet ventum urentem dominus de deserto adscendentem, et siccabit venas ejus, et desolabit fontem ejus," id est, peccatum, quod est vena, fons, stimulus virtusque mortis etc.

Laetitia interna, quam Hiero. plenitudinem laetitiarum ante vultum Dei non male intelligit, ea est, qua videtur Deus Deorum in Zion, sicuti est, et facie ad faciem, ubi est satietas plena cordis nostri, ut digna emphasi plenitudo laetitiarum appelletur. In hac enim vita ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, ita ex parte laetamur, et omnia ex parte habemus. Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est, 1. Cor. 13., ubi non miscebitur risus dolori, nec luctus consolationi, sicut necesse est in hac vita fieri, dum peregrinamur a domino, et per speculum videmus in aenigmate.

Quare laetitiam hujus vitae laetitiam aenigmatis, illius vero laetitiam vultus seu faciei domini appellare possumus. Sic enim hebraice sine praepositione „cum" et ante dicitur: „Plenitudinem laetitiarum faciei tuae," ut „plenitudinem laetitiarum" e facie et revelata gloria Dei pendere intelligamus, sicut Ps. sequente dicet: „Satiabor, cum apparuerit gloria tua." Et Christus Joh. 14.: „Qui diligit me, diligetur a patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum." Haec est laetitia aeterna, quia plenitudo laetitiarum, cum laetitiae in hac miseria sanctis impartitae sint stillae quaedam et tenues praegustus, qui cito transeant, plenitudo autem revelata facie Dei perfecta est manens in aeternum. „Haec enim est vita aeterna, ut cognoscant tè solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum," Johann. 17.

„Jucunditates in dextera tua in finem," quas Hierony. decores *aeternos* posuit, significare mihi vi-

dentur dotes reliquas corporis et animae, et omnium rerum, seu, ut nostri vocant, objectivas delectationes, quas Christus ex sua gloria habet. Sicut enim in sinistra Dei, id est, in hac vita in omnibus est tristatus, ita in dextera, id est, futura vita in omnibus delectatur. Qui enim in Dei visione beatus est, in omnibus simul jocundatur, nullum hic triste spectaculum, sed omnia jucunda, omnia cooperantur, applaudunt, favent, arrident, sicut canit Lactantius: Ecce renascentis testatur gratia mundi, omnia cum domino dona redisse suo.

Eadem hic dictio est foeminino genere נְעִמוֹת, quae superius masculino בַּנְּעִמִים posita est: „Funes ceciderunt mihi in pulchris" seu jucundis, utrobique Christi jucunditatem in rebus extra Deum exsistentibus docens. Ac Hebraeus ultimam dictionem נֶצַח, quod nos „in finem", Hiero. aeternos reddidit, ambigua constructione habet, ut ad omnes tres partes queat aptari, ad vias vitae, ad plenitudinem laetitiarum, et jucunditates in dextera Dei, ut singulas aeternas accipere possimus, vel ad solas jucunditates, quas decores Hiero. vocat, forte quod decoris et formosis delectemur et jucundemur. Haec erunt, cum corpora nostra, coelum et terra in novam creaturam mutabuntur in fine mundi, ubi omnia erunt jucunda et dulcia. Interim „exspectatio creaturae ingemiscit et parturit, donec et ipsa liberetur a corruptione et vanitate in libertatem gloriae filiorum Dei." Ro. 8.

„Dextera Dei" (ut diximus) futuram vitam, seu eam, quae est in conspectu Dei, significat, quae nunc incipit per fidem, consummanda per speciem, amen. Videmus ergo, hic Ps. unus omnium quam clare resurrectionem et gloriam resurrectionis praedicet, ut merito מִכְתָּם, aureolus dictus sit David, qui hoc loco insigniter suam in rebus divinis cognitionem signavit.

D. MARTINI LUTHERI
EGETICA OPERA
LATINA

CURAVIT

. JOAN. CONRAD. IRMISCHER,

AE NEOPOLITANAE ERLANGENSIS PASTOR ALTER.

VOLUM. XVI.

ENS OPERATIONUM IN PSALMOS TOM. III.

ERLANGAE
UMTIBUS CAROLI HEYDERI.
MDCCCXLVI.

PERATIONES

F. MART. LUTHERI

PSALMOS, VITTENBERGENSIBUS HEOLOGIAE STUDIOSIS PRONUNTIATAE.

VOLUMEN III.

PSALMUS DECIMUS SEXTUS.

heb. XVII.

Oratio David.

Novus titulus, „oratio David," quo satis indicatur Psalmi materia, quae mihi non dissimilis videtur i, quae Psalmo quinto et multis aliis tractatur, generalis scilicet querimonia populi justi adversus neatissimos persecutores spiriticidas, hypocritas, cum quibus ei assidue bellum est, sicut inter Jacob et Esau, de justitia et verbo veritatis. Itaque ex praedictis saepius tractatis facilis erit et hujus Psalmi sensus.

Exaudi domine justitiam meam, intende deprecationem meam, auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

Magnum affectum et lacrymas multas indicat r repetita et ingeminata petitio, quia revera spiritales homines magis urit dolus, quam vis impiorum, uod vim manifestam licet cognoscere et periculis gnitis utcunque occurrere, at dolus ante perdit, uam intelligatur. Unde et Paulus 2. Cor. 12., cum ixisset: „Quis infirmatur, et ego non infirmor? randius in scandalum dixit: „Quis scandalisatur, et

ego non uror?" Non ait „infirmor", sed „uror", quod minus sit cum infirmantibus, id est, patientibus pati, quam propter scandalisatos uri. Et Act. 20. protestatur sese per triennium non cessasse cum lacrymis monens unumquemque, ut caverent a lupis rapacibus, qui post discessionem ejus erant intraturi et locuturi perversa. Et Phil. 3.: „Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusione."

Si sic prophetae, sic apostoli arserunt et fleverunt super sui temporis hypocritis, quando spiritus adhuc plenior erat in ecclesia, quid non metuendum nobis? Quae lacrymae nobis esse possunt satis in his perditis temporibus, tantae securitatis, in quibus daemones mortuos esse aut dormire credimus, cum regnent horrenda tyrannide, nomine Christi et sanctorum in suas partes rapto et jactato? Verum praedicta sunt satis abunde talia tempora, nos autem insensati sumus, et sicut Judaei, ignorantes implemus ipsi omnia, quae praedicta nobis sunt ab apostolis, praesente impietate, quae futura esse de aliis somniamus. Vae saeculo huic novissimo et pessimo!

Heb. sine pronomine „meam" absolute dicit: Exaudi domine justitiam, quo verbo, ut judaicas tenebras omittam, qui Davidem hic jactatae justitiae peccato meruisse fingunt, ut postea caderet in peccatum adulterii, etiam nostri offensi sunt, ut soli Christo hanc vocem tribuerent. Mihi autem vehementior est petitio, quod absolute petit justitiam exaudiri, quam suam justitiam. Ostendit enim hoc versu paene per singula verba, quos intutus sit, et unde motus, ut sic

ituaret. Intutus enim est multitudinem et magnitu-
em hypocritarum, qui sibi solis, ut omnia bona
ra et justitiam, ita et orationem et misericordiam
i arrogant, cum tamen omnia haec dolose et in
eptionem plurimorum imbecillium nonnisi simulent,
remedio alio non queat rebus veris succurri, quam
tione lacrymosa, quae Deum provocet, ut justi-
m seu id quod vere justum est, seu justam cau-
n, qualis est fides, verbum et opera fidei, audiat,
scipiat et defendat contra impiam et noxiam illorum
ulationem. Est ergo affectus pietatis et caritatis
smodi: Etsi ego indignus sum, qui peto, tamen
a causa, cum sit verbi tui et fidei causa vereque
titia, digna est, quam non sinas opprimi in decep-
nem infelicium animarum, quas lupi illi rapaces suis
tis verbis vorare non cessant.

Sunt, qui velint sic vertere: Exaudi domine ju-
itiae, sicut Ps. 4.: „Exaudivit me Deus justitiae
ae," quod judicio cujusque relinquo. Hebraeus qui-
m textus non resistit, ego tamen priore sensu con-
ntus sum. Reliquae duae: „Intende deprecationem
eam, auribus percipe orationem meam," ad modum
almi quinti intelligamus. Quid deinde intersit inter
ationem et deprecationem, Ps. 6. dictum est satis.

„Non in labiis doli, seu dolosis." Manifeste hic
cusat hypocritas, quorum et dogmata et orationes
biis dolosis deputat. Potest autem et asserentis et
tantis esse, hoc modo: Ideo nos exaudi domine
ia tu nosti cor nostrum, quod non est dolus in la-
is nostris, sicut oramus ore, ita sentimus corde, et
ut docemus, ita simpliciter vivimus, cum illi contra,
il non simulent, vel hoc modo: Exaudi domine

justitiam, et fac, ne et nos sicut illi dolosis labiis tum oremus tum doceamus. Ita videmus hic micare zelum et odium hypocrisis, quam sancti tanta detestatione deprecantur et accusant.

De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant aequitates.

Judicium hoc loco non arbitror esse sensum seu acumen illud ingenii, quo de omnibus recte malevo sentimus, ut aliquibus visum est, sed ipsam causam, de qua disceptant partes adversariae. Quomodo Ps. 140.: „Ego cognovi, quoniam faciet dominus judicium inopis et vindictam pauperum.“ Et Job. 23.: „Proponat aequitatem contra me, et ad victoriam perveniet judicium meum.“ Et 31.: „Si contemsi subire judicium cum servo meo, cum disceptaret adversum me.“ „Judicium mortis est viro huic,“ „non est viro huic judicium mortis,“ dixerunt de Jeremia, ejusdem 26.

Est ergo sensus: Justitia causa mea et judicium meum, obsecro, ut exeat de conspectu tuo, quia coram et in oculis tuis scio justum esse, quod in oculis hominum damnatur tanquam impium et iniquum. Quare fac, ut quale est coram vultu tuo te judicante, tale fiat revelante te etiam coram hominibus. Non manent judicium causae meae tale, quale egreditur a conspectu hominum damnatum, quia ut Abacuc. 1. dicitur: „Ab eo conspectu egreditur judicium perversum, et non pervenit ad finem judicium, laceratur etiam lex.“ Quae verba et hodie orari oportet adversus haereticae*) pravitatis inquisitores, et tyrannos ecclesiasticos, a

*) In edit. princip. leg.: haereticos.

norum conspectu non egreditur veritatis judicium, nisi damnatum. Neque enim et ipsis resisti potest, nisi querulosa et lacrymosa oratione. Idiotismum hunc satis notum arbitror, egredi judicium, egredi sermonem, egredi verbum, egredi causam etc.

„Oculi tui videant aequitates," heb.: rectitudines, seu id quod rectum est, de quo superius abunde Ps. 9. Damnat enim propheta hypocritas sanguinarios pravitatis, hoc est, quod in omni causa quaerunt, quae sua sunt, ideo justorum causam, cum quaerat, quae Dei sunt, damnant, ut suas pravitates statuant. Sic enim oculi hominum respectum habent et intendunt in pravitatem. Sed tui, o domine, oculi, cum non videant, nisi quod rectum est, ostende et id ipsum coram omnibus, quod facies, si causam meam defendas et illorum opprimas, donec enim id non feceris, illi jactant sine fine superbientes, oculos tuos respicere ad se et ad suas pravitates, tanquam rectitudines, ac negligere et abominari nostram rectitudinem, tanquam pravitatem.

Est autem idem hujus versus sensus, qui Abacuc. 1.: „Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, et respicere ad iniquitatem non poteris. Quare ergo respicis super iniqua agentes, et taces devorante impio justiorem se?" Ita iterum aliud esse Dei, aliud hominum respectum ostendit, et aliud esse, quod in oculis hominum, et aliud, quod in oculis Dei judicatur.

Simul observemus, ut dixi, non viribus nostris neque sapientia nostra esse nitendum. Nemo enim unquam perversum hominem verbis aut sapientia vicit, nec fidei causam suis viribus ullus unquam defendit,

ut in omnibus haereticis monstratum est, quando apostoli, nec prophetae, neque adeo ipse Christus hypocritas potuit superare, cum impii etiam vi victi esse nolint. Quid ergo nos praesumerentis miculi contra antichristos omnium robustissimos sine hostes omissa oratione querulosa praestare?

Dixi superius aequitatem abstractum nostro in preti placuisse, pro rectitudine, cum tamen ubi non aequum, sed rectum transferat in conc Aequitas magis ad moderationem legis pertinere permittatur, quam ad rectitudinem, quae perfecta plenitudo est.

Probasti cor meum et visitasti no igne me examinasti, et non est invent me iniquitas, ut non loquatur os m opera hominum propter verba labior tuorum ego custodivi vias duras.

Hebraeus non parum dissonat, quem Hier vertit: Probasti cor meum, visitasti nocte, co me, non invenisti cogitationes meas transire os in opera hominum propter verba labiorum tuorum observavi vias latronis. Sed quis erit sensus? Hierony. omisit adverbium negandi ante verbum ire, nec servat distinctionem versus hebr Nostra autem translatio, etsi abundet suo Hebraeo tamen an quadret videbimus, non quod damnandum censeam, aut ecclesiam Dei calu velim, quod usa sit hac translatione tanto te Quid enim nocet verbis male redditis alium se quam sit nativus, in ecclesia haberi, modo sit quando multa sunt optime quoque reddita, q

sensum nondum habuit et explicavit ecclesia,
t prophetiae Christi et apostolorum de novissi-
mporibus. Quis enim in ecclesia intelligit illas?
en verba sunt proprie reddita. Quin quis dubi-
clesiam habere sensum proprium hujus loci,
ignoret eundem hoc loco significari? Id quod
is aliis quoque accidit. Quid enim non habeat,
iritum Christi habet? cui non sit necessarium
locum spiritus in scriptura nosse.
ec dixerim contra morosos, qui statim, ut ali-
am receptum est, quippiam fuerit inventum,
am ecclesiae interpretantur. Nos aliorum in-
laudamus, sed et nos in partem agri dominici
di, non tantum vescendi gratia, vocatos arbi-
bemus, cum scriptum sit: „Super crescentibus
etera projicietis." Non potuerunt illi omnia,
a et nobis relicta sunt. Alioquin si satis est
cuisse, cur non satis quoque est eos bene
? Si eadem verba sufficiunt, cur non eadem
ra? ut sic tam verbis quam operibus eorum
i, nemo aliud doceat et faciat, quam s. Hiero-
docuit et fecit.
l Psalmum, cujus hos duos versus ad verbum
do: Probasti cor meum, visitasti nocte, con-
e, non invenies, cogitationes meas non transibit
um. Ad opera hominum, in verbo labiorum
, ego observavi vias corruptoris.
priore prius. Petierat, ut dominus judicium et
ejus judicaret, et rectitudinem ejus intueretur,
ia fiducia sic audeat petere, exponit. Ten-
iquit, me variis modis, et probasti, ut scires,
it via iniquitatis in me, ut Ps. 139. dicit, un

quaererem ea, quae mea sunt, sicut et in lege M
Exo. 16.: „Ut tentem eum, utrum ambulet in lege
an non.“ Et Deutr. 8.: „Duxit te dominus per de
tum XL. annis, ut affligeret te atque tentaret.“
tamen invenisti, sed perseveravi in omnibus recti
oculis tuis, semper quaerens, quae tua sunt. I
igitur rectitudinem dignentur oculi tui videre
causam meam judicare secundum conspectum t
cum illi nunquam tentati et probati ea, quae mea su
nulla alia causa damnent et persequantur**), nisi
non intelligunt, suis pravitatibus excaecati e
noxii.

Copia et auxesis illa orationis: Probasti
meum, visitasti nocte, conflasti me, non modo d
generis tentationes significat, sed et ad empl
facit, et magnitudinem affectus monstrat, tanqua
quis in Deum fretus pura conscientia, longo tem
hum usu probatus, et spe firma jam inconfusibili
Ro. 5. apostolus praescribit, taedio tamen adv
partis sua pertinaciter contra eum moventis
plurimos seducentis provocatus, incipiat coram De
fiducia contra illos suam causam justificare, et di
Ecce tu scis domine, quoniam ea, quae dixi et
recta fuere coram te, et tamen impii illi, ac si
nata essent, detestantur, et suis pravitatibus f
plurimos. Tale et Hiere. 17. in se expertu
dicens: „Ego non sum turbatus te pastorem seq
et diem hominis non desideravi, tu scis, quod egre
est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit
sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictio

*) In edit princip. † a.

**) In edit. princip. leg.: persequuntur.

Quando autem hunc versum omnes transeunt, somniare nos oportet, et propria afferre, donec alius attulerit meliora. Prima pars: „Probasti cor meum," mihi videtur pertinere ad eas tentationes, quibus homo exercetur in se ipso, scilicet penuria rerum, aegritudine aliisque rerum et corporis incommodis et periculis temporalibus. Hic enim exploratur homo, an plus in Deum quam in aurum aut quamlibet fortunam confidat.

Altera: „Visitasti nocte," ad spirituales, quibus homo in peccatis, conscientia, timore mortis, pavore inferni vexatur, ut probetur, an plus in sua opera, sapientiam, consilia confidat, quam in puram Dei misericordiam. Diximus enim Ps. praecedente, noctem esse idoneum tempus harum tentationum, quibus proprie Deus ipse visitat et dure arguit.

Tertia: Conflasti, sive igne examinasti, sicut aurum, sit externa persecutio, ubi virulentis linguis infamatur, pessimis nominibus et ignominiis foedatur, sicut Christus in cruce cum sceleratis reputatus, et coram omnibus dignus visus*), qui omnia extrema patiatur, ut undique excoctus et probatus spem, quae non confundit, obtineat, qua audeat in fiducia Dei sese justificare in causa verbi et fidei contra superbos hypocritas, licet non superbiat de justitia et usu perfecto verbi et fidei. Causa enim fidei semper justa et recta est, quantumlibet sive malus sive perfectus sit, qui eam agit.

Non invenies. Hic est medius versus, cui addidit de suo interpres „in me", et ex altera parte

*) In edit. princip. leg.: videatur.

versus „iniquitas", vero quidem sensu, sed confusa distinctione. Nam ea dictio significat et iniquitatem et cogitationem, consilium seu intentionem, qua in corde quippiam statuimus, ut Ps. 10.: „Comprehenduntur in consiliis suis." Potest ergo dici, orationem esse eclipticam: Non invenies, scilicet in me esse viam pravitatis, juxta illud Ps. 139.: „Et proba me Deus, et scito cor meum, interroga me, et cognosce semitas meas, et vide, si via iniquitatis in me est, et deduc me in via aeterna." Ideo enim probat cor, ut videat, an pravum sit, id quod negat apud se inventum. Dicit autem in futuro: invenies, quo ostendit non solum non inventum esse pravum, sed etiam sic perseveraturum proponit, ut nunquam inveniat. Tamen sequente parte implet eclipsin istam.

Cogitationes meas non transibit os meum. Nec fingere quidem possum, cur interpres pro: Non transibit os meum, voluerit dicere: „Ut non loquatur os meum," annectens de principio sequentis versus „opera homnium". Ego etsi non memini in scripturis hoc dictionis genus legisse, quod cogitationes transeat os, opinor tamen sensum esse eundem, qui primo versu dictus est: „Non in labiis dolosis." Transit enim sive praeterit os cogitationes, quando amplius et ultra loquitur, quam cor cogitet, ut cor et os sibi non constent, quod potissimum in vaniloquos et multiloquos magistros mentium deceptores quadrat, qui, ut scandalum crucis non patiantur, quidvis docent, quo hominibus placeant, desiderant enim diem hominis, et volunt hominibus placere, et in eos, qui metu persecutionis aut spe commodi veritatem negant. Inter hos *enim sunt*, quorum cor cum sciat secus rem habere,

huc tamen os eorum transit has cordis cogitationes, patiantur, magna pars connivet et tacet, eodem tu vel spe lucri. Adeo necesse est, ut aut pereat, contradicat, aut Deum offendat, si non contradicat me hominum traditionibus et operibus.

Hierony. pulchre effugit per amphibologiam, ut scias, an voluerit, quod cogitationes transeant os, l os transeat cogitationes, dum verbum indicativum tat in infinitivum d.: Non invenisti cogitationes as transire os meum, confusa distinctione, ut dixi, emisso adverbio „non". Sed verbum est futurum icativum, numero singulari: „Non transibit", sicut: en invenies", eademque ratione perseverantiam comndans. Hunc sensum etiam nostra translatio potest here, scilicet probatum esse, et non inventam initatem in eo, ut loquatur opera hominum, hoc est, llis eum tentationibus eo potuisse cogi, ut relicto ucis scandalo et improperio Christi opera hominum ceret, et hominibus hac iniquitate placeret. „Si enim minibus placeremus, Christi servi non essemus." eo petit exaudiri justitiam et respici ad rectitutem.

Cogitationes idem nomen est, quod Ps. 10.: Comprehenduntur in consiliis suis," quae vulgo vocas proposita seu intentiones, ut Deutr. 19.: „Sicut tri suo facere cogitavit." Et satis acuta urbanaque rasis et: Transit os cogitationes, wenn das Maul ehr wäscht, denn das Herz weifs, vel: Transit, id t, contemnit, insignis enim pravitatis malum est, rdis proprii cogitationes bonas contemnere ob mem verborum et operum hominum. Sequitur alius rsus.

In opera hominum, in verbo labiorum tuorum, ego servavi vias corruptoris. Dictio פָּרִיץ, quam noster „duras", Hieron. latronis reddidit, a verbo פָּרַץ venit, quod diruere, dividere, dirumpere significat, unde Reuchlin. pro „duras" dirutas dicendum fuisse scribit. Diruptor ergo iste impius est magister, qui opera hominum docet, quibus anima magis corrumpitur, diruitur, et in infinitas viarum varietates dividitur, sicut Isa. 28. de eis dicit: „Manda, remanda, exspecta, reexspecta, modicum ibi, modicum ibi." Et Paulus: „Non circumferamur omni vento doctrinae." Et Heb. 13.: „Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci, optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis, quae non profuerunt ambulantibus in eis." Obsecro, quid aliud est, quam dirumpi et in infinitas partes dividi, si dimissa unitate fidei tradamur in opera hominum, nunc illud, nunc istud, nunc iterum illud, et ita sine fine.

Huc pertinent nostri saeculi cerimoniae et quotidie nove excogitata statuta, ritus, loca, festa, pompae, sectae, preces, et id genus arenae maris innumerabilis, ut, si ipsi deberemus fingere nomen, quo hos magistros appellari oporteat, aptius invenire non possemus, quam פָּרִיצִים, diruptores, latrones, grassatores, qui publica via contemta vagantur suis viis, vere diruptores sunt, seu, ut Christus et Paulus, lupi rapaces, qui nos a fide Christi rapiunt, et in tot sectas dirumpunt, quot nemo numerare potest.

Est ergo sensus: Ad opera hominum, quae per verbum labiorum tuorum fingunt doceri, cum nihil minus doceatur eisdem, sic me habui, ut observarem, ne vias rapacium istorum grassatorum ambularem. Et magna profecto observatione hic opus, quod verbis

ais huc detortis proclive sit in istam diruptionem
rapacitatem concedere. Id quod et Isaias pulcher-
i copia prosequitur, dicens: „Et erit eis verbum
ini (ecce ipsum verbum domini): Manda, remanda;
da, remanda, exspecta, reexspecta, exspecta,
:specta, modicum ibi, modicum ibi, ut vadant et
ant retrorsum, et conterantur et illaqueentur et
antur.“ Sic 2. Pet. 2.: „In avaritia fictis verbis
vobis negotiabuntur pseudomagistri, per quos via
atis blasphemabitur.“

Nam et hodie illud Christi: „Qui vos audit, me
t,“ quod de verbo evangelii dixit, tractum est ad
liendam universam lernam (scrinium volui dicere)
oris Ro. pontificis. Item illud Matth. 23.: „Quae-
ue dixerint, facite,“ quod de lege domini dictum
iter ad arbitrium vastandi ecclesiam per leges
num tortum est. Prae omnibus vero illud salu-
mum: „Tibi dabo claves etc.“ huic legum tyran-
patrocinium factum est. Ita nunc claves regni
orum sunt potestas multiplicandarum legum. Sic
nemo observat vias rapacis lupi et diruptoris,
s in opera hominum, tanquam in verbo labiorum
mandata, sumus miserrime tracti et illaqueati.

Hebraismus et eclipsis hic locum habent, ubi re-
um et verbum aliquod omittitur, quae sic explea-
Ad opera hominum, quae in verbo labiorum
um docent, quasi diceret: Ego vidi, quod, dum
opera hominum nos ducunt, quae in tuis verbis
ari mentiuntur, ad vias rapacitatis suae nos tra-

Taxat autem eorum fictionem pulchre, quia
simpliciter verbum tuum, sed verbum labiorum
um dicit in operibus hominum trahi. Vere enim

sine judicio, non sensum, sed sonum verborum velut e labiis arripiunt, et suis affectibus, ut libitum est, attemperant, sicut est videre in facultate juridica et theologica qualificatrice et graduatrice.

Nostra translatio hunc sensum potest tenere hoc modo: „Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras," quasi dicat: Hoc magis observavi, ne vias eorum sequerer, quod verbis labiorum tuorum ad eas stabiliendas uterentur, et ita fictis verbis (ut Petrus ait) de me negotiarentur, cum revera essent viae durae et difficiles, ut quibus misere dirumperer vagus in omnia, et in nullo consisterem solide. Quid quo labore non est durius? Ita quod aliis est causa, qua eos sequuntur, id erat causa cur non sequerer, sciens quod nulla res pluribus pateat abusibus, quam verbum et nomen tuum, ideo propter verba tua magis esse necessariam observationem, quam propter quaecunque alia.

Simul hic signabimus verbum hebraeum שָׁמַר esse genericum seu aequivocum ad custodiam, qua aliquid servatur, ut versu primo, et qua aliquid declinatur, ut hoc versu, quod latine rectius observare quam custodire aut conservare diceretur. Observare enim in utramque partem accipi potest, sicut alemannice, Acht haben, vel proprilssime, quo Taulerus saepe utitur, wahrnehmen.

Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.

Hieron. melius: Sustenta gressus meos, videlicet quod astutia Satanae, qua corrupit Evam, nullis quei

viribus caveri, quin corrumpat sensus nostros a simplicitate, quae est in Christo, nisi dominus sustentet gressus nostros, provocatus humilitate orationis nostrae. Non ergo liberum arbitrium hic aliquid valet, nec satis est prima (ut dicunt) gratia, sed perseverantia opus est, quae est non volentis hominis, sed sustentantis Dei. Et emphasin observa, quod majus est perseverare, quam inchoare, quia perseveraturis necessaria est sustentatio divinae manus. Multi enim incipiunt, pauci proficiunt, paucissimi perveniunt, ut in evangelio dominus docet de semine in diversas terras jactato. Et Moses coepit orare levatis manibus, sed gravatus perseverando opus habuit sustentatoribus, Ur et Aaron. Qui enim perseveraverit in finem, hic salvus erit. Perseverantia autem quid est, nisi continua inchoatio et indefessa resistentis tum diaboli tum peccatis gravatae naturae tolerantia?

„Semitis tuis," satis dictum est per antithesin dici contra semitas hominum. Omnia enim facere promtiores sumus, quae vel ipsi elegimus vel homines statuerunt, quam quae Deus mandavit, quia in mandatis hominum natura manet, vetere homine intacto, imo vetus homo alitur hominum mandatis, at in mandatis Dei oportet ut mortificetur, mutetur et innovetur. Homo enim in suis viis non eligit nec sequitur, quod contra vel supra sensum suum est. In Dei autem mandatis non potest ambulare, nisi faciat et patiatur multa, quae nolit, fugit, odit et non capit. Hic enim exuitur vetus homo, et induitur novus.

„Ut non moveantur vestigia mea." Non est in heb. „ut", sed tautologia esse videtur. Idem enim est non moveri pedes et sustentari gressus. Confite-

tur autem vestigia seu pedes omnino moveri, id est, instabiles fieri, et in diversas diruptoria vias duci, nisi in semitis Dei serventur. Sic enim moventur, qui hominum traditionibus, sicut arundo vento, agitantur, quod experientia omnium eorum probatur, qui operibus suis sese tentant quietos facere, semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes, et tamen speciem pietatis habentes.

Aliud periculum perseverantiae multo gravius ex alio latere, scilicet a dextris, quod est ipsa securitas, prosperitas et pax impiorum, de quo Ps. 73.: „Mei autem paene moti sunt pedes, paene effusi sunt gressus mei, pacem peccatorum videns. In labore hominum non sunt, et cum hominibus non flagellantur." Hic vere cadunt a dextris decem millia, ubi illic cadunt a latere sinistro vix mille. Non enim de prosperitate impiorum eorum loquitur tantum, qui crassis, libidinis, crapulae, luxus et opum, peccatis prosperi et securi sunt, nam ii non fallunt, nisi voluntarios et scientes, sed multo maxime de hypocritis, qui operibus hominum speciose fulgentes, nulla cruce vexati, videntur optimam vitam agere, qui verba labiorum Dei suis operibus aptant, qualis et hodie est pontificum, sacerdotum et religiosorum vita. Ab iis nemo satis tutus esse potest, hic in errorem ducuntur, si fieri potest, etiam electi. Nam hac via papa et episcopi facti sunt domini orbis terrarum, quibus strenue adulantur reliqui clerici et religiosi.

In his omnibus ne tantillum quidem videmus crucis Christi et verae pietatis, imo vero maximi omnium crucis inimici hi sunt, et tamen opinione et nomine *pietatis* celebres sunt, ob sola opera hominum. Pu-

tamus enim insensati, quia prosperantur in suis viis, ita ut etiam reges magnos humiliarint, et ut quisque fuit doctissimus et optimus, damnarint, omnia eorum ex Deo esse, cum tamen ea prosperitas nonnisi erroris operatio sit ab apostolo praedicta. Ista est vorago et janua patens inferni. In hanc tanto aestu orat hic propheta, unde et sequitur coeptam orationem prosequens:

Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus, inclina aurem tuam, et exaudi verba mea.

Duo pronomina te et mihi noster vel aliquis scriptorum omisit, unde Hierony. melius ita vertit: Ego invocavi te, quia exaudies me Deus, inclina aurem tuam mihi, audi eloquium meum. Incipit autem a gratitudine et confessione praeteritae exauditionis, hoc ipso captans benevolentiam, et parans impetum orandi, quia, ut videbimus, instanter urgebit affectum orationis, motus magnitudine et multitudine diruptorum et luporum, quibus vellet resistere, et tot miseras animas servare, nec potest, ac si ardenti et praesumtuosa quadam indignatione dicat: Ecce audisti me antea saepius, cum te invocarem, etiam nunc oro, inclina ad me aurem tuam, et audi verba mea, dum tam magna et necessaria pro tot millibus pereuntium, contra tot insidias perdentium peto.

Nec obstat, quod Heb. futuro dicit: Audies me Deus, et noster: „Exaudisti me Deus," praeterito, quia more prophetico involvit utrumque, praeteritum et futurum, videturque esse is sensus, quo nos vulgo diceremus: Confido me non frustra dicturum, qui sciam, quam soleas (quae tua est clementia) me dig-

nanter audire. Hebraeus conjunctivum modum non habet, sed indicativo futuro pro eo utitur. Hoc modo Christus Johann. 11. dicit: „Pater gratias tibi ago, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis.“ Atque hinc solvitur ista difficultas, quam Aug. etiam aliquoties torsit, cum dicendum videtur inversa sententia: Tu exaudisti me, quia ego clamavi ad te. Sed longe pulchrius: Ego clamavi, quoniam tu audis, ut commendetur misericordia sive promittentis sive audientis, quae movet et causa est, ut audeamus clamare, potius, quam clamor orantis, cui per se nihil debetur.

„Inclina aurem,“ tropus familiaris Psalterio, quo tamen (ut dictum est in superioribus) humilitas orantis exprimitur, et exaudientis majestatis altitudo, quae respicit humilia in coelo et in terra, hoc est, inclinat aurem ad preces humilium, sine dubio avertens faciem a superbis.

Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te. A resistentibus dexterae tuae, custodi me ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege me.

Sic enim distinguuntur ii duo versus in hebraeo, multoque pleniori energia dicit hebraice מוֹשִׁיעַ חוֹסִים salvator fidentium, seu sperantium, absolute, quam qui salvos facis sperantes in te. Nam „in te“ additum est ab interprete. Vide itaque vim et impetum orationis in singulis verbis, quanto affectu quantaque sollicitudine instet et urgeat.

Primum, „mirifica“, non ostende tantum, hoc est, fac ut videant, quam mirabiles sint misericordiae

Quomodo? „Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia et ignobilia mundi et contemtibilia, et ea, quae non sunt, elegit Deus, ut destrueret ea quae sunt, ut non glorietur in conspectu ejus omnis caro.“ 1. Cor. 1. Et rursus idem Paulus 1. Timo. 1.: „Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Jesus Christus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere.“ Haec enim sunt mirabilia misericordiarum Dei, quod peccatores, quos damnare oportuit, salvat, et indignos, quos contemni oportuit, glorificat, et in summa, humiles, abjectos, viles exaltat. Quae Dei cognitio dulcis est, corda sancto Spiritu inflat, exhilarat et confortat.

„Misericordias tuas“, non justitias, potentias, sapientias illorum, sicut Ps. praecedente dixerat: „Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus etc.“ Hoc enim non modo est mirabile et jucundum in oculis nostris, sed etiam irritabile et damnabile in oculis impiorum, qui nolunt esse stulti, peccatores et mali. Ideo ut non possunt ferre, suam sapientiam, potentiam, justitiam argui, contemni, damnari, ita nec misericordias Dei praedicari, unde semper resistunt Deo, quem jactant nonnisi justorum esse Deum, nec salvare nisi justos, nec damnare nisi peccatores, nec quid peccatum, nec quid justitia, nec quid misericordia, nec quid Deus sit, unquam intelligentes, sicut et nostra theologia scholastica, id est, impia, insipiens et illusoria, errat. Deus enim non fictos, sed veros

peccatores salvat, quia non ficta, sed vera est ejus misericordia, non agit nobiscum verbis, sed rebus. Justus enim est, qui se agnoscit vere esse peccatorem; sicut Paulus dicit: „Quorum primus ego sum."

Salvator sperantium seu fidentium. Pulchre Deum commonefacit operis et gloriae suae. Opus enim ejus est salvos facere, qui in se confidunt, sicut dicit Ps. 91.: „Quoniam in me speravit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum." Et Hiere. 39.: „Vade et dic Abdemelech Aethiopi, dicens: Haec dicit dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam sermones meos super civitatem hanc in malum et non in bonum, et erunt in conspectu tuo in die illa, et liberabo te in die illa, ait dominus, et non traderis in manus virorum, quos tu formidas, sed eruens liberabo te, et gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus."

Obsecro, quem non moveat ad fidendum tam larga majestatis promissio uni homini tot verbis commendata? Vere dulcis dominus, sed iis, qui experti sunt, secundum opus ergo ejus, ita et nomen ejus, secundum nomen ejus, ita et laus ejus, secundum laudem ejus, ita et amor ejus, secundum amorem ejus, ita et salus nostra. Non ergo salvator est sapientum, potentum, justorum, sanctorum, sed solum fidentium, quiqui fuerint. Non refert, peccator, publicanus, meretrix, latro fueris, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, hac ipsa fiducia tua, nec solum remittuntur, sed amorem Dei quoque pariet eadem fiducia, quo deinceps peccatum vitabis, vinces, et mortem omniaque mala contemnes.

„A resistentibus dexterae tuae," hoc ad nomen ılvator referendum est, scilicet, salvator sperantium resistentibus dexterae tuae, quo acriter movet invilam adversariis, ut quorum insania jam non in ea, aae sua, sed in ea, quae Dei sunt, grassetur. Dexerae tuae resistunt, tua res agitur. Vide ergo, aam repente faciat affectus egregium rhetorem. onne partes rhetoris belle agit? Causam suam comiendat, sibi gratiam conciliat, adversarios accusat, is invidiam movet, et judicem mira arte non modo enevolum, sed et ardentem et zeloten facit, idque erbis (quod summum est rhetoricae decus) brevissiis et sententiosissimis, non quod his opus sit Deo, t flectatur, sed fides nostra, quae quo ardet magis, ec plura per eam Deus operatur. Diximus autem apios, quod Deum non cognoscunt, nec opera ejus, t quem non mirabilem, sed secundum suum sensum ogitant, necessario resistere dexterae Dei.

Omnium fere unanimis est sententia, brachio et extera Dei significari potentiam et virtutem Dei, ımta ex hominibus allegoria, qui dextera pro membro, rgano corporis maxime operoso et potenti utuntur. ugustinus tamen favorem Dei per dexteram paene bique accipit, quod non alienum est a veritate, siquiım dextera, potentia seu virtus Dei est ipsa gratia, ıvor, misericordia Dei, qua nos potenter invitis ombus hostibus servat. Hinc Isaias 53. Christum apellat brachium domini. Et Ps. 98.: „Salvavit sibi extera ejus et brachium sanctum ejus," Paulus 1. or. 1.: „Virtutem et sapientiam Dei," Ro. 1. evanlium virtutem Dei vocat.

Summa, verbum Dei, quod Christus est praedica-

tus nobis, est, quo velut dextera invicta, petra im
bili, fundamento inconcusso, lapide angulari, c
victoriosissimo servamur, consistimus, aedificam
copulamur, vincimus in omnibus et per omnia.
semel pro omnibus de dextera Dei dictum sit,
enim alio quopiam quam verbo suo nos vivificat,
nit, alit, educat, exercet, protegit, servat et triu
in aeternam vitam. Sic Ps. 113. [118.]: „D
domini fecit virtutem, dextera domini ex
me etc." Nescio tamen, an Augustini senten
perpetua et constans ubique propter Ps. 21., qui
„Dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt,"
loco pro gratia, misericordia, seu verbo gratiae
non videtur, nisi eo modo sentias, quo C
Johann. 5. [12.] dicit: „Sermo, quem locutus su
ipse, judicabit eum in novissimo die."

Alius versus.

„Custodi me ut pupillam oculi." Hoc ex Deu
sumtum est: „Circumduxit eum et custodivi
pupillam oculi." Ex eodem et altera pars:
umbra alarum tuarum protege me." Dicitu
illic: „Sicut aquila provocans ad volandum
suos, et super eos volitans, expandit alas s
assumsit eum et portavit in humeris suis."
Christus Matth. 23.: „Quoties volui congrega
tuos, quemadmodum congregat gallina pullo
sub alis suis?"

Tautologicus autem versus est, in quo s
cat periculum et affectu magnae sollicitudinis s
ac si non satis posset custodiri ab insidiis im
Quod et revera ita est, et id in apostolis quo
demus, Petro et Paulo, qui toties inculcant e

ericula humanarum traditionum, ut videantur
antum potuisse, quantum voluerunt nos cautos
e. Quare hic affectus est timentis et fugientis
culo maximo, qualem videmus in infantibus, qui
entum sinus et colla sese magno conatu reci-
ubi quippiam periculi timent.
alis et nobis esse affectus debet ad Deum pa-
timore hypocritarum et justitiariorum, a quibus
re etiam Christus jussit, ut diligentissime et
nos custodiat. Vere enim non satis potest
hoc malum, cum etiam ab exemplo proprie ve-
iorum et sanctorum patrum originem et aucto-
sumat, quorum opera imitari cum nemo non
im putet, nemo simul observat, quod non opera
em eorum, quae operum fuit auctor, oportuerit
etiamsi longe alia oporteat opera facere.
era patrum imitari sit gentilium virtutum, jac-
Virgilius caelata in auro fortia facta patrum,
ro glorietur domesticis virtutum se abundare
is. Nos christianos certe fidem oportet magis
e, sicut 2. Cor. 4.: „Habentes autem eundem
fidei, et nos quoque credidimus, propter quod
imur.“ Et Heb. 13.: „Mementote praeposi-
vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei,
intuentes exitum imitamini fidem.“ Idem
l. nonnisi fidem patrum vocat in exemplum,
t Ro. 4. fidem Abrahae dicit scriptam esse
nos, ut et nos credamus.
m ergo sanctorum patrum quoque opera sanc-
sint periculosa et perniciosa, si in exemplum
ur absque fide, qua sunt sanctificata, quid non
rum et malorum invehant tot regulae, statuta,

decreta, leges hominum impiissimorum, quorum nullis exemplis patrum possunt probare, sed capite proprio omnia fingunt et animas homini lunt. Et hine vide, quae sit necessitas tam di custodiae petitae, tam prolixae orationis, tam tis et urgentis sollicitudinis hujus prophetae, i puli Dei in hoc Psalmo. Vere cadunt a later et decem millia a dextris, quia plures astus d quam vis leonis perdit, et nunc in ecclesia illud concionatorum, reprobum circa fidem, qu nobis e sanctorum gestis proponit, quam c quaedam? donec fide exstincta nonnisi su gentilis sit, ubi quondam ecclesia Dei fuit, nomine tantum ecclesiae, re penitus amissa.

Non tamen vacat mysterio pupilla oculi c petita, fides enim oculus, imo pupilla oculi est quia facillimum est laedi, diligentissime est cu da. Sicut enim exstincta pupilla oculi homo in tenebris ambulat, ita sine fide homo totus bris est. Sic Luc. 11.: „Lucerna corporis tu tuus est, si oculus tuus fuerit simplex, totum tuum lucidum erit. Sin autem nequam fuerit corpus tuum tenebrosum erit.“ Idem mysterii i alarum liceat invenire. Alae enim duae verl utriusque testamenti, umbra vero fides ipsa ve caligo spiritualis animae, in qua tuto latet vulturum et rapacium magistrorum.

A facie impiorum, qui me afflixerunt mici mei animam meam circumdede

Cohaeret hic versus praecedentibus verbis stodi me, protege me, a facie impiorum“

torum, justorum, magnorum operibus, non fide).
ony. rectius pro „afflixerunt" dedit: vastaverunt.
enim queritur, quod per magistros impios potis-
a vastatur ecclesia Dei. Sic et Paulus dicit de
ial. 1.: „Persequebar et vastabam ecclesiam Dei."
ecutio enim ut manifestius malum minus nocet,
vastatio, quae est malum speciosum, nomine
ni boni. Tamen „afflixerunt" stare potest pro
e, quem populus Dei habet ex vastatione eccle-
Dei, quo vix alius major est.
Hebraeus significantius dicit: A facie impiorum,
astaverunt me, quasi dicat: Cum tyrannis tan-
cum extremis hostibus pugnavi, et hic crescebam
borabar. At impii isti, domestici hostes, qui pro
ribus lupos agunt, pro angelis lucis angeli Sata-
pro ministris Christi ministri antichristi sunt, ii
m sunt, proh dolor, qui me miserrime vastant.
pus est magna et diligenti custodia, sicut pupil-
culi. Qua vice*) tyrannos et mundum vastavi,
r et vastor a meis ipsius domesticis.

ici mei animam meam circumdederunt.

Hebraeus non habet „meam", sed sic: Inimici
n animo obsederunt adversum me, ubi mihi vide-
nima ad inimicos pertinere, quia addit in fine:
sum me, ut anhelum impetum impiorum describat,
in fidei discipulos, pro suis justitiis insaniunt.
ius enim Ps. 10. animae in scripturis proprie
affectum desiderii et nauseae, sive cupiditatis
ominationis, ut Gen. 34.: „Sichem filii mei ad-

---

*) In edit. orig. leg.: quae vici.

haesit anima filiae vestrae." Contra Levit. 26.: „Et abominabitur vos anima mea." Et Numeri 21.: „Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo."

Quare sensus est hujus partis: Inimici in anima, id est, cupidissime et ardentissime, circumdederunt seu circuitum contra me fecerunt, quomodo Ezech. 25. dicitur: „Pro eo quod fecerunt Palaestini vindictam, et ulti se sunt tota anima interficientes et implentes veteres inimicitias." Eandem impatientis cupiditatis insaniam et nos Alemanni sic solemus arguere: Er thut als gälts ihm das Leben. Exemplum esto in Judaeis Christum et Paulum quaerentibus, et nostro saeculo in pravitatis haereticae magistris, sophistis, adulatoribus papalibus et sectis monasticis. Hanc animam seu flagrantem cupiditatem Lucas in Paulo sic eloquitur, Act. 9.: „Paulus adhuc spirans minarum et caedis in discipulos domini." Videmus enim eos, qui hac anima flagrant, quam acuto et festino anhelitu spirent, donec efficiant, quod ardent facere, ut animam agere videantur. Sed et latinis anima pro anhelitu accipitur, ut apud Plautum: An foetet anima uxoris tuae?

Illud circumdederunt seu obsederunt adversum me, parum sonat latine, hebraice tamen bene et ... tum sonat, verbo „circumdederunt" absoluto st... accepto, in hunc modum: Inimici mei incredibili cupiditate et majore ausu quam viribus obsidionem fecerunt, et in gyrum sese posuerunt, et hoc totum adversum me, ut me vastent et tollant e medio. Ita vides, quam aptis et brevibus verbis impiorum magistrorum vim, multitudinem et conatum describat, ... sese agglomerant, ut undique pios quaerunt, ut ...

s operas tradunt, ut in unum omnes sperant et
ociunt contra doctrinam pietatis, sicut haec omnia
gis exemplo et experientia intelligi possunt, quam
bis doceri.

lipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam.

Paulo aliter ex heb. Hiero.: Ore suo locuti
it superbe, idem tamen sensus est. Obsecro, quid
adipem claudere? Litera nos deficit, ad allego-
m ergo eundum est. Dicitur Ps. 78.: „Et occidit
gues eorum, et electos Israel impedivit," et ante
ac Deu. 32.: „Incrassatus est dilectus, impingua-
s et dilatatus," ubi clarum est, pingues significare
ites, magnates, potentes, die grofsen Hansen, qui
ue ceteris eminent. Item Ezech. 34.: „Quod cras-
n erat, occidebatis." Et germanica quoque alle-
ria divites et eos, qui pinguiore sunt (ut vocant)
tuna, appellamus pingues, quos figurant Agag,
t Amalechitarum pinguissimus, 1. Reg. 15. et Ebg-
, rex Moabitarum itidem pinguissimus, Judic. 3.
le Levit. 3.: „Omnis adeps domini dicitur jure
rpetuo," nec licuit Judaeis comedere, neque sangui-
m neque adipem, hoc est, forte significante spiritu,
od nec prosperis inflari, nec adversis turbari debe-
s, nec illic quiescere et laetari, nec hic irasci et
itari, nec adulatores magnates suspicere, nec ter-
'es eorum formidare.

Igitur adipem habemus impiorum magistrorum, di-
es et potentes hujus saeculi. Ita enim agitur cum
ctrina impietatis, ut potiores mundi ei adhaereant.
cta est enim esca behemoth, Abacuc. 1., ubi pau-

peres et humiles tantum pietatis verbo
Clauditur iste adeps impiorum meo sensu,
vites et fortes conspirant, sese invicem com
idem sentiunt et faciunt, sicut circulus v
clauditur et in semet ipsam colligitur. Sie
sammen und halten ubern Haufen die grofse
Hoc figuratum est 1. Reg. 24., ubi Saul e
cingebant David in modum coronae, ut cap
Hoc sensu dicitur Ps. 119.: „Etenim sed
cipes, et adversum me loquebantur," e
„Principes persecuti sunt me gratis," et 54
tes quaesierunt animam meam." Exempla
sunt manifesta.

Ore suo locuti sunt superbe vel supe
quo Ps. 9. [10.] in versu: „Dum superbi
et 11. [12.] in versu: „Linguam nostram m
mus." Freti enim adipe suo non solum n
consilium inopis, ut Ps. 13. [14.] appell
etiam cum fiducia confundunt et palinodiam
aut silentium imperant. Nos, ajunt, sun
magistri, nos recta docemus, ceteros manet
necessitas. Cur autem dicit: Ore suo?
naso loquitur? Verum discernit os eorum
qui enim veritatem loquitur, ore Dei loquitu
suo loquitur, mendacium loquitur. Christus
„Cum loquitur mendacium, ex propriis loquit

Projicientes me, nunc circumd me. Oculos suos statuerunt dec in terram.

Hierony.: Incedentes adversum me, nu dederunt me, oculos suos posuerunt declin

Prorsus non capio, quid haec velint. Non est
ieb. adversum me, nec „projicientes me." Verto et
,o in hunc modum: Ambulaverunt, nunc circumde-
erunt me, oculos suos posuerunt ad declinationes in
terra. Aliorum omissa sententia ego sic periclitor:
Postquam dixit impios flagranti animo contra populum
Dei obsidionem molitos, deinde multitudine magnatum
hujus saeculi sese munivisse et superbe ac contemtim
le eo et in eum locutos fuisse, jam ex his partam
ecuritatem et praesumtionem eorum impiam recenset,
cens:

Ambulaverunt, hoc est, indurati sunt fiducia adi-
sui, et superbi ac securi incedunt, ut sit verbum,
bulaverunt seu incesserunt, absolutum, pro inceden-
sunt, sie treten einher, sin ihr Sachen gewifs,
en mich schon gefangen, manent in viis et consi-
suis certi, quod quidquid moliantur, rectum, et
lquid contra fuerit, impium sit. Atque ita etiam
: victoriam canunt epinicion. Et „nunc circumde-
ınt me," id est, jam me arbitrantur captum et
um etiam antequam capiant, adeo securi et certi
t. Sic enim mihi videtur adverbium „nunc" certi-
nis seu praesumtionis indicandae gratia poni, quasi
peratum et actum sit de populo Dei. Talis est
a fiducia et cogitatio et sermo impiorum, ubi sese
titudine magnorum viderint munitos, adversus pau-
em, paucum et humilem, d.: Es ist nu geschehen,
ist aus.

Nec video, quomodo adverbium „nunc" possit
d, quam dixi, hoc loco facere. Cum enim futuram
itet, imo deprecetur vim et dolum, ut satis liquet,
potest praesentem significare, nisi quantum est in

opinione et praesumtione illorum, ideo infra p
praeveniri impium. Revera enim, nisi Deus prae
ret, idem esset, ac si praesens esset, quae tam c
futura omnium sensu apparet.

Quomodo noster cum suo „projicientes me“
consonet, ignoro, nisi velimus dicere, incedentes
prae nimia securitate habere populum Dei pro re
jectili, quae scilicet et facile et viliter proji
foras, sicut apostolus se ipsum peripsima et pu
mentum hujus mundi appellat, [2.] 1. Cor. 4.
certe videtur David hunc Ps. ex historia sua hau
1. Reg. 24., ubi Saul cum Zipheis ad desperati
usque eum persecutus est, et figuram vertisse in
phetiam, verba enim pulchre quadrant.

Oculos suos posuerunt declinare in terra.

Id ego intelligerem de respectu personarum
tum, ut esset querimonia pii populi super impios
tinaciter inhaerentes personis, alta sapientes, et
milia contemnentes, contra praeceptum domini, Exo.
„Non sequeris turbam ad faciendum malum, ne
judicio plurimorum acquiesces sententiae, ut a
devies.“ Non ergo oculos suos in simplicem veri
causam dirigunt, sed declinabiles et sequaces j
bent in omnem voluntatem magnatum et multo
qui dominantur in terra. Est ergo sensus: Me
victum arbitrantur, et contemta causa eo spectat
illuc oculos intendunt, ubi adeps eorum clau
quidquid illi moliuntur, hoc rapit et ducit eorum
los, huic annuunt et applaudunt, et in hoc pertin
sunt, quia posuerunt et statuerunt ita declina

habere, penitus aversi a causa veritatis, tanquam Deo obsequium praebituri.

Addit autem „in terra“, quod non ad oculos, sed ad causas referri debet. Unde ego verti: ad declinationes in terra, id est, terrenas. Hoc est, sequuntur ad nutum magnatum in terra, et quo illi declinant et intendunt, eo et ipsi declinant, obliti omnium coelestium mandatorum Dei, declinationes terreas et terrena sapientium pertinaciter sequuntur. Ideo frustra monentur, frustra rationem reddo, frustra oro, moventur magis adipe suo, quam meis verbis. Quare non est reliquum, nisi ut ad te confugiam, qui recte judicas.

Susceperunt me sicut leo paratus ad praedam, et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Manifestus lapsus interpretis, quia Heb. non habet „susceperunt me,“ sed: similitudo ejus. Non enim hoc Psalmo agit de comprehensione, sed de conatu impiorum, quo vellent pios esse exstinctos. Unde Hierony.: Similitudo ejus sicut leonis desiderantis praedam, et quasi catuli leonis sedentis in occultis. Et patet sensus facilis, quem et Ps. 10. habuimus: „Insidiatur in abscondito, sicut leo in spelunca sua,“ ubi, sicut et hic, insidiae et observationes crudeles impiorum accusantur. Dictum est enim abdita ista esse ea, quae arte et dolo abduntur, ut capiantur simplices et pii. Vere pulchra et apta similitudo, quia, sicut leo observat, ut corporaliter occidat animalia, ita impius magister, ut animas perdat, omnia tentat, et hunc versum Christus Matth. 7. sic exponit: „Atten-

dite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium (ecce insidiae in occultis), intus autem sunt lupi rapaces."

Ita videmus Psalmum non loqui de persecutione tyrannica, sed impiorum, quae plurimos seducit in perditionem. Simul tamen si eis resistatur, minantur, et si possunt, etiam occidunt sanctos Dei. Veruntamen major est superbia et arrogantia Moab, quam fortitudo ejus, pluraque cupit, quam potest, sicut ibidem est dictum.

Exsurge domine, praeveni eum, supplanta eum, eripe animam meam ab impio, frameam tuam, ab inimicis manus tuae.

Vix est locus in Psalterio aeque obscurus ac iste, mea sententia, etiam in hebraico. Nobis autem accedit primum obscurior translatio, deinde et distinctionis confusio. Quare versum hunc ad hebraicam distinctionem revocemus, auctore Hierony. sic: Surge domine, praeveni faciem ejus, incurva eum, salva animam meam ab impio, qui est gladius tuus. Patet ergo „ab inimicis manus tuae" ad sequentem versum pertinere, et „frameam tuam" male in accusativo redditum, male ad animam meam referri, cum ad impium referendum sit, quanquam, si cui animam suam alicubi frameam libeat appellare, suus ei sensus non pertinaciter negabitur.

Dicit ergo: Cum lupi isti rapaces omnia tentent et multos magnosque habeant adjutores, ut impossibile sit nos paucos illorum machinas sustinere aut evadere, aliud non habemus, quam ut ad te oculos levemus, ut tu exaudiens antevertas eum, et nos cautos

prudentesque spiritu tuo reddas, quo cogitationes mortiferas ejus vitemus, ac sic ubi venerit, incurves eum per nos paratos et nos triumphes super eum. Nec enim sic praevenit et supplantat Deus, ut non sit impius, sed ut non noceat, sicut non aufert basiliscum et draconem, sed tamen dat super eos ambulare et conculcare, Ps. 90. [91.] Non tollit tentationem, sed non inducit in tentationem. Sic Ephesios Paulus docet esse debere armatos galea salutis, scuto fidei, gladio spiritus et calceatos pedibus, praeparatione evangelii.

Salva, seu „eripe“, animam meam ab impio, qui est framea tua. Hic signandus locus, haereticos et falsos magistros esse plagam irae divinae, non secus ac olim populi carnalis plaga erat gladius carnalis gentium in circuitu eorum, ideoque magis oratione humili apud Deum plaga avertenda et Deus placandus, quam viribus ingenii aut eruditionis cum eis congrediendum, ut victoria sit Dei miserentis, provocati nostris lacrymis, non nostrorum operum. Non enim nostrum est animam nostram ab impiis istis salvare, quanto minus eos superare, ut hic dicit: „Eripe animam meam ab impio.“ Quodsi oratione hac contemta, vi, igne et contumeliis eos invaserimus (sicut hodie fit), dubium non est, invasores esse bis haereticos, et incomparabiliter pejores iis, quos invadunt, quia iram Dei suis convitiis suaque vi et mera superbia invadunt, qua insania quae potest esse major?

Observa autem vocabuli atrocitatem, quod impium appellat gladium Dei, virga enim aut baculus mitior ira est. „Virga percutit et animam liberat ab inferno,“ ut Salomon dicit. Unde ex magna misericor-

dia Ps. 88. [89.] dicit: „Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus hominum peccata eorum.“ At gladius occidit et separat animam, et ut magnus est Deus, ita magnus est gladius ejus, et magnus gladius magnos et plurimos perdit.

Ecclesia sana primitiva percussa est frequentius paterna virga, rarius gladio, eratque facies illius percussionis in oculis carnis durissima et asperrima, sed revera et in oculis domini mitissima omnium. Secuta est postea haereticorum persecutio, quae visa est in oculis carnis longe mitior. Verum erat longe cruentior et nocentior, quod multo plures perdebat. Erat tamen adhuc aliquid misericordiae Dei reliquum, quod pugnantibus per scripturam patribus veritas prodebatur, et verbum Dei regnabat in multis.

Novissimis istis diebus pessimis, sub imperio ecclesiastico, gladius ille impiorum solus sine repugnantibus grassatur horrenda tyrannide. Hic apparent omnia esse pacatissima et mitissima, ubi tyranni non persequuntur, cum haereticis non pugnatur. Sic utraque persecutione liberi gladio impiorum paene omnes perimus, non videntes, sub hac pace regnare persecutionem omnium atrocissimam, ubi verbo Dei exstincto verbis hominum trahimur ad infernum toto cumulo.

Inter omnes autem gladios impiorum maximum et nocentissimum meo judicio merito pelagianam impietatem censebimus. Nam in hanc, ut videmus, potissimum aestuat hic Ps., imo tota scriptura. Quid enim prophetae, quid apostoli potius agunt, quam quod pro justitia fidei, contra justitiam hominum pugnant? Unde pelagianus error vere omnium saeculorum error est, *saepius* oppressus quidem, sed nunquam exstinctus.

Ceteri omnes temporum spatio exstincti sunt, hunc vero prophetae percusserunt, percussit eum Christus et Paulus, nihilominus semper juxta serpsit, donec Pelagius natus caput ejus erexit, et libere eum tueri coepit, ubi rursus Deus nobis misertus Augustinum suscitavit, qui eum ad tempus percuteret. Sed post Augustinum resurgens tandem praevaluit, non modo nemine contra st[illegible]te, sed etiam Romana ecclesia imperante et cogente, universitatibus palam docentibus, episcopis, principibus et toto orbe imitantibus, tanquam rem optimam et christianissimam. Nam quod aliqui adversus eum mutire coeperunt Parisiis et alibi, nihil promotum videmus.

Denique hic error fons est universae idololatriae, semper alia et alia facie, pro alio et alio saeculo procedens. Qui enim fuerunt idololatrae, qui non arbitrarentur suis se studiis et viribus Deo placere? Et quid aliud agit pelagianus error? Recte ergo a pelago Pelagius dicitur, quod hic error sit mare quoddam erroris inundans in omnem terrarum orbem. Ipse enim est vera ipsamet prudentia carnis, semper inimica Deo, et nunquam ei subjecta. Ro. 7. [8.]

Ab inimicis manus tuae domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum, de absconditis tuis adimpletus est venter eorum, saturati sunt filiis, dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

Unus est iste versus in heb., prosequamur ergo, ut coepimus, locum hunc obscurissimum, si quid possumus. Primum translationes videamus. Ex nostra nihil potest accipi, multo minus ex Hierony., qui sic

transtulit: A viris manus tuae domine, qui mo
sunt in profundo, quorum pars in vita, et quorum
absconditis tuis replesti ventrem, qui saturabu
filiis, et qui dimittent reliquias suas parvulis. Obse
quid audimus? Pessimo cogor uti magistro, id
me ipso, ideo sine praejudicio et temeritate fabul
juvet me, qui habet meliora, qui non habet,
aequus judicet. Verto primum ad verbum: A
manus tuae domine, a viris de substantia,
eorum in vitis, et absconditis tuis replebis ve
eorum, saturabuntur filiis, reposuerunt reliquias
parvulis suis.

Quinque membris constat prior pars versus
sterior uno absolvitur. Exponit autem his verbi
tapinosi refertis, quis sit impius, ille gladius D
quo eripi petiit animam suam, et sex notis eu
pingit.

Prima est: A viris manus tuae domine,
idem est, ac si dicat: A viris perditis et repro
aeternum damnandis. Sic enim viros manus
videtur appellare propter id, quod Exo. 14. d
„Viderunt Aegyptios mortuos super littus mari
manum magnam, quam exercuerat contra eos.
Deut. 32.: „Si acuero ut fulgur gladium meu
arripuerit judicium manus mea, reddam ultionem
bus meis, et iis, qui me oderunt, retribuam.“ Is
„In his omnibus non est aversus furor ejus, s
huc manus ejus extenta.“ Job. 19.: „Quia
domini tetigit me.“ Hinc et alemannice in eo
apoplexia percutiuntur, dicitur: Die Gottis
hat ihn ruhret. Videtur autem prophetae huic
liare, manum Dei pro vindicta Dei accipe

9. [10.] vidimus: „Ut tradas eos in manus tuas,"
at et Ps. 20. [21.]: „Inveniatur manus tua inimi-
tuis." Et 38. [39.]: „A fortitudine manus tuae
defeci." Hinc et apostolus Heb. 10. tonat:
rrendum est incidere in manus Dei viventis," ut
9. [10.] latius dictum est.

Secunda: A viris de substantia. Pro quo Hiero.:
mortui sunt in profundo. Eadem enim per omnia
est, hic, a viris, quae prima nota, a viris
s tuae, quanquam nonnihil utraque cum mortis
ulo affinitatis in hebraeo habeat, ut nulla stet
Hieronymo, cur illic, a viris, hic, qui mortui
reddere voluerit, aut enim utrobique a viris seu
, qui mortui sunt, aut utrobique a viris red-
um fuit.

Est sane vocabulum hebraeum utrobique מְמְתִים,
אִישׁ aut גִּבּוֹר, aut aliud, quo vir egregius ali-
queat significari, sed quod aliquando pro paucis
ntemtis transfertur, sicut Deutro. 4.: „Et re-
bitis pauci," quasi fecem populi velit significare,
issimos inter homines, sicut Ps. 11. [12.] dixit:
elevati fuerint vilissimi filiorum hominum," et
3.: „Pueri erunt principes eorum et effoeminati
abuntur eorum." Id forte movit interpretem, ut
et „a paucis", non quod pauci sint numero, sed
magis conditione, quorum est numerus omnium
, inter quos nullus aut pauci sint egregii operis
minis viri, ut Isaiae 3. dicit: „Auferet dominus
usalem et Juda fortem et validum et virum bel-
m," et reliqua, quae pulchre hujus vocabuli vim
ant. Igitur viri viles sunt et tantum ad vindic-

tam Dei reservati, inter quos non sit vir dignus Deo, etsi vehementer multi sint.

De substantia, quod noster „de terra", Hieron. in profundo transtulit, dictio est eadem, quae Ps. 38. [39.] ponitur ab eodem David: „Ecce mensurabiles posuisti dies meos, et substantia mea tanquam nihil ante te," ubi substantiam volunt significare certam durationem temporis, quasi dicat: Substantia mea, id est, id temporis, quo hic subsisto et vivo, coram te nihil est, sicut et Job. 7.: „Nihil enim sunt dies mei," quae significatio mire placet. Sumsit enim David eum locum ex illo Ps. Mosi 89. [90.]: „Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quae praeteriit, et custodia in nocte, quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt." Unde et illud: „Ecce mensurabiles posuisti dies meos." In hebraeo a mensura brevi, scilicet palmae dicitur, quasi illud Job. 14. dicat: Homo natus de muliere brevi vivens tempore," et infra: „Breves dies hominis sunt."

Est ergo sensus: Eripe animam meam a viris de substantia, sive a viris substantiae (id est, ab hominibus vilissimis, qui hujus tantum vitae sunt brevissimae, hoc est, a filiis*) saeculi hujus incertissimi, qui nihil habent, nisi brevem et incertam hujus vitae substantiam seu durationem), quia viri sunt reprobi et manus tuae. Et id potuit interpres noster velle videri, quando dixit: A paucis terra, id est, ab iis, qui vilissimi sunt et de terra, terrena sapientes tantum huic vitae temporali dediti.

*) In edit. princip. leg.: filios.

Tertia: Portio eorum in vitis, pluraliter enim
tas dicit. Sic et Ps. praecedente: „Ostendis mihi
mitam vitarum.“ Est ergo sensus: Sors et beati-
do eorum non est in futura vita, sed in praesentibus
nis. Ducunt enim in bonis dies suos, ut Job. ait,
contenti sunt, et pro nihilo habent terram deside-
bilem, recipiunt hic mercedem suam, quia viri sunt
nus tuae.

Vitas pluraliter dicit propter varios usus hujus
ae, ut egregie Aug. super illud Ps. 62. [63.]:
lelior est misericordia tua super vitas,“ multae, in-
it, sunt vitae humanae, alius vitam rusticandi, alius
gotiandi, alius militandi, alius aliam eligit. Sic et
die varios (ut vocant) ordines seu status vivendi
igimus, sed pauci, qui ad mortem sese parent et
ternam vitam desiderent, omnes mallent in eo, quo
nt, statu manere, tanquam portione vitae suae con-
nti, quam mori. In qua cruditate maxime sunt impii
i hypocritae, qui omnium maxime sunt vitae cupidi,
ortem formidantes et aeternae vitae incuriosi, sicut
daei in deserto.

Nonne ergo tapinosis mira est, esse impios viros
jus miserrimae tantum vitae cupidos? in qua con-
nti sunt, quam invite deserunt. Nec mirum, cum
le, peccati et mortis victrice, quae est misericordia
ei melior super omnes vitas, non solum careant, sed
m etiam impugnent totis viribus, licet non aliud fa-
ant, quam quod se simulent appetentes vitae mortis
ntemtores, electos et aeternae vitae cupidos. Ve-
m dolus est in spiritu eorum, et factis negant.

Quarta: Et absconditis tuis replebis ventrem
rum. Quid est hoc aliud, nisi quod sunt animalia

ventris, et fruges consumere nati? Dictum est Ps. 4. 5. 9. 13. [10. 14.], magistris impietatis sim in scripturis tribui avaritiam et curam ventris, quibus et apostolus dicit: „Quorum Deus venter est." Deus vero, qui incredulitatem et impietatem odit, facit, ut et ira sua adscendat super eos, Ps. 77. [78.] de eisdem dicitur, et ut Paulus Colo. 3. „Ira Dei venit super filios diffidentiae." Ideo replet eorum ventrem absconditis suis, et affert desideria eorum ipsis, nec sinit fraudari eos desiderio suo, ut eodem Ps. dicit, hoc est, replet ventrem eorum, dat quae cupiunt, et retribuit eis in hac vita mercedem, quia non exspectant futuram. De absconditis vero tuis dicit, id est, reservatis. Ita appellat substantiam hujus mundi, qua pascit homines Deus in hac vita. Singulis enim annis eam provenire facit, ac velut de penu abscondito promit. Nec enim homo scire potest, unde veniat, nec si quaereret, invenire posset, nisi sponte Deus omnia mirabiliter donaret. Est ergo similis haec locutio illi Ps. 134. [135.]: „Qui producit ventos de thesauris suis," (id est, de occultis), „quia ventus spirat, ubi vult, et nescis, unde veniat aut quo vadat." Ita est et de pane, vino et omnibus rebus, quibus utitur haec vita, veniunt omnia, et utimur eis, et nescimus unde. Quo simul verbo insigniter impietatis stultitiam taxat, ut quae sentiat sua non esse, quibus utitur, nec in sua potestate, nec sic tamen fidere in Deum discit, imo quod verbum hujus totius versus non multis figuris stultam impietatem insectatur? Omnia sunt propriissime, efficacissime et plenissime dicta, si attento corde penderentur.

Quinta: Saturabuntur filiis, hoc est, replebuntur

e, hoc enim quaerunt et inter cetera, ut pulchras, cundas, divites uxores habeant, multos formosos ndatosque ex omni parte filios et filias procreent, & affectum suum expleant, et cedat res filiorum in omnia vota sua. Non enim verbum saturabuntur ad solum numerum filiorum, sed multo magis ad conditionem eorum pertinet, scilicet ut opulentos, honoratos, voluptuarios et ad omnem hujus saeculi pompam idoneos habeant. Hunc enim affectum passim videmus à *parentibus*, quod vitium in impiis Judaeis suis David regnasse hic dicit.

Et longe copiosius Ps. 143. [144.], ubi hunc versum sic exponit: „De gladio maligno eripe me, et *erue* me de manu filiorum alienorum, quorum os ocutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniuitatis, quorum filii sicut novellae plantationes in juentute sua, filiae eorum compositae, circumornatae t similitudo templi, promptuaria eorum plena, eructintia ex hoc in illud, oves eorum foetosae, abundans in egressibus suis, boves eorum crassae, non est uina maceriae neque transitus, neque clamor in plasis eorum. Beatum dixerunt populum, cui haec sunt, eatus populus, cujus dominus Deus ejus.“ Nonne ic idem rhetorica copia dicit, quod hoc versu dialecico compendio perstringit?

Sic et Paulus Philipp. 3. brevissime: „Flens ico inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est, uorum finis interitus et gloria in confusionem ipsoum, qui terrena sapiunt.“ Et quae oratio vitam piscoporum, religiosorum et omnium clericorum aptius otuisset depingere? An non ii omnes haec omnia lusquam mundus ipse quaerunt? At filiis non satu-

rantur? Verum id dolet quoque non licere, superarent sine dubio et in hac parte mundanos homines. Quanquam quid refert, filios et uxores non habere, quando vice horum habent suas spirituales creaturas et adulatores in omnes voluntates suas, quibus nihil non impendunt? Non quod non sit filiis providenda substantia honesta, sed saturari filiis, placere sibi in filiorum lauta et opulenta provisione, et inter pios velle censeri, hoc arguit.

Sexta: Et dimiserunt reliquias suas parvulis suis. Hoc est, id cogitant, quomodo multa, quae sibi sunt superflua (non enim necessariis contenti sunt,) reponant et reservent, quae relinquant heredibus suis, tantum ut filii eorum post se opulenti et voluptarii sint, quod et Persius poeta in gentibus taxavit. Sic episcopi et clerici, nonnisi ut patrimonia Christi augeant, et aucta post se relinquant, satagunt. Nec tamen hoc ipsum faciunt, nisi optimi et sancti, id est, impii. Hodie enim bene regere ecclesias, est opes augere, domos aedificare, filiis, id est, posteris suis luxuriandi materiam parare. Mire itaque ingenium impiorum depinxit hoc versu, qui cum nonnisi terrena sapiant, boni tamen videri volunt, et specie sua, deinde dogmatibus suis hypocriticis plurimos perdunt.

Reliquiae hoc loco superflua et ea quae superant, intelligenda sunt, scilicet abundantia parentum, ne quis intelligat dictum de reliquiis minutiarum, quae rebus optimis ablatis tanquam feces relinqui solent, cum hic opulentas hereditates intelligat. Unde et in hebraeo a verbo excellendi et abundandi dicitur. Et dimiserunt pro reposuerunt, hoc est, dedita opera

saurisaverunt superflua sibi pro filiis et heredibus
upletandis.

His cognitis facile est et nostram et Hierony.
nslationem concordare. Nam „ab inimicis manus
ae" nihil nisi voce tenus dissonat a viris manus
ae, sunt enim revera inimici et reprobi. „A paucis
terra" concordatum est, quos Hierony. mortuos in
ofundo fortassis ideo dicit, quia in summa facie
vunt, et hujus tantum temporis fruuntur spatio,
tus coram Deo mortui. Illud: „Divide eos in vita
rum," sic consentiet: Partire eos, hoc est, da eis
ercedem in vitis suis, sicut eligunt sortem hujus
tae sibi. Cetera non dissentiunt.

go autem in justitia apparebo conspectui tuo, satiabor, cum apparuerit gloria tua.

Hierony. rectius: Ego in justitia videbo faciem
am, cum evigilavero similitudine tua. Opponit haec
s, quae de impiis dixerat. Illi sapiunt terrena, sa-
rantur filiis, et portionem suam in hac vita ponunt,
ihi vero contemta est haec vita, ad futuram festino,
bi non in divitiis, sed in justitia videbo, non terrena
aec transitura, sed ipsam faciem tuam. Nec satura-
or in filiis carnis, sed cum evigilavero tua similitu-
ine, sicut 1. Johann. 3. dicit: „Scimus, quoniam cum
pparuerit, similes ei erimus," ut similitudine tua non
d evigilavero, sed ad satiabor componatur, facie
nim Dei revelata, quae est gloria et claritas Dei,
atiabimur. Et pulchre verbum resurrectionis posuit,
um evigilavero, scilicet a somno mortis, ut non in
ac, sed in futura vita satietatem nostram esse de-

ceat. Nihil est, quod discordat sensu in nostra translatione, apparebit enim gloria Dei, cum nos resurrexerimus a somo mortis, et similes ei facti fuerimus. Hebraeus tamen resurrectionem clarius ostendit quam noster.

PSALMUS DECIMUS SEPTIMUS,

heb. decimus octavus.

Ad victoriam, servo domini David, qui locutus est domino verba cantici hujus in die, qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saul.

Et dixit: Diligam te domine, fortitudo mea.

Multa sunt in hoc Ps., quae de Christo, multa rursus, quae de David eum cogant intelligi, nec ipse hactenus certus factus sum, utra intelligentia sit germana et propria, ut citra periculum non queam his versari. Augustinus libere de Christo et corpore ejus, id est, ecclesia eum tractat, et videtur Paulus Ro. 15. in hoc consentire, ubi pro Christo hujus Ps. versum penultimum inducit d.: „Propterea confitebor tibi in gentibus, et nomini tuo cantabo." Quem interim et nos sequemur, cum sit tutius in Christum ipsum, quam christianum David abundare, et ex veritate figuram facilius intelligere, nec enim dubium est Davidis bella et victorias Christi passionem et resur-

ectionem figurasse. Dicit enim b. Aug.: Quaecunque n hoc Psalmo dicta sunt, quae ipsi domino proprie onvenire non possunt, ad ecclesiam referenda sunt. Totus enim Christus hic loquitur, in quo sunt omnia nembra.

Arbitremur ergo Davidem, dum de suis victoriis gratias agit, simul texere prophetiam in persona Christi, peccatorum, mortis mundique victoris, ut titulum sic intelligamus: „Qui locutus est domino verba cantici hujus," id est, qui hoc canticum edidit in Christum futurum, idque eo die, quo victis omnibus hostibus suis quieta vita frueretur. Unde et totus Psalmus Christi resurgentis verba habet. Hanc intelligentiam forte subindicare voluit, dum novissimum hostem nominat Saul, qui tamen revera primus hostis David fuit, ut hoc praepostero ordine doceret, se non de suis, sed Christi victoriis agere.

Dicit itaque: **Diligam te domine, fortitudo mea.**

Verba sunt resurgentis et virtutem Dei in tribulatione experti. Sic enim solemus dulci et hilari affectu in eos rapi, quorum beneficio nos a magnis malis erutos cognoscimus. Puritas enim dilectionis significatur, cum dicit: „Te domine", non creaturam aliquam, de quo latius Ps. 5. dictum est.

Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus, Deus meus, adjutor meus, sperabo in eum. Protector meus et cornu salutis meae, et susceptor meus.

Omnia haec unus versus in hebraeo. Hierony.

sic: Dominus petra mea et robur meum, et sal meus, Deus meus, fortis meus, et sperabo in scutum meum, et cornu salutis meae, et su tor meus. Eisdem verbis transtulit idem ca 2. Reg. 22., nisi quod pro „susceptor meus" r ibidem, elevator meus, dixit. Quis digne hos mentissimos affectus distribuat et definiat? I enim otiosus est spiritus in verbis suis, ut aliqu superfluere credi possit. Ego, sicut dixi, su Psalmo succumbo et ceteri omnes aut nihil d aut ego nihil intelligo, nedum aliquid conferunt menti. Sed pergendum est tamen, accepta e licentia pro cujusque captu dicendi.

„Fortitudo mea," quae primo versu dicitu esse mihi videtur, qua homo interne confortatu solidaturque, indutus virtute ex alto. Sic Ps. „Quoniam confortavit seras portarum tuarum," Es „Et clavos tuos consolida," ut sit firmitas ea, molles et delicatos animos indurat, quae fortitudo nisi ex Deo nobis est, qui ex nobis tam ad quam prosperis facillime dissolvimur et liques sicut cera ante faciem solis.

„Firmamentum meum," quod proprie petra he dicitur, fundamentum rupes scilicet est, super aedificatur, ut Matth. 16.: „Super hanc petram ficabo ecclesiam meam." Ita dominus non mo duit Christum et suos virtute interna et soli sed est simul ipsum fundamentum, super quo nit sicut solida domus supra solidam petram.

„Refugium meum," seu robur meum, quod p arcem, turrim, domum refugii, aut locum munitu nificat, ut Ps. 3. [31.]: „Esto mihi in Deum

tectorem et in domum refugii, ut salvum me facias," ut praecedente collato dominus non tantum sit fundamentum firma petra, sed et domus ipsa munita supra petram aedificata, servans et protegens eum, qui ad eum confugerit.

„Liberator meus," quod proprie evasionem significat, et eam virtutem, qua, si quis undique angustatus et conclusus sit, liberatur et evadit, sicut filii Israel evaserunt Pharaonem.

„Adjutor meus," seu fortis meus, iterum in hebraeo petram seu silicem significat, quod frequenter pro forti redditur. Eam puto virtutem esse, quo evadens et in domum refugii receptus tuto manet et perseverat contra omnes insultus insequentium.

Et haec quinque ad virtutem passivam seu ad tolerantiam malorum pertinent. Primum est enim interne roborari, deinde ubi haec virtus impugnatur, ne deficiat, habere petram, in qua nitatur et consistat, postea ne multitudine saltem vincatur, habere locum munitum, quo se recipiat, et ne inter angustias capiatur obsessus conclususque, exitum et tutam evasionem *) habeat, tandem ne taedio, quod ultimum est, daemonum et malorum hominum fractus cedat, perseverantiae vi firmetur.

Brevius haec quinque distribuemus, si primum ad adversitatem simpliciter conferatur, secundum ad magnitudinem, tertium ad multitudinem, quartum ad fortitudinem, quintum ad assiduitatem adversariorum. Ubi enim hostis primo sibi senserit resisti, magnates et potentes sibi sociat, deinde multos sibi aggregat.

*) In edit. princip. ‡ non.

Ubi nec sic proficit, omnem vim et artem cum eis et per eos tentat. Ultimo cum alio non possit, [illegible]tate solet sanctos infirmare. „Qui autem perseveraverit in finem, hic salvus erit." Haec quinque Paulus Ro. 8. sed alio ordine posuisse credi potest: „Neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei."

Sequuntur virtutes activae et propulsivae.

Prima est scutum seu „protector meus". Oportet enim invasurum hostes esse scutatum, quo tela ignita inimici excipiens possit penetrare et caedere hostes. Scuto enim non eget, qui ad refugium currit.

Altera est „cornu salutis", virtus ipsa, quae pugnat et vincit. Quae mihi videtur esse potestas verbi sive fiducia praedicandi. Sic enim apud Micheam dicitur: „Surge et tritura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum, et ungulas tuas ponam aereas, et comminues populos multos, et interficies domino rapinas eorum, et fortitudinem eorum domino universae terrae." Triturare esse idem quod praedicare, apostolus 1. Cor. 9. probat: „Non alligabis os bovi trituranti." At cornu ferreum et ungulae aereae, quae sunt, nisi illud Christi: „Ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt contradicere et resistere omnes adversarii vestri?" Itaque „cornu salutis" dicitur, quia hostes superat, et salutem ex inimicis facit. Lucae 2. Sunt, qui ex cornu regnum faciunt, nec id absonum, cum regnum Christi nonnisi in verbo veritatis consistat, hoc vere est regnum salutis, quod vincit omnia.

Tertia „susceptor meus" seu exaltator meus,

, in quo super hostes elevatos triumpho, sicut
lus dicit: „Qui triumphat nos semper in Christo."
modo dicitur Isa. 9. [7.]: „Et elevabit dominus
:es Razin super eum." Videmus autem, quam mira
virtus Christi et sanctorum ejus. Prior est virtus
iva, quae perficit activam, ut Paulus dicit: „Vir-
in infirmitate perficitur." Ita mundus non aliis
s victus est, quam patientia et verbo Dei, sicut
saia 4. [14.] dicit: „Et erunt capientes eos,
se ceperant, et subjicient exactores suos." Et
l. 3.: „Infirmus dicat, quia ego fortis sum." 2. Reg.
s.] 22. huic versui additur: „Et refugium meum
lvator meus, de injuria liberabis me," quod quare
oc Psalmo omissum sit, ignoro.

dans invocabo dominum, et ab inimi-
cis meis salvus ero.

Ubi titulus, qui dicit hoc canticum esse dictum
ato ab omnibus inimicis David, et recitatum in
ona resurgentis Christi? Certe hic aliud dici non
st, quam quod Augustinus censet, totum Christum,
st, Christum cum corpore et pro corpore suo
i, quod est ecclesia, quae semper vincit sem-
ue pugnat, et superatis praeteritis malis paratur
atura mala superanda.

Aut si in persona Christi sistendum est, convenit
intelligi dicta pro magnitudine affectus erga
n, quo offert promtitudinem animi sui ad plura
nda, si Deus velit, sicut Ps. 107. [108.]: „Para-
cor meum, Deus, paratum cor meum," et 25. [26.]:
oba me domine et tenta me, ure cor meum et
s meos." Sic enim liberatus a malis et divinam

virtutem expertus non aliud cupit quam iterum ut iterum virtutem divinam experiatur, nasciturq his quaedam mirabilis patiendi sitis et inaestim fiducia in dulcedine Dei.

Omnia tamen ad nostram doctrinam scripta ut per patientiam et consolationem scripturarum habeamus. Ideo enim quintuplicem virtutem pati et triplicem agentium descripsit, ut nos erudire esse tam malum, tam multum, tam magnum, ta tens, tam diuturnum, quod non queat vinci per tem Dei, si in eam confidimus, et tunc potis esse locum sperandae virtutis in nobis, quando i in nos mala multa, magna, fortia, assidua, cu prium divinae virtutis sit infirmos, paucos, p imbecilles, pusillanimes juvare, non solum in poenae, sed et culpae. Nam quae esset Dei quae solum poenas, ac non etiam peccata in vinceret? Adeo plenus est hic locus consola cum naturae contrarium videatur, et omnino de tum, si irruant non modo mala, sed multa magna mala, potentia mala, et prolongata mala enim in apostolis vidimus, qui mox ut induti virtute ex alto, non solum mali in eos insurrex sed et multi, et magni, et potentes ad noce deinde et pertinaces et assidui, sicut Ps. 128. [„Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, longaverunt iniquitatem suam."

Eodem modo et in quolibet homine operat tanas in quacunque privata tentatione libidinis, superbiae, avaritiae aut cujuscunque mali. Ubi firmatum castitatis aut mititatis propositum inv non solum libidinem aut iram contra movet,

rias species adhibet cogitationum, tum eas magni-
at et incredibili astutia efficaces facit, tandem quos
c multitudine nec magnitudine nec efficacia vincere
test, saepius assiduitate et taedio vincit, ut fessos
pplantet.

O stulti et temerarii nos liberi arbitrii et actuum
icitorum jactatores, qui Satanam dormire credimus,
c cogitationes ejus ex his locis scripturae nobis
tensas intelligere et praevidere discimus, ac sine
gna securi solis actionibus bonis salvi fieri praesu-
mus. Non sic impii, non sic, hostis adest, multus,
gnus, praevalidus et infatigabilis, cujus ut multitu-
nem, magnitudinem, virtutem et pertinaciam tacea-
s, simplicem etiam impugnationem non possumus
rre, nisi dominus fuerit virtus nostra, cum nos per
s ipsos, citra hostis impetum, ad omne malum
oni simus.

Qua autem fiet arte, ut in hac hostili multitudine,
gnitudine, potentia, pertinacia dominus sit virtus
stra, firmamentum nostrum, refugium nostrum, libe-
tor et adjutor noster? Respondet: Ita fiet, si lau-
us invoces dominum, hac enim laudatrice invoca-
one salvus eris ab omnibus inimicis, sicut Ro. 10.
: Joele 2.: „Omnis qui invocaverit nomen domini,
lvus erit." Et Prover. 18.: „Turris fortissima no-
n domini, ad ipsam currit justus et exaltabitur."
nec sane omnium nobilissima est in tribulatione, et
ta aurea doctrina optimumque consilium, quo ab
nibus malis erui possumus, si in tribulatione poteri-
s Deum justificare, benedicere et praedicare, sicut
templum trium puerorum monstrat, Danielis 3. „Deo
stro justitia, nobis autem confusio, sicut est dies

haec." Incredibile est, quam efficax sit ista laus Dei in periculis remedium, mox enim ut coeperis laudare Deum, mitescit malum, crescit fiducia, et sequitur fidens invocatio.

Cavendum itaque omnibus servis Dei, ne alio modo vel alio ordine aut consolari aut vincere tentent, quam hoc versu praescriptum est. Non primo invocabis, sed primo laudabis. Sunt enim, qui clamant et non exaudiuntur, ut hoc Psalmo infra: „Clamaverunt, nec erat, qui salvos faceret, ad dominum nec exaudivit eos." Quare? Quia non laudando, sed indignando clamaverunt, non dulcem dominum sibi proposuerunt, sed suam tantum amaritudinem consideraverunt. At nemo liberatur a malis intuendo horrescendove mala sua, sed superando et inhaerendo Deo, et ejus bonitatem intuendo, sicut Ps. 15. [16 vidimus: „Providebam dominum in conspectu m semper, quoniam a dexteris mihi est, ne commovea O arduum consilium et rarum, facere sibi dulcem laudabilem dominum in mediis malis, et robustius tueri absentem et incomprehensibilem, quam m praesentia et illum intueri prohibentia. Non poss satis commendare hujus optimi versiculi gratiam virtutem, tam apte et significanter positis verbis.

Qui vero ab hac laude domini non incipiunt v cere, sed ad hominum respectant consolationes, ad merita sua convertuntur, seu futurae vitae*) liorís spem apprehendunt, non vincent unquam, stat firma sententia: Laudans invocator salvus ab inimicis suis, et nullus alius. Sic superius

---

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

48. retulimus: „Infrenabo os tuum laude mea, intereas." Et Isa. 51. [50.]: „Dominus dedit mihi guam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus t, verbo." Hoc est, quod secundo praecepto nobis ndatur: „Non assumes nomen domini Dei tui in num," et oramus: „Sanctificetur nomen tuum." oc est, quod tot laudibus Dei hunc Ps. incipit, et here Dei gestit, ut hoc versu videatur rationem redre, cur sic in domino glorietur et speret, quasi at: Sic enim oportet ab amore et laude incipi et cari nomen domini.

Experiatur modo quisquam, et apprehendat laudem ram Dei, ubi fuerit male affectus, et sentiet mox ivamen, nam quaevis alia consolatio aut non prot aut fallaciter prodest, id est, maxime nocet, imo n facit, si vel beatam virginem aut aliquem sanc-, denique si pium hominem adhuc in terra viven-in nomine discipuli domini laudaveris. Tanta est s et benedictio nominis domini. Sic Gen. 12. ad aham dicitur: „Benedicam benedicentibus tibi, et dicam maledicentibus tibi." Qua promissione certi s, nos benedici a Deo, si sanctos ejus benedixe-s, quanto magis, si ipsum dominum benedixeri-! Ego fateor me saepius hac ratione levasse neum molestia sua.

cumdederunt me dolores mortis, et rentes iniquitatis conturbaverunt me.

Hierony.: Quoniam circumdederunt me funes mor-torrentes belial terruerunt me. 2. Reg. [Sam.] 22. funes alia dictio est hebraica quam hoc loco, a Hierony. transtulit contritiones, mihique Reuch-

lia rectius hic pro funes collectiones seu cumulos, ut 1. Reg. [Sam.] 10: „Obvium habebis gregem prophetarum," ut sit sensus: „Circumdedit me mors multis et magnis copiis, ut copiae mortis componantur cum torrentibus Belial posteriore parte versus, ut utrimque magnitudinem et multitudinem malorum exprimat, quae ceu vastis torrentibus et multis exercitibus irruerint.

Dixerat et docuerat, invocandum esse dominum cum laude et amorè iis, qui ab inimicis salvi velint fieri. Jam ita se fecisse recitat, et historiam suam narrat in exemplum doctrinae, quam dederat, incipiens ab inimicis omnium pessimis et ultimis, morte et inferno. Et licet verum sit, ipsum David fuisse has poenas mortis et inferni saepius passum, ut crebro in diversis Psalmis confitetur, inprimis Ps. 114. [116.]: „Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me, tribulationem et dolorem inveni, et nomen domini invocavi," ubi paene eadem verba, nedum sententia, cum hoc loco conveniunt, tamen nos de Christo hunc Psalmum coepimus intelligere, sensu interim generali omisso, ideo mortem et infernum Christi hoc loco accipimus.

Hic autem versus de morte, sequens de inferno loquitur, uterque eandem rem repetita sententia eloquens. Idem enim est, „circumdederunt me dolores mortis," quod „torrentes iniquitatis conturbaverunt me," et idem, „circumdederunt me dolores inferni, quod praeoccupaverunt me laquei mortis." Ita nos sentimus, non refragantes, si quis haec quatuor voluerit diversa facere.

Sunt etiam verba proprie et graviter posita:

ircumdederunt", non tantum occurrerunt aut insecuti sunt, sed undique tenuerunt et vallaverunt, solirium et unicum concluserunt, quod vel maxime in orte discruciat. Si enim gradiendum esset magna rba comitante et apparente, mitius malum esset mors.

Funes seu cunei, quos „dolores" noster vocat, n scilicet unus aliquis me circumdat mortis minister, d multi, imo multae copiae, multae turbae, quo orum solitudo amarissima significatur in morte. Hos nes seu cuneos posse intelligi impios homines, quom ministerio mors et daemones utuntur, admittimus, xta illud Ps. 21. [22.]: „Circumdederunt me vituli ulti, tauri pingues obsederunt me." Et iterum: Erue a framea Deus animam meam, et a cornibus nicornium humilitatem meam."

Noster tamen non inepte has copias intelligit ultitudinem dolorum in hora mortis irruentium, ubi ulla creatura est, quae non morti et pavori serviat. mnia enim, quae adspiciuntur, sunt mors et non ita. Ita mors armatur orbe terrarum, et pugnat niversa creatura contra morientem seu morte paentem, derelictum, unicum et omnibus circumdatum. nde fit, ut non possit iis nomen dare, nisi metaphocum, cuneos seu copias appellando mortis. Mors nim, ultimum malorum, mitius erat, si copiae alterius ujuspiam mali circumdarent. Dictum est autem Ps. uperioribus, Christum vere passum esse pavores et edia mortis pro nobis, licet non omnes nos similia atiamur.

Torrentes belial, itidem metaphora est, impetum t exercitum malorum sine nomine edisserens. Revera nim tantus est dolor mortis, ut nominari cogitarique

non possit, sed tantum pati possit. Sentiunt pessime habere, nec, quid sit, possunt indicare et nullum ibi remedium est, sicut econtra aeternae vitae tantus est, ut sentiant quidem optime habere, non tamen dicere aut indicare sit, possunt. Unde hic torrens voluptatis Dei d Ps. 35. [36.]: „Inebriabuntur ubertate domus et torrente voluptatis tuae potabis eos," ille torrens belial seu malitiae, ut hoc loco dicit.

Belial, frequens dictio in scripturis, Hel dicitur significare malitiam, licet fere ubique ini transferatur, idque improprie. Inde filii belial (i malitiae) Judic. 19. bos Buffen, die kein nutz Etymologiam habet a בְּלִי (id est, non) et (id est, profuit), ut qui ad nocendum aliis ta modo vivunt. Inde datum est et diabolo בְּלִיַּעַל, quem belial dicimus. Hic autem pro accipi certum est, scilicet mortis, quae male multis modis eos, qui moriuntur, ac torrentibus rum invadit, siquidem mors ipsa malorum pelag summa est. Ita vides, quam proprie mala n licet innominabilia, deliniet, quod mori aliud n (iis qui fide carent), quam copias et gurgites rum pati, iisque unicos et solitarios circumdar undique terreri, ut cogantur dicere: Angustiae undique.

Dolores inferni circumdederunt me, p occupaverunt me laquei mortis.

Eadem dictio „dolores inferni", quae praece versu „dolores mortis" dicitur. Ideo et idem

adumam, esse videlicet funes seu cuneos inferni sì copias omnium rerum mundi, quae omnes artur ad ultionem damnatorum. Ejusdem significa- nis et sententiae est verbum „circumdederunt" cum raecedente. Infernus autem et mors parum differunt quad sensum dolentis. Mors enim amara separatio est a vita, sed infernus est, quod statim mortem comitatur aeternae poenae et irreparabilis animas sensus. Capitur enim hic anima et vere circumdatur, ut non possit aliud sentire, quam se in aeternum damnandam esse. Si enim vel pilo latum videret exitum, circumdata non esset, nec infernum sentiret nec mortem, sed spe plena et fiducia gauderet.

Atque id est, quod theologi scholastici, verba ista ripturae: circumdederunt, praevenerunt, parum diliinter observantes, deinde nihil harum rerum unquam perti, secure de purgatorii poena divinant, quidquid unt, ponentes in ea nullam desperationem, sed tana satisfactionem, qui tamen rursus fatentur eandem e poenam purgatorii et inferni, nisi quod duratione ferunt. Verum ut sunt subtiles distinctores, garriunt, idem esse poenam utrobique, non omnem, sed tana quae simul non sit culpa, desperationem autem et vilem timorem cum culpas esse doceant, e purgaio penitus tollunt. Nos vero, quia rei istius cogio in experientia, non in speculatione sita est, non ntendemus, verbisque scripturae simpliciter inhaeremus, etiamsi non intellexerimus, quibus circumdari et aeveniri se doloribus mortis et inferni, sancti quentur. Experti viderint, quid ea velint, inexpertis hil prorsus credemus, qui necdum, quid ira et libido

sit, crassissimae scilicet et bestialissimae affectiones, intelligunt.

Idem est per repetitionem, ut dixi, „praeoccupaverunt me laquei mortis," ubi se captum morte significat et sic captum, ut praeventus sit a laqueis ejus, hoc est, laquei mortis ei praevaluerunt et fortiores eo fuerunt, ut quos evadere non possit, id quod est in inferno esse, unde non patet reditus, sicut avis, quae laqueo capitur, non revertitur. Haec omnia in Christo, etsi mirabiliter, tamen contigisse credimus, ut vere captus sit mortis et inferni doloribus, laqueis et cuneis.

In tribulatione mea invocavi dominum et ad Deum meum clamavi, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam. Et clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus.

Unus hic in heb. versus est et incedit per futura verba per totum: Invocabo, clamabo, exaudiet, introibit, sicut et Hieron. transtulit, et 2. Reg. [Sam.] 22. legitur, quanquam hoc parum refert, cum prophetae hoc peculiare habeant, ut tempora plerumque confundant, non tamen absque causa, ut saepius diximus. Pergit itaque exemplo suo ostendere, verum esse, quod docuerat, salvari eos omnes, qui laudantes invocant dominum. Fui, inquit, et ego in maximis malis, id est, doloribus mortis et laqueis inferni, salvus autem factus sum ab omnibus malis istis, quia invocavi dominum, et ad Deum meum clamavi, ideo exaudivit vocem meam, et clamor meus introivit in aures ejus. Quare non est dubium, non esse aliam liberandi viam, quam per invocationem domini et con-

issionem Dei. Dictum est Ps. 15. [16.] Deum meum sse, quid habeat energiae et significationis. Nemo nim dicit: „Deus meus," nisi laudans et amans, etiam media morte et inferno, sicut scriptum est: „Fors ut mors dilectio etc."

Repetitionibus prae animi jucunditate abundat, cum t idem ferme „invocavi dominum," quod „ad Deum eum clamavi." Item „exaudivit de templo suo vom meam," quod „clamor meus introivit in conspecm ejus in auribus ejus," sic enim in hebraeo dicere detur. Omnia autem sunt plana, sed plena quoque cundissimis affectibus.

ommota est et contremuit terra, fundaenta montium conturbata sunt, et commota sunt, quoniam iratus est eis.

Quid velit David ab hoc versu ad decimum usque, m possum consequi. Nusquam legitur terram motam, ontes concussos, et alia, quae hic recenset, propter avid esse facta, sed nec propter Christum. Ceteri r allegorias contemta consequentiae ratione perfacile radunt, quid enim facilius, quam singulis partibus allegoriam suam affingere?

Lyra nonnihil dicit, cum dicit morem esse scripurarum, ut pro laudando aliquo singulari beneficio Dei epetantur ab initio vel omnia generaliter, vel multa x eis populo Dei exhibita beneficia, juxta illud Ps. 18. [119.]: „Memor fui judiciorum tuorum, et consoatus sum." Et 76. [77.]: „Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum, et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis exercebor." Sic Dibora Judic. 5. cantura domino

incipit ab exitu Aegypti, d. : „Domine cum exires de Seir, et transires per regiones Edom, terra mota est, coelique ac nubes distillaverunt aquis, montes fluxerunt a facie domini, et Sinai a facie domini Dei Israel.“ Aemulatione hujus dicit et Ps. 67. [68.]: „Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est, etenim coeli distillaverunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel.“ Et Ps. 76. [77.]: „Viderunt te aquae Deus, viderunt te aquae et timuerunt et turbatae sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes, etenim sagittae tuae transeunt, vox tonitrui tui in rota.“

Esto itaque, solere confessores Dei altius repetere mirabilia Dei, praecipue illud prae ceteris insigne, quod in exitu Aegypti fecit, cujus prae omnibus arguuntur filii Israel immemores fuisse, Ps. 77. [78.], et ex cujus memoria sine dubio multa didicerunt spiritu illustrante, ita ut proverbii vice habuisse videantur usitatissimum, et jam diversas ejus partes in diversis allegoriis tractatas. Non tamen capio Lyram, dum verba hujus Psalmi ad eandem historiam aptat.

Temerandum itaque et mihi est. Placet primum, repetita hic dici praeterita mirabilia in exitu Aegypti facta, et misceri mirabilibus praesentibus per jucundam exspatiandi et digrediendi libertatem, quando talem in scripturis usum videmus. Nam et saeculi rhetores docent in genere demonstrativo recenseri oportere non modo praesentia, sed simul omnia praeterita facta majorum ejus, qui laudatur. Nec tamen hoc solum agi a David credo, sed simul prae exuberanti laetitia ludere allegoriis historiae Aegyptiacae in laudem Christi videtur, quem significari ea figura clare cognovit. Et

demus eos, qui nimio gaudent, ita gestire allegoriis novis figuris loquendi, ut insanire putentur, delect enim eos sua gaudia vestire pulchris et festivis rborum et sententiarum figuris, alius aureum, alius ellitum, alius manna suum, alius aliter appellat, quod udat. Nemo hic non poeticatur, ipso gaudio docente gurate loqui.

Ita hic Christus, cum sese ab inferis exaudiente patre iudeat revocatum, non modo repetit et miscet miralia Dei antiqua, sed eadem simul jucundissima allegoria immutat et innovat, sicut orat Ecclesiast. 36.: nova signa et immuta mirabilia." Unde nec totam storiam ordine tractat, sed utcunque ad rem facit, iamlibet partem delegit. Quare hic nosse oportet legoriam historiae ejusdem, praesertim eam, quae ad actum resurrectionis Christi pertinet, quae in duobus tis comprehenditur, lege et gratia. Lex humiliat perbos, gratia exaltat humiles, utrumque miris et riis modis, suntque haec vere Dei mirabilia nova, iae non aliis armis, quam ministerio verbi perficit, r abjectos idiotasque piscatores et successores eom, quae omnia, nisi fallor, his figuris et allegoriis aviasime ludit propheta.

Legimus itaque Exo. 19. et 20., cum esset dominus legem daturus, „tertia die coeperunt audiri totrua ac micare fulgura, et nubes densissima operire ontem, totus mons fumabat, eo quod dominus Deus scendit super eum in igne, et adscendit fumus ex quasi ex fornace, eratque omnis mons terribilis, et nitus buccinae paulatim crescebat in majus, et proxius tendebatur. Moses loquebatur et dominus respondebat ei, descenditque dominus super montem Si-

nai, in ipso montis vertice, et vocavit Mosen in cacumen ejus."

Ditior est haec figura, quam ut verbis eam consequi possim, quam nec intellectu satis capio, et tamen propheta dignissime eam tractat, multa enim ex ea et alii sumsere prophetae, ut quae sit densissima refertissimaque mysteriis Christi, opera enim naturae, legis et gratiae, hoc est, summa totius theologiae his tractatur. Apostolum ergo ex Romanis primum et optimum interpretem invocemus, qui cap. 4. dicit: „Lex iram operatur," et 1. Cor. 15.: „Virtus peccati lex," Ro. 1.: „Revelatur ira Dei de coelo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent." Et Ro. 5.: „Lex subintravit, ut abundaret delictum."

Legis itaque opus est terrere, conscientiam concutere, et omnem fiduciam demoliri. Atque id est, quod agitur figura magnae alicujus tempestatis, ita proprie, ut non alia allegoria magis apte possit monstrari. Tonitrua enim et fulgura commovent et tremefaciunt terram, concutiunt et conturbant fundamenta etiam montium, et, sicut ille ait, feriunt et summos fulgura montes, in qua re iratum coelum omnes formidant, sicut Ps. 77. dicit: „A voce tonitrui tui formidabunt," hoc est, quod dicit: „Quoniam iratus est eis." Talem autem tempestatem fuisse in monte Sina, cum lex daretur, ex praedictis verbis satis liquet cuivis, ut simul figura similaretur, quod revera tum agebatur, et tale esset signum, qualis erat res ipsa.

Itaque legis doctrina et cognitio, cum agat aeternis comminationibus, et exigat ea, quae ferre non

ımmus, sicut Heb. 12. dicit: „Non enim portabant quae dicebantur," terribilis est et importabilis ;atrici conscientiae, et tanto magis, quanto proli- et clarior ejus sonus seu cognitio, hoc est, vere legem fieri cognitionem peccati, et iram per legem ;itari, hoc est, ream inveniri et aeterna ira dignam ium hominum conscientiam. Quae cognitio intus orde, omnem illum tumultum et impetum tempe- s implet, qui in Sina monte describitur visus esse. vere commovetur et tremefit terra, id est, ter- corda, quae sapiunt ea, quae super terram sunt, on modo montes ipsi, sed fundamenta montium urbantur et commoventur, id est, disperguntur rbi mente cordis sui. Montes enim superbi sunt, amenta sunt fiducia potestatis, sapientiae, justi- et quarumcunque rerum. Eruditus enim vera cognitione intelligit, quod non subsistit coram omnis caro, quia ex operibus legis non justifica- homo. Nec potentia, nec sapientia, nec quae- |ue substantia hic prodest, omnia turbantur et nunt, quia iratus est eis, hoc est, per legem re- tur ira Dei, super eos maxime, qui fiducia illorum ıamentorum superbiunt prae ceteris.

Montes autem hic absolute dicit, quia sunt et tes sancti, Ps. 86. [87.]: Fundamenta ejus in tibus sanctis," et alio: „Justitia tua sicut mon- Dei." Potissimum autem fundamenta montium in- genda sunt fiduciae operum, seu opera legis, seu et doctrinae, quibus homines sese confidunt justi- ri. .Hoc enim potissimum agitur verbo et cogni- ıe legis, ut peccatores faciat, et omnis mundus ıoxius fiat Deo. Sic enim apostolus lege utitur

potissimum contra operum superbiam, dicens Ro „Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut om nium misereatur,“ et Christi gratia maxime c justitiam hominum pugnat, nam haec omnium pe cissime resistit justitiae Dei, ut Ro. 10. dicit: „I rantes enim justitiam Dei, et suam quaerentes stat justitiae Dei non sunt subjecti.“

Est et hoc mirabile et signandum, quod toni non tantum cacumina, sed ipsa fundamenta mon concutiuntur, nam terra tota tremefit, etiam rad ice montium. Ita lex non modo superbiam externe pe cutit, quod et hominum possunt increpationes, sed penetrat, et intima cordis conturbat, ipsam conscien tiae secretissimam fiduciam pavefaciens, quia lex spi ritualis est et sermo vivax, penetrantior omni gladio ancipiti, nec est, qui se abscondat a calore ejus.

Hebraeus jucunda vocum allusione dicit, וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ, quod noster forte non potuit reddere, sed dixit: „Commota est et contremuit terra.“ Significat autem pavidum illum motum, quo ad fugam et cursum aliquis commovetur, significantissime vim legis et conscientiae metum exprimens. Ita propheta non modo jucundus est sententiis, sed et verbis et constructione, si quis vacaret omnia observare.

Adscendit fumus in ira ejus, et ignis a facie ejus exarsit. Carbones succensi sunt ab eo.

Hierony.: Adscendit fumus in furore ejus, et ignis ex ore ejus devorans, carbones incensi sunt ab eo. Hoc in visibilibus tempestatibus fit, quoties ful-

tacta conflagrant, hic enim fumus, ignis et carbones visuntur. At in monte Sina fumum et ignem fuisse satis ostendit Moses, Exo. 19. Nusquam carbones illic leguntur, nisi carbones intelligat montem ignitum et ardentem. Certum est enim omnia micuisse, fumasse, arsisse, caligasse, quae in monte et juxta montem fuerunt, ut Deutro. 5. dicit: „Et montem ardere vidistis." Terribile enim fuisse, quod videbatur, Paulus scribit Heb. 12.; ut et Moses diceret: „Exterritus sum et tremebundus." Itaque quos carbones Moses non expressit, propheta una cum igne intelligit et eloquitur.

Totum autem hoc facit, ut manifestis indiciis ostendat sese ab historia illa ad allegoriam diverti, et mysteriis ludere. Ideo non solum carbones adjicit, sed et alia quaedam, quae in historia non leguntur, aut non eo modo leguntur, quale est, quod fundamenta montium concussa dicit, cum illic nec plures montes, nec fundamenta memorentur, volens uno monte Sinai omnes illos superbos, cum suis praesumtionibus figuratos, videri. Tale est, quod iratum eis dominum dicit, cum nihil de ira domini in montem Sina historia dicat. Tale et hoc, quod fumus in ira ejus adscendit, cum nihil illic de fumo irae ejus sit dictum, et quod manifestissime allegoriam historiae indicat, quod dicit ignem a facie ejus exarsisse, seu, ut Hebraeus textus habet, ex ore ejus devorasse, nec enim ignis ille, quo ardebat mons Sina, ex ore Dei provenisse legitur, nisi ideo dicamus ex ore ejus venisse, quia de puro desursum velut ex ore coeli misso conflagrarit.

Lex igitur est, quae ex ore ejus, id est, ex ore praedicantium, infantium et lactentium procedens ac-

cendit, exurit, devorat, vastat, quidquid est superbiae in vanitate humana, ut locum paret gratiae. Ad increpationem enim legis sequitur pavor et terror, fuga, atque cum fuga nusquam pateat, oritur angustia, atque haec est ignis iste, qui concoquit et devorat omne malum, exurit concupiscentiam, ut jam non libeat, quod delectabat antea. Sic incenduntur carbones ex eodem igne, ut peccatores exusta per vim legis mala cupiditate ardeant, nondum quidem caritate suaviter, sed fornace angustiae suae fortiter, in qua conflantur et parantur et purgantur, sicut aurum in igne.

Sed fumus ante ignem ponitur, cur hoc? Quis priorem igne fumum unquam vidit? Sed fumus signum est praesentis ignis, et licet prior non sit, prior tamen apparet. Aug. fumum intelligit lacrymosam deprecationem poenitentium, cum cognoverint, quid minetur impiis Deus. Quem non repudiemus, sed augeamus, ut fumus sit et confessio foris peccatorum et omnia illa argumenta, quibus proditur interna conscientiae fuga et angustia, sicut illi Act. 2. compuncti et conterriti verbis Petri dixerunt: „Viri fratres, quid faciemus?" Iis enim verbis significant, quid intus patiantur. Adscendit ergo fumus in ira ejus, quia ira Dei cognita per legem humiliat in profundum superbos, et ex eo profundo sursum fumum hunc poenitentiae suae emittunt.

2. Reg. [Sam.] 22. dicitur: „Adscendit fumus de naribus ejus, et ignis de ore ejus voravit," ubi vitio scriptoris volavit nostri codices habent, in quo videtur loqui de fumo irascentis, non de fumo poenitentis. Sed cum allegoriam tractet, convenit, ut,

icut os domini, os praedicantium, et ignis ex ore
ejus virtus legis in peccatore dicitur, ita et nares
domini iidem praedicantes sint, quod per eos indicat
et revelat iram suam. Quare sicut ignis in peccatoribus vorat, licet de ore domini procedat, ita fumus
in eisdem adscendit, licet de naribus domini procedat.
Neque enim possibile est, historico et literali sensu
vel ignem de alicujus ore vorare, vel fumum de alicujus naribus adscendere, cum sternutans flatum potius demittat. Verum in hebraeo utraque dictio aequivoca est, quam interpres varie reddit, ut hic ignem
ardentem et fumum irae, quod illic ignem vorantem
et fumum naris dicat. Ego dicerem, quod hoc Ps.
dicitur, ignem ardentem et fumum irae.

Inclinavit coelos et descendit, et caligo
sub pedibus ejus.

Hoc historia confitetur dicens: „Coepit nubes
densissima operire montem,“ et Deutro. 5. et Heb. 12.
eadem caliginis mentio fit, dicitque Exo. 19.: „Descendit dominus super Sinai in ipso montis vertice, et
vocavit Mosen in cacumen ejus.“ Multi multa de ista
caligine commenti sunt, praesertim Dionysius ille,
quisquis fuerit. Nos coepto itinere prosequamur allegoriam nostram, qua diximus superbos humiliari per
ministerium legis, idque hoc loco tractari. Virtus
itaque legis et ira Dei per eam revelata non sentitur,
non conturbat fundamenta montium, nec tremefacit
terram, non succendit carbones, nec devorat peccatores, nec suscitat fumum, nisi domino ipso intus movente, docente et incrementum dante. Quam multi
enim audierunt Joannem baptistam, Christum, aposto-

los fulgurantes et tonantes tonitruis judicii et irae Dei futuri, qui tamen indurati corde, sicut lucus behemoth, nihil sunt commoti, sicut multos videmus, qui tonitrua corporalia contemnunt et rident, etiamsi videant alios eisdem exanimari.

Hoc est, quod dicit, et illic figuratum est, ubi descendisse dominus super montem Sinai scribitur. „Inclinavit enim coelos," hoc est, apostolos dimisit in mundum contra superbos filios Adam, „et ipse descendit," cooperans et confirmans sermonem eorum, sicut Gal. 2. dicit: „Qui operatus est Petro in apostolatu circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes." „Et caligo sub pedibus ejus," id est, quod opera et viae ejus cognosci non possunt. Hoc fit, dum alienum opus operatur, ut operetur opus suum, dum damnat, ut salvet, dum conscientiam conturbat, ut pacificet. Contraria enim sunt opera justificationis omni sensui humano, qui sese humiliari et in nihilum redigi per virtutem legis non sustinet, quia non capit, quam bene secum agatur, putat enim sese consumi, cum revera oriatur sicut lucifer, et dispergatur, ut congregetur, evellatur, ut plantetur. Fide ergo opus est in ista caligine, sicut Job. 3.: „Viro cujus abscondita est via, et circumdedit eum Deus tenebris." Hiere. 10.: „Scio domine, quia non est hominis via ejus, corripe me in judicio et non in furore etc.

Et adscendit super cherubim et volavit. Volavit super pennas ventorum.

De hoc nihil legitur in historia, nisi illud tangat, quod Exo. 25. praecipitur Mosi, ut inspiciat et omnia faciat secundum exemplar, quod ei monstratum erat

in monte. Inter quae erant et cherubim ex aure productiles, in quorum medio propitiatorium, unde loqueretur dominus ad Mosen, sicut ibidem dicitur. Quo simul propheta prae ubertate voluptatis etiam mysteria tabernaculi copulat cum mysteriis montis Sinai. Incredibile est enim, quam copiose colludant scripturarum mysteria et acervatim irruant, si quando serenatis turbis periculorum in libertate et gaudio spiritus homo versatur, nihil enim tunc non novit, nihil non audet, omnia potest, quia unctio praesens docet eum. Usus autem scripturae postea invaluit, ut Deum appellaret sedentem super cherubim, ut Ps. 98. [99.]: „Dominus regnavit, irascantur populi, qui sedes super cherubim, moveatur terra.“ Et 79. [80.]: „Qui sedes super cherubim, manifestare, coram Ephraim, Benjamin et Manasse (id est, super arcam, quae erat ad occidentem, in quo tres illae tribus locabantur) excita potentiam tuam.“

Voluit enim dominus et ab initio semper id curavit, ut esset aliquod monumentum et signum memoriale externum, quo alligaret fidem credentium in se, ne abducerentur variis et peregrinis fervoribus in spontaneas religiones seu potius idololatrias. Sic Gene. 22. mons Moria appellatur, id est, dominus videbitur, quod illic respexerit ad oblationem Abrahae. Et 35. praecipitur Jacob, ut altare faciat Deo, qui ei apparuerat in Bethel. Hinc Moses praecepit, ne locum, nisi quem dominus elegisset, sibi erigerent pro cultu Dei, quod tamen excelsis et lucis postea erectis saepius transgressi sunt. Ita et tabernaculum foederis, propitiatorium, cherubim pro loco eis dedit, in

quo eum invenirent et invocarent, quae omnia in Christum figurata sunt.

Nos enim nunc locum non habemus, non tamen sine signis et monumentis sumus, ut sunt baptismus et missa, sed nec ipsa ulli sunt loco affixa, Christus enim nunc ubique regnat, et ubilibet licet baptisari, praedicare et sacro pane vesci. Quare nostrum propitiatorium, noster cherub in abscondito sunt, et mysterio verbi fidei tantum comprehendi possunt. Christus est propitiatorium, ut Ro. 3. docet Paulus, „quem proposuit Deus propitiatorium in sanguine ejus," „in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter," „et Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi." Duo cherubim cum alis suis sese superne contingentibus et propitiatorium operientibus, in propitiatorium mutuis vultibus prospicientes, duo sunt testamenta, quorum alterum est verbum legis, alterum verbum gratiae, quae inter sese etiam adversa videntur, dum lex auget peccatum, gratia tollit, tamen in Christo conveniunt, quia quod erat impossibile legi, Deus mittens filium suum, damnavit peccatum de peccato, ut justificatio legis impleretur in nobis.

Hoc volunt etiam, qui dicunt cherub significare multitudinem seu plenitudinem scientiae, quod ministerium utriusque verbi, legis scilicet et promissionis seu gratiae, si recte tractetur, omnia doceat. Equitat ergo seu vehitur dominus super cherubim in spiritu et veritate, quando per fidem in nobis regnat, quae ministerio utriusque verbi in nobis paratur. Nam quod noster „adscendit super cherubim," Hebraeus aptius dicit: Vehitur seu equitat, ut vitale regnum fidei in nobis exprimat. Non ergo noster cherubin ulli loco

ixus est, sed ubiubi verbum fidei fuerit, ibi super
rubim sedet dominus per Christum et regnat in
bis. Unde et in figura illud servatum est, quod
per propitiatorium et cherubim nihil erat positum,
od videretur, sed sola fide credebatur illic sedere
us, et inde (inquit) loquar ad te. Ita nobis non-
i fide creditur Deus in Christo habitare, quod cre-
aus testimonio cherubim utriusque testamenti, nec
et nobis undelibet expectare verbum Dei, nisi ex
o propitiatorio Christo.

Idem videtur per tautologiam dici: „Volavit super
nnas ventorum" seu spirituum. De spirituali enim
nto loquitur, quod est ipsum verbum spiritus, legem
erpretans et gratiam demonstrans. Hoc enim ver-
m sicut ventus velociter venit, spirans ubi vult,
cemque ejus audis, et nescis, unde veniat aut quo
dat. Pennae autem horum ventorum ipsa sunt verba
calia, in quibus volant spiritus isti. Nam et gentes
um Mercurium, quo volunt significari sermonem di-
num, fingunt esse alatis pedibus. Adeo naturaliter
sita est humanae menti allegoriae affectio. Volat
go super pennas ventorum, id est, ministerio verbi
ocalis, quo fides docetur, volat super nos, ut ubi sit
erbum vocale, spiritu fidei apprehensum, ibi sine
ubio dominus est, et volat super eos.

Volare autem dicitur, cum cherubim ex auro pro-
ueti non volarent, quia vidit alas non frustra che-
ubim apponi in lege, cum alae ad volandum datae
int. Intellexit significari futurum quendam volatum
erbi per totum orbem terrarum, qui est ipsum mini-
sterium verbi, et super hunc volatum, super has pen-
nas volaturum, et ubique verbo suo praesentem futu-

rum dominum, sicut Marcus ult. dicit: „Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.“ Quare volatus iste mihi velocitatem verbi per orbem significat, sicut et Ps. 147. dicit: „Velociter currit sermo ejus.“ Non solum autem hoc, verumetiam, ut neque verbi, nec cooperantis domini quietem in ecclesia significet. Non enim cessandum est unquam a verbo, sed semper in usu, motu, volatu esse debet, ut dominus ipse semper volare movereque in nobis fidem possit. Qui etsi omnia per se possit, non tamen nisi ministerio verbi facere statuit, ut fidei locus sit et nostrae infirmitati consulatur, quae ferre non potest divina, nisi verbo involuta, quo velut in utero suo nos portat, ut Isa. 46. dicit.

Quare non spernendum est, quod volandi verbum geminavit, ut nos erudiret Spiritum domini non ferri super aquas populorum, nec praesenti numine regere nisi eos, qui verbo catechisantur, ut destrueretur praesumtio humanae virtutis et liberi arbitrii, commendareturque gratia et humanitas salvatoris nostri Dei in eos, qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud. Sic et Deutro. 32. scribitur dominus volasse super populum Jacob, sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans.

Si quis autem volatum super pennas ventorum petere volet ex historia montis Sinai, non magnopere contendo. Potest forte dici dominum, quando in montem descendit, super pennas venti volasse. Non enim monte ceu sustentaculo usus est, cum in aere potius substitisse dicendus sit, ut qui non portatur ab ullo, sed portat ipse omnia verbo virtutis suae, quod in volatu significatum sit.

Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus. Tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Quia obscuritas semper est foecunda, sicut et asperitia, ideo propheta potest iterum videri gemellam figuram tangere, et Sinai et tabernaculi, saltem parte priore, quae de tenebris sancti sanctorum et tabernaculo videtur loqui. Quod enim in sancto sanctorum nullum fuit lumen, significabat inhabitante ecclesiam suam Deo per Christum fidem esse in cordibus eorum, quae nec comprehendit nec comprehenditur, nec videt nec videtur, et tamen omnia videt. Est enim argumentum rerum valde quidem praesentium, sed nequaquam apparentium. Sicut arca foederis erat praesentissime in sancto sanctorum, non tamen apparebat, ita tabernaculum ejus fuit in circuitu ejus, quia in medio sancti sanctorum ipse sedebat, quo significatum est, ut Ps. 45. [46.] dicit, Deum esse in medio ecclesiae suae, ideo non posse eam commoveri, quam et similes prophetias ex ea figura hauserunt.

Non enim Deus in nobis regnat superficie tenus, lingua et verbo, sed in virtute', nec sunt stabiles, qui in lingua et verbo in eum credunt, sed qui corde credunt, justi sunt, in quorum medio ipse habitat. Hi sunt fortes et adjuvantur in omnibus vultu Dei (id est, praesentia Dei), ut Ps. 45. [46.]: „Adjuvabit eam Deus vultu suo,“ seu mane diluculo, id est, praesenti valde numine et ipso vultu.

Sed ad montem Sinai quoque veniamus, de quo scriptum est, quod descendente domino mons operiri coepit caligine, et ipse in vertice et medio montis

recte dicitur posuisse tenebras latibulum suum, qua eadem fides est significata, per quam habitat in medio ecclesiae suae in cordibus nostris, ubi non videtur. Hae autem tenebrae dum extra nos sunt, litera occidens est terribilis prudentiae carnis, quae vehementer exhorret occidi, et tamen occidi oportet, sicut lex occidendam docet, ut cum Mose adscendat ad verticem montis, ingresso in caliginem ad dominum. Neque enim ad dominum intra caliginem venitur, nisi mortificata per legem prudentia carnis.

„In circuitu suo tabernaculum suum," scilicet posuit, idem est per repetitionem, quanquam in hebraeo non sit praepositio „in", sed sic: Circuitum suum tabernaculum suum, hoc est, sicut posuit, ut tenebrae essent latibulum suum, ita posuit, ut et circuitus suus esset tabernaculum suum. Quod mihi videtur in eum sensum dici, quod fides seu ecclesia fide sanctificata sit illud, in quo Deus moratur. Nam ideo ponit tabernaculum suum nonnisi id quo circuitur, id est, clauditur et absconditur, sicut sancto sanctorum circumibatur et claudebatur, et in monte Sinai nube et caligine circumibatur.

Et valet adversus personarum respectum, quod dicit tabernaculum suum esse id quo circuitur. Quidquid illud tandem sit, nec nomen nec personam habet. Quicunque enim eum circumdant eique adhaerent, sive gentes, sive Judaei, fiunt ejus tabernaculum, non est enim distinctio. Verum aspera (ut dixi) haec carni ingressurae sunt, suavia spiritui ingresso. Non enim homo nisi per tenebras fidei, fides nonnisi per mortificationem carnis ingreditur. Unde tenebrae istae, donec sunt exteriores, mors et infernus sunt, ubi

ierint factae interiores, vita et salus sunt. Litera nim opponit caliginem et crucem, sed spiritus fidei errumpit, et ingressus caliginem invenit dominum. deo qui fugit et horret caliginem, sicut populus srael, excusans se, ne fieret eis verbum legis, non ervenit ad dominum. Nisi enim legem audieris, quae e humiliet et crucifigat, dominum intus cum Mose oquentem non audies, sed nec Moses intrat nisi vocante domino, sicut habent verba Exodi.

„Tenebrosam aquam in nubibus aeris.“ Hieron.: n nubibus aetheris. Certe potest ex hebraeo etiam dici: In nubibus nubium. Utraque enim dictio nubem significat, ut densam et coactam nubem intelligamus, qualis est tempestatum, meliusque in accusativo: tenebrosam aquam, et sine praepositione „in“, hoc modo: Posuit tenebras latibulum suum, circumitum suum tabernaculum suum, tenebrosam aquam nubem nubium, ut sequentia declarent praecedentia, ac si dicat: Latibulum suum voluit esse tenebras, in quarum circuitu habitaret, quae fuerunt aquae illae nigrae in densissima nube tempestatis. Quibus omnibus significatur mortificatio veteris hominis, quam in suis exercet per verbum legis dominus, et tamen hoc non facit crudeliter, cum sit prope omnibus, quibus haec mala facit, ut benefaciat, ideo in circuitu suo fiunt.

Quare licet passim hanc tenebrosam aquam in nubibus aeris speculationibus dederint in obscuritatibus propheticis, nos tamen consequentiam verborum et sententiarum observantes per aquam tenebrosam opus legis intelligimus, id est, mortificationes carnis, tristitias conscientiae, et iram judicii, quibus caro affligitur, sicut et ad sensum tenebrosae illae nubes

tempestatum aquosae sunt simul et tristes et molestae. Nam et aqua et caligo tristitiam persecutionemque significat in scripturis sanctis.

Nubes autem nubium, seu nubes aëris, ipsi sunt apostoli tristia mundo nuntiantes, dum omnes sub peccato concludunt per legis verbum, ipsi enim sunt circuitus domini, et in medio eorum ipse latet praesens, et per eos operatur omnia in verbo. Sic Isa. 5. de vinea domini, quam vocat Israel, dicit: „Et nubibus meis mandabo, ne super eam pluant imbrem." Et 40. [60.]: „Qui sunt ii, qui ut nubes volant, et quasi columbae ad fenestras suas?" Sed dum atrae nubes solvuntur, pluunt salutarem imbrem, quae prius nigredine sua minari videbantur interitum: ita praedicator legis occidit, et tamen vivificat, ubi legem spiritualiter in Christo impletam docet. Frequens est allegoria ista nubium et pluviae in scripturis pro ministerio verbi.

Prae fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, grando et carbones ignis.

Sensum hujus versus, quo praecedentibus cohaereat, fateor me prorsus non intelligere. Itaque glossa mea prima esto hoc verbum: Nescio. Verum ut melioribus occasionem demus, in incertum disputamus. Aug. et Hierony. intelligunt significari transitum apostolorum a Judaeis ad gentes, sed consequentiam non tradunt, qua hoc factum intelligatur a fulgore in conspectu domini. Et ne putemus nos solos torqueri hoc loco, ipse Cassiodorus „prae fulgore" putat unam esse dictionem numeri pluralis et referendam ad nubes, quasi praefulgidae nubes dixeris, scili-

nihil mirum nos labi, quando tanti viri tam insigni au paene delirant.

Delirabo et ego interim. Hactenus namque mini- rium verbi cecinit, quoad priorem ejus partem, quae doctrina legis, qua, ubi praesens dominus coope- ur, peccatores humiliantur. Nunc posteriorem et eram partem canit, qua post virtutem legis verbum atiae humiliatos exaltat et consolatur. Ita erit asus: Nubes illae nigrae et terribiles, quibus per rbum legis ira Dei revelatur, transeunt, praetereunt evacuantur prae nimio splendore et claritate, quae conspectu ejus est, hoc est, revelatio et cognitio ei, qua cognoscitur ejus misericordia, tam dulcis est, prior tumultus verbi legalis amplius non contristet. eut enim (ut Bernhardus ait) cognitio sui, sine gnitione Dei, desperationem, ita cognitio Dei, sine gnitione sui, praesumtionem operatur, si modo gnitio Dei dicenda est, quae sine sui cognitione st, cum speculativa tantum sit necessario.

Sic Paulus 2. Cor. 4. [3.] tribuit fiduciam et pem cognitae gloriae Dei, dicens: „Si ministratio amnationis in gloria est, multo magis abundat mini- terium justitiae in gloria. Nam nec glorificatum est, uod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Iabentes ergo talem spem, multa fiducia utimur.“ t infra: „Nos autem revelata facie gloriam domini peculantes in eandem imaginem transformamur a cla- itate in claritatem, tanquam a domino spiritus.“ Vides apostolum gloriam revelatae faciei enarrantem aene eadem verba hujus versus ponere: „Prae ful- gore conspectus ejus.“ Quid est fulgor conspectus ejus, quam gloria seu claritas faciei revelatae Dei?

Quid ergo est gloria domini? quid revelatio faciei? Diximus Ps. 4. et aliis, vultum domini et conspectum Dei super nos, et in conspectu nostro positum, aliud non esse, quam praesentem et propitium dominum habere, in eum confidere, et, ut usus habet scripturae, nosse dominum, quod nonnisi per fidem fit in hoc saeculo. Sic ex Hieremia apostolus Heb. 8.: „Et non docebit unusquisque proximum suum, dicens: Nosce dominum, omnes enim scient me a minore usque ad majorem.“ Et Isa. 11.: „Quia repleta est terra scientia domini, sicut aqua maris operientis.“ Haec notitia Dei laetificat cor, sicut notitia sui contristat, quia illa proponit misericordiam ante oculos, ut Ps. 25. [26.] dicit, haec peccatum contra nos ponit semper, et cogitare de peccato semper cogit, ut Ps. 50. [51.] dicit. Conspectus itaque Dei est notitia revelata Dei, in qua videtur gloria seu claritas Dei. Gloria autem Dei est nostra justificatio, quam videmus non esse currentis hominis, sed miserentis Dei, unde non nobis, sed domino damus gloriam, qui, ut apostolus dicit, „omnia facit in laudem gloriae gratiae suae,“ ut „qui gloriatur, in domino glorietur,“ evacuata penitus nostra gloria revelataque ignominia nostra per verbum legis.

Transitis autem nubibus istis, et satis humiliatis peccatoribus per peccati cognitionem, ministerio legis paratam, et in conspectum Dei adductis, ubi gloriam gratiae Dei agnoscentes pacificantur, exsultant et laudant, simul transeunt et grando et carbones ignis. Sic enim ego arbitror ad verbum „transeunt“ referendas esse et nubes et grandinem et carbones ignis.

Grando autem allegorice dura et aspera legis

erba significat, sive, ut alibi dicit, increpationes in opulis. Ignitos autem carbones, quos idiotismo ebraeo carbones ignis vocat, intelligimus vel eosdem, uos supra dixit succensos esse ab igne, ipsos scilicet peccatores angustiae igni exustos, sive eadem igis verba, quibus ignis ille poenitentiae in conscienta succenditur. Quod magis probo, omnia enim illa ransennt, ubi dulcis misericordiae Dei notitia revelata uerit. Tum enim nubes prius odiosae fiunt gratae, t praedicatores legis, quos abominabamur, diligimus, t verba eorum dura et urentia tandem probamus, on secus atque parvulus paedagogum suum et disciplinam ejus odit, donec hereditatem adeptus intelligat, quae fuerit duri paedagogi utilitas, quo paradigmate ad Galatas Paulus utitur, non inepto ad hunc locum intelligendum.

Haec omnia puto prophetam accepisse ex ea parte historiae, ubi scribitur Moses adscendisse in montem, et ingressus fuisse caliginem, scilicet in conspectum domini. Neque enim coram domino hanc tempestatem fuisse, sed in circuitu ejus duntaxat intelligimus, ut et versu praecedente dixit. Sicut ergo Mosi ingredienti in conspectum Dei gloria domini apparuit, unde et retulit ex eodem consortio sermonis domini gloriam vultus sui, ut Exo. 34. scribitur, simul nubes, grando et carbones igniti transierunt, et jam in ejus conspectu non fuerunt, prae fulgore conspectu Dei, ita et nobis docente apostolo revelata facie domini gloriam speculantibus et in eandem eodem claritatis consortio imaginem transformatis multa est spes et fiducia, cessat exactor, superatum est jugum oneris ejus, sceptrum exactionis ejus et virga humeri

ejus, per parvulum, qui natus est nobis, et filium, qui datus est nobis. Isa. 9.

Iterum hic propheta vel auget historiam vel proprio spiritu allegoriam ludit. Non enim expresse legimus in Exodo, grandinem et ignitos carbones in monte Sinai de coelo missos, sed quia valida tempestas fuit, intelliguntur et ibi ignis, grando, nix, spiritus procellarum non minus mixta fuisse, quam in Aegypti plagis mixta fuerunt, cum utrobique idem legis officium figuratum fuerit.

Haec pro meo captu dixerim, alius abundet suo sensu, nam verbum „transierunt" significare mutationem, illud Matth. 24. probat: „Coelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt," quam significationem hoc tempore et loco apprehendi. Quodsi quispiam volet intelligi nubes, grandinem, carbones transire prae claritate conspectus Dei, id est, verbum et increpationes legis valere et pertingere, nec impediri, quin efficiant id in peccatoribus, propter quod praedicantur, ob praesentiam gloriae Dei praedicatae, quae confundit superbiam hominum, sicut Ps. 76. [77.] videtur loqui: „Etenim sagittae tuae transeunt," sed damno. Potest et hic transitus pulchre quadrare praecedentibus et sequentibus, quo efficacia verbi monstretur, ut Heb. 5. [4.]: „Vivus et efficax est sermo Dei, et penetrantior omni gladio ancipiti," non meum est diffinire, utra sententia praestet.

Et intonuit de coelo dominus, et altissimus dedit vocem suam, grando et carbones ignis.

Hic versus prope cogit posteriorem sententiam

ıecedentis versus acceptari, tamen utramque videa-s, de priore prius. Ex historia videtur illud re-re, quod Exo. 19. scribitur dominus respondisse ısi loquenti, deinde voces auditas et dominum locu-a decem praecepta. Quorum allegoria est, solius nini voce impleri legem. Quid est enim Mosen ui, et dominum respondere? nisi per Mosen legem ri, per Christum autem, qui legi respondeat, et eam us impleat, gratiam et veritatem fieri, ut Johann. 1. it: „Lex per Mosen data est, gratia autem et ritas per Jesum Christum facta est." Intonat ergo coelo dominus, id est, de choro apostolico praedi-t verbum gratiae, et idem dat vocem suam, per petitionem dictum. „Vox enim domini vox virtutis t," ut Ps. 28. [29.] videbimus, et Ps. 67. [68.]: Ecce dabit voci suae vocem virtutis."

Qua figura et Ps. 147. pulchre ludit: „Qui dat vem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. ittit crystallum suam (id est grandinem) sicut buc-llas, ante faciem frigoris ejus quis sustinebit? Emit-t verbum suum, et liquefaciet ea, flabit spiritus us, et fluent aquae." Quibus omnibus significatur inisterium praedicationis, quod asperum est priore gis, dulce autem posteriore verbi officio. Hoc nsu oportet grandinem et carbones ignis alia signi-cationes accipere, quam praecedente versu accepimus. iam illic aspera et urentia legis verba diximus, hic cunda et refrigerantia significari dici oportebit. uod etsi aliquo studio possimus utcunque asserere, t verbum gratiae asperum sit, urens carni et sanguini nescit enim homo pretium ejus, sicut Judaeis Jo-ann. 6. sermo Christi, qui erat sermo vitae, durus

erat et sermo mortis, et Paulus fatetur sese esse
num Christi odorem, aliis tamen in vitam, al
mortem), apparet tamen esse violentum et coact

Erit ergo tunc verborum ordo: Dominus
vocem suam, quae est grando et carbones igni
est, aspera et urens, Deus enim noster ignis c
mens est, imo ut Hiere. 23. dicit: „Nonne
mea sunt quasi ignis, dicit dominus, et quasi m
conterens petram?" Quare et alteram sententia
judicium cujusque tractemus, ubi etsi satis in p
dentibus dixerat terram commotam, fundamenta
cussa, irascente domino, et ipsum volasse super
rubim, et alia, quibus virtus verbi legis declarat
et praesentia domini in ministris verbi, tamen
ipsum etiam his versibus tractat, idem inculcatu
explicaturus, dicens nubes ipsas prae fulgore
fuisse efficaces, et dominum in eis de coelo to
dedisse voces suas grandineas et igneas, ne id o
quod lex minando, terrendo, turbando, jurgando
crepando, arguendo, urendo et consumendo (
enim omnia vidimus in his versibus dari mini
legis) operatur, ipsis nubibus, apostolis et prae
toribus tribuatur, sed soli domino, qui dat n
grandinem, ignitos carbones transire, ipse enim
hanc vocem suam de coelo. Sic enim et in hi
legimus, fuisse sonitum tempestatis ante vocem
cinae, ut clarior et clarior legis intelligentia d
assiduitate docendi.

Patet ergo et translatores non intellexisse
versus, dum per soloecum verterunt: „Dedit vo
suam, grando et carbones ignis," ubi vertendum e
Vocem suam, grandinem et carbones ignis, in ac

vo, a verbo „dedit" pendente. Ubi, sive vocem stinguas a carbonibus et grandine, sive conjungas, hil refert, modo per utrumque intelligas vocem aedicationis, quae ut varia est et variis affectibus rviens, ita numerosis illis coeli impressionibus figutur, ut sunt stellae, pluviae, grando, nebula, nix, lmen, fulgura, et omnibus, quae e coelo labi posnt, sive vivificantia, sive mortificantia, quorum priu verbo vitae, posteriora verbo legis accommodanda nt. Coeli enim sunt apostoli, ut sequente Ps. lebimus.

2. Reg. [Sam.] 22. nonnihil variant hi versus, ; enim leguntur: „Posuit tenebras in circuitu suo tibulum suum" (ubi omittitur „latibulum suum", et o „tabernaculum suum" „latibulum suum" ponitur), ribrans aquas de nubibus coelorum" (pro: densitas uarum in nubibus nubium, densae enim nubes criare videntur aquas), „prae fulgore in conspectu ejus, ansierunt carbones ignis," (pro quo noster textus idem habet: „Prae fulgore in conspectu ejus nubes, ccensi sunt carbones ignis," „nubes" enim superunt et „succensi sunt" idem verbum est, quod ransierunt", utrumque significans) „et intonuit de elo dominus, et altissimus dedit vocem suam" (ubi n repetitur grando et carbones ignis). Quam dirsitatem otiosis et studiosis relinquo.

t misit sagittas suas, et dissipavit eos, lgura multiplicavit, et conturbavit eos.

Evidens est allegorice prophetam loqui de sagit-, cum nihil in historia de eisdem legatur, quare gittas appellat ipsa fulmina, de quibus dicit Exo. 19.:

„Et coeperunt micare fulgura.“ Sic et Ps. 76. [77.] vocat: „Etenim sagittae suae transeunt, vox tonitrui tui in rota.“ Hinc verba, quibus configitur conscientia, sagittae vocantur, Ps. 39. [38.]: „Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi.“ Et Job. 6.: „Sagittae domini in me, quarum indignatio ebibit spiritum meum, et terrores domini militant contra me.“ Multa de sagittis ejusmodi passim legimus, ut et Ps. 7.: „Sagittas suas ardentibus effecit.“

Sunt ergo ista fulgura, fulmina, sagittae eadem verba legis terrentia, turbantia et configentia cor peccatoris, perseverat enim propheta adhuc in explicando et inculcando officio legis. Unde et hic versus argumento est, versus praecedentes posteriore sententia intelligendos esse de ministerio verbi legalis magis, quam de verbo gratiae, ut stet ratio consequentiae. Diximus enim verbum legis esse varium et multiplex in opere suo, quod in corde peccatoris operatur terrendo, minando, arguendo, urendo etc. Ideo et variis in Sina monte symbolis tempestatis et hoc aliisque locis variis verbis tempestatis explicatur, quae omnia magis ac felicius experientia intelliguntur, quam verbis edisserentur, quandoquidem et propheta, quasi suis verbis ea nequierit consequi, ad historiam sese recepit, et allegoricis verbis voluit indicare magis quam explicare.

Quare et nos, si alia non possumus complecti, hoc simus contenti, universa illa tempestate montis Sinai et omnium verborum, quibus illa refertur, nobis tradi totum illum tumultum, quem suscitat verbum Dei in corde peccatorum, quo ad odium sui et mundi mutantur, salubriterque occiduntur. Haec enim sunt

a domini virtutum, qui de coelo dimicat contra , sicut Judic. 5. dicit Dibora, ut stet summa, pus et intelligentia hujus Psalmi in hoc, quod ristus passus, resuscitatus, per Spiritum sanctum edicatus, creditus et cultus, humiliat superbiam ndi. Hic est enim summarius et brevis intellectus jus totius Psalmi, ut facile quivis intelligit, qui servat.

Dicit autem: „Dissipavit eos," hoc est, dirupit que divisit. Non enim venit pacem mittere sed dium, quo non modo a domesticis suis, sed etiam se ipso divideretur homo odio animae suae in hoc ndo. Et fulgura non tantum misit, sed multiplicat, ut multitudine praedicantium mundum tumultu ucis involveret. Sic et Ps. 67. [68.]: „Dominus bit verbum evangelisantibus virtute (exercitu) multa." littam, inquit, piscatores multos et piscabuntur s." Salutaris ergo dissipatio et conturbatio ista, a ad veram unitatem et pacem ducuntur. 2. Reg. Sam.] 22. sic dicit: „Et misit sagittas suas et dispavit eos, fulgur et consumsit eos." Aliqui per fulra intelligunt miracula, quibus dominus sermonem ostolorum confirmavit, quos permitto in suo sensu undare, neque enim inepte dicitur.

t apparuerunt fontes aquarum, et revelta sunt fundamenta orbis terrarum, ab crepatione tua domine, ab inspiratione spiritus irae tuae.

Hoc ad historiam nullo modo pertinere potest, in a nihil de fontibus aquarum et fundamentis terrarum citur, nisi illud Exodi 15. alleget: „Venerunt in He-

lim filii Israel, ubi erant duodecim fontes et septuaginta palmae," quibus figurati sunt duodecim apostoli et septuaginta discipuli Christi communi omnium judicio, ut sic propheta totius exitus historiam carptim tractet, et pro libertate spiritus sui mysteria novi testamenti cantet. Revera enim per ministerium verbi cognovit mundus apostolos esse fontes aquarum, principes orbis terrarum, sicut promissum erat Abraham et semini ejus. Sic et Ps. 44. [45.]: „Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram." Idem Ps. 67. [68.] dicitur: „In ecclesiis benedicite domino de fontibus Israel."

Sive ergo vivos apostolos et prophetas sive eorum libros intelligamus, idem erit. Sicut enim apostolos et prophetas nemo tales ac tantos judicasset, nisi eos dominus per verbi ministerium et miraculorum virtutes revelasset et magnificasset, ita nec libros et intellectus eorum, nisi revelante spiritu Christi, ullus tales ac tantos arbitraretur, qui fontes et fundamenta essent terrarum. At intellectus et sensus apostolicus optimum, quod in apostolis fuit, esse recte creditur, ut nihil sint reliquiae vestium, ossium, locorum, quae simplicis vulgi fidem utcunque alunt, ad reliquias librorum seu potius sensus, qui nullis libris relinqui potest, sed solius spiritus beneficio servari in cordibus fidelium suorum. Haec sunt fundamenta, de quibus Paulus Ephe. 2. dicit: „Jam non estis hospites et advenae, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum."

Quare et hic versus pars argumenti est, prophe-

hoc Psalmo loqui in spiritu, et de historia sum- allegoriam literaliter tractare in Christo.

Hoc totum autem factum dicit non arbitrio hu- no aut providentia nostra. Quis enim verbo suo tam virtutem unquam tribuit, ut haec fierent, quae istrato evangelio per mundum facta sunt, incredi- ia magnalia Dei, hoc Ps. praedicta et nunc impleta? cta ergo sunt haec „ab increpatione tua domine, ia increpasti gentes, et periit impius," salubriter repati in melius sunt mutati. Sic Joha. 16.: le arguet mundum de peccato," et Ro. 11.: „Con- isit enim Deus omnia sub incredulitate, ut omnium sereatur," et 3.: „Ut obstruatur omne os, et sub- tus fiat mundus Deo, quia ex operibus legis non stificatur omnis caro coram illo."

Altera pars versus: „Ab inspiratione spiritus se tuae," sic enim in hebraeo distinguitur. Spiritum se Dei componit cum inspiratione, qua vivificatur mo vel animal vivum, ut Gen. 2.: „Spiravit in fa- em ejus spiraculum vitae." Nonne spiritus irae po- us occidit, quam inspiret vitam? Ita sane, spiritus t, „qui arguit mundum de peccato, et revelat iram ei super omnem hominem," ut Ro. 1. dicitur. Sed ec ipso illis, qui hac ira humiliantur, inspirat vitam ratiae. Sic Isaiae 11.: „Percutiet terram virga oris ui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium."

Habemus ergo ministerium praedicationis eccle- iasticae hic descriptum et fructum resurrectionis Christi crucifixi, quae omnia per spiritum sanctifica- tionis facta esse dicit, quemadmodum et Paulus Ro. 1. loquitur in superscriptione sua, qua brevissime et pulcherrime omnia comprehendit, quae de ministerio

verbi et fructu resurrectionis Christi hoc Psalmo dicta sunt, ut facile est videre diligenter utraque conferenti et observanti.

Misit de summo et accepit me, et assumsit me de aquis multis.

Cum in superioribus Christus confessus sit sese passum, clamasse et exauditum, deinde miracula per resurrectionem suam per orbem verbi ministerio facta cecinerit, merito quaeritur, cur denuo glorietur se assumtum de multis aquis? Nec enim postquam suscitatus et praedicatus est, de aquis assumtus est. Ego non arbitror reverti eum ad id, quod coeperat de sua liberatione, quasi de mirabilibus verbi praedicta interseruerit, sed pro simplici ratione consequentiae opinor eum nunc loqui in persona ecclesiae suae. Postquam enim praedicatum est verbum crucis, turbati peccatores et ad fidem conversi fuerunt, mox coepta est persecutio, prima omnium apud Judaeos, donec ad gentes ire cogerentur apostoli, propter incredulitatem et furorem eorum.

Quare eam ipsam historiam hic canit, quam de apostolis et fidelibus in Actis Lucas scribit, ad quod pulchre colludent sequentia, ubi populum humilem opponit superbo populo Judaeorum, et gentium obedientiam contra illius inobedientiam jactat, et confiteri se dicit in gentibus, quod utique non in persona propria potest intelligi dictum. Facit et hoc aliquid ad rem, quod ab hoc versu in finem Psalmi ferme omnia verba sunt futuri temporis, cum hactenus fuerint praeteriti, ut Christum de ecclesia et in ecclesia loquentem intelligamus. Nam et Act. 9. Christus de

elo ad Paulum dixit: „Saule, Saule, quid me persequeris?" cum tamen solum ecclesiam Christi persequeretur.

Sic et 4. Reg. [2. Reg.] 19. in regem Sennacerib dicit dominus: „Habitaculum tuum et egressum um, et introitum tuum et viam tuam ego praescivi furorem tuum contra me, insanisti in me, et supera tua adscendit in aures meas," cum tamen populum Israel persequeretur. Hinc Ps. 82. [83.] audet cere: „Quoniam inimici tui domine sonuerunt, et ui oderunt te, extulerunt caput," et tamen sequitur: Super populum tuum malignaverunt consilium." Hoc nim promisit Exo. 23.: „Inimicus ero inimicis tuis," t Zach. 2.: „Qui tangit vos, tangit pupillam oculi ei," et Gen. 12.: „Maledicam maledicentibus tibi."

Dicit itaque Christus in persona ecclesiae suae, x Judaeis collectae: „Mittet de summo, et accipiet e, et assumet me de aquis multis." Hoc fecit, quanlo Spiritum sanctum de coelo misit, et congregavit ibi de Judaeis furibundis, quotquot praeordinaverat. Aquae enim multae hoc loco populi Judaeorum sunt, it Apoca. 17.: „Aquae, quas vidisti, populi sunt et gentes," quae et multis aliis locis scripturarum allegorice populos significant. Neque enim haec verba accipiendi ereptionem a malis significant, id quod sequens versus dabit, sed electionem et separationem ab aliis, ut de Enoch. Gen. 5.: „Quia tulit eum dominus," et 20.: „Propter mulierem, quam tulisti," videturque propheta alludere ad illud Exod. 2.: „Vocavitque nomen ejus Mose, dicens, quia de aqua tuli eum." Idem enim verbum, מָשָׁה, hoc loco, quod illo

ponitur. Et Moses figura fuit eorum, qui de sumuntur, id est, de ceteris eliguntur, unde l interpretatur non a Moys, quod est aqua, ut soı quidam, sed ab assumendo, assumtus seu extrı quia de aqua sumtus est.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis ab iis, qui oderunt me, quoniam confoı sunt super me.

Eripiet (ut dixi) Hebraeus, ut ecclesiae v agnoscas per Christum praedictae. Sunt autem fiduciae et spei in Deum, quia inimicos fortiore osores robustiores se fore profitetur, ut despera esse sciamus de humano quocunque praesidio, christiani esse volumus. Non enim brachio saeı et fulminibus vanissimis idolorum istorum defen ecclesia vera et germana, sed fictitia ista, et nomen ecclesiae ostendit, virtutem autem ejus n Legimus autem Actis apostolorum, quam ferox e tens fuerit populus judaeus cum suis principib apostolos et discipulos domini, verum liberati g ficabant Deum, et vel in uno Paulo converso l versum impleverunt.

Praevenerunt me in die afflictionis me et factus est dominus protector meu

Explicat modum ereptionis, qui fuit, queı medio persecutionis non deseruit ecclesiam, sed a protegens eam, ne fortiores hostes eam extinguer nec hoc solum, sed eduxit quoque eam in latitudi ut sequens versus docet. Hoc est, quod dicit: die afflictionis," id est, nec in ipso tempore perı

nis, quando videbar penitus derelicta, et illi supe-
res, me dereliquit, sed protexit me. In quo iterum
es commendatur nobis esse rerum non apparentium,
d oportere nos credere tunc esse praesente domino
rtissimos, quando sumus omnibus inferiores, sicut
ulus dicit: „Cum infirmor, tunc fortior sum." Et
hel 2.: „Infirmus dicat, quoniam fortis sum." Non
im hoc prudentia carnis capit.

t eduxit me in latitudinem, salvum me fecit, quoniam voluit me.

De angustia afflictionis educet in latitudinem
nsolationis. Sic Paulus 2. Cor. 1.: „Benedictus
eus et pater domini nostri Jesu Christi, qui conso-
tur nos in omni tribulatione nostra etc." Latitudo
im et angustia allegorice consolationem et tribula-
onem significant, Ps. 4.: „In tribulatione dilatasti
ihi." Tristitia siquidem contrahit, gaudium dilatat
r et frontem, Prover. 15.: „Cor gaudens exhilarat
ciem, in moerore animi dejicitur spiritus. Et 17.:
Animus gaudens aetatem floridam facit, spiritus
istis exsiccat ossa." Et: „Secura mens quasi
ge convivium."

„Salvum me fecit," melius Hieron.: Liberabit me.
em: „Quoniam voluit me," Hiero.: Quia placui ei.
st autem sensus: Voluntas et beneplacitum suum
me fuit, sicut de Christo dicitur Matth. 6. [3.]:
ic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui."
t Lucae 2.: „Et in terra pax hominibus bonae
luntatis," id est, beneplaciti. Est autem purissima
nfessio fidentissimaque gratitudo in eo verbo: Fecit
ihi haec dominus, non quia digna aut ullis operibus

merita fui, sed gratuita sua misericordia, quia sic placitum fuit ante eum, ut humilia respiceret et liberaret, ut non glorietur coram eo omnis caro, sed qui gloriatur, in domino glorietur, quia non currentibus nobis, sed complacente et miserente illo salvi erimus.

Et retribuet mihi dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Oportuit et hoc verbum „retribuet" in praeterito similiter ceteris, aut cetera quoque in futuro reddi, ne intelligentia et ordo confunderetur. Hic enim sese ecclesia comparat impiae synagogae, cujus comparatione digna fuit liberari et educi in latitudinem, etsi in conspectu Dei non haberet, in quo gloriaretur, nisi gratuitum beneplacitum Dei, quo affectu vidimus et Ps. 7. et 16. [17.] peti judicium a Deo super justitia. Etsi enim nos nonnisi accusatione nostri coram Deo justificamur, tamen impii multis modis nobis injuriam faciunt, praesertim in verbo Dei. Hoc est, quod hic allegat justitiam suam, propter quam sibi retributam gloriatur liberationem ab inimicis. Aliud est enim judicium inter Deum et nos, aliud inter nos et impios adversarios, de qua re inter Job. et amicos suos grandis disputatio est, volentibus illis, hominem posse eo pervenire, ut et justus coram Deo sit, et coram hominibus nullo sit peccato pollutus, ille contra, justitiam coram hominibus arrogat, sed coram Deo peccatorem sese confitetur, cui omnes peccant et egent gloria Dei.

Diximus Ps. 12. [13.] retributionem in scripturis magis sonare mutationem passionis quam dignitatem

riti. Nihil enim sunt merita nostra apud Deum, l ipse gratuita misericordia, dum reddit, mutat stram tristitiam in gaudium, angustiam in latitudim, sicut dicit Isaiae 61.: „Ut darem eis coronam o cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro iritu moeroris." Caveamus ergo, „justitiam meam" „puritatem seu innocentiam manuum mearum" ab clesia jactatas intelligere coram Deo, sed impii in clesiam peccata sua confitentem iniqui sunt, qua stitia meretur recipere contraria, quam ab impiis titur, et impii contraria, quam sperant.

Sic Deutro. 9. prohibet dicens: „Ne dicas in rde tuo, cum deleverit dominus Deus tuus eos in nspectu tuo: Propter justitiam meam introduxit me minus, ut terram hanc possiderem, cum propter imetates suas istae deletae sint nationes. Neque enim opter justitias tuas et aequitatem cordis tui ingreeris, ut possideas terras eorum, sed quia illae impie gerunt, introeunte te, deletae sunt, ut compleret rbum suum dominus, quod sub juramento pollicitus t patribus tuis Abraham, Isaac et Jacob. Scito go, quod non propter justitias tuas dominus Deus us dederit tibi terram hanc optimam in possessioem." Gloriari ergo adversus impios de justa causa ossumus et debemus, sed coram Deo subdi et tacere, ique soli gloriam tribuere oportet.

Arbitror autem „justitiam meam" pertinere ad atientiam, „puritatem manuum" ad innocentiam, hoc st, quod inique est laesa, mala ferens propter jutam causam, et nulli malum reddens aut faciens propter injuriam, hoc ipso scilicet merita educi in la-

titudinem, quia placitum est domino, pro sua gratuita misericordia, in talibus hominibus.

Quia custodivi vias domini, nec impie gessi a Deo meo.

Perstat in comparatione sui ad synagogam, ut probabunt sequentia. Justi enim etsi in carne sua peccatum habent, et corpus eorum propter peccatum sit mortuum, spiritus tamen vivit propter justificationem, ut apostolus Ro. 8. dicit. Contra impii in carne sua justitiam suam ostentant, in spiritu tamen eorum est dolus propter impietatem. Ita justi foris agunt ut peccatores, intus vero sunt justi. Impii autem foris sunt justi, intus peccatores. At nulla comparatio peccati *) spiritus (quae est impietas) ad peccatum carnis (quae est rebellis concupiscentia). Ita nulla est comparatio justitiae carnis (quae est operatio legis) ad justitiam spiritus (quae est fides in Christo).

Hoc est, quod hic dicit, sese custodire vias domini. Quo autem modo custodiuntur? In spiritu, non in carne, fide, non operibus, gratia, non libero arbitrio. Ideo adjungit: „Nec impie gessi a Deo meo," id est, haec est custodia viarum domini, non esse impium in Deum. Impietas autem (ut saepe dixi) incredulitas est, quae per sua opera nititur justificari, quae ubi fuerit, nulla est custodia viarum domini. Hebraeus simplici dictione רָשַׁעְתִּי dicit, id est, si liceret dicere, impiavi, impius fui a Deo meo. Impietas autem est discessio et declinatio a Deo, sicut Ps. 13. [14.] vidimus. Et Hiere. 17.: „Maledictus vir, qui confi-

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

in hominem, et recedit cor ejus a Deo." Ideo
raico idiotismo dicit: „Nec impius fui a Deo
o," non recessi a Deo meo per impietatem.

Cum ergo tam magnum sit peccatum impietatis
latum reliquiis concupiscentiae in carne piorum,
te gloriatur ecclesia se non transgressam vias do-
ni, nec impiam fuisse in eum, sicut sunt adversarii
s, qui tamen propter justitiam et zelum Dei in
n falsum ferociunt.

uoniam omnia judicia ejus in conspectu
meo, et justitias ejus non repuli a me.

Sugillat impios, de quibus Ps 9. [10.]: „Auferun-
r judicia tua a facie ejus." Talis fuit et aemula
is synagoga, quae omnium maxime videri voluit
licia Dei se ante oculos habere, non repellere ju-
itias ejus a se, quin ecclesiam hujus criminis ream
ciebat semper. Quae concertatio manet, donec
ro et sanguis manet, cujus prudentia dum justitiam
iritus non capit, et suam argui non patitur, contra
udentia spiritus justitiam carnis laudari non patitur,
justitiam fidei praedicat, fit, ut perpetuo bello con-
rantur hi duo parvuli Esau et Jacob in utero
ebeccae.

Beatus ergo vir, qui meditatur in lege domini
e ac nocte. Hic enim ante conspectum suum habet
mnia judicia Dei, nec repellit a se justitias ejus
ebr.: Justificationes ejus), hic est, qui custodit vias
omini, quae in judiciis et justitiis ejus praecipiuntur.
aberi autem in conspectu judicia Dei, indicat ea
ligi. „Ubi enim est thezaurus tuus, ibi et cor tuum
rit," Matth. 6. Opus autem habemus assidue legem

Dei ante oculos nostros versare, quia multis turbamur et distrahimur rebus et casibus. Hoc tamen sua sponte faciet voluntas in lege domini, quae nisi assit, cito projiciemus retrorsum sermones domini, ad quod mox sequitur neglectus viarum domini, et impietas in Deum etc.

Judicia et justificationes hoc loco sic differre credo, ut judicia ad prohibitiones pertineant, quibus judicatur vetus homo, et justificationes ad praecepta, quibus justificatur spiritus, novus homo.

Et ero immaculatus cum eo, et observabo me ab iniquitate mea.

Hic plane confitetur reliquum veteris hominis, contra quod se pugnaturum promittit, sicut apostolus Gal. 5. et Ro. 8. et aliis locis docet mortificare carnem et membra, quae sunt super terram. Itaque custoditis omnibus viis domini et evitata impietate semper manet negotium crucifigendae concupiscentiae in nobis, quo emaculemur et renovemur de die in diem coram Deo, et observemus nos ipsos ab iniquitate nostra, ne nos superet. Peccatum enim non nobis dominabitur, quia sumus sub gratia, nec concupiscentiis carnis obediemus, ut regnet peccatum in mortali nostro corpore, licet non cesset sollicitare, ut regnet et dominetur.

Hanc renovationem assiduam et observantiam peccati impii contemnunt, mundi enim sibi videntur, quia judicia et justitias Dei non habent in conspectu suo, nec intelligunt, quam grandem et absolutam mundiciam exigant. Emphasin etiam ob eandem causam addit „cum eo“, id est, coram eo. Nam impii

qui has maculas contemnunt, immundi fiunt de die in diem coram domino, hoc ipso quod mundissimi coram se ipsis et hominibus sunt.

Dictionem עָוֹן, quam hoc loco iniquitatem reddidit, nondum habuimus. Nescio, qua ratione discernam ab aliis nominibus iniquitatem significantibus. Libenter ego opera carnis eo significari admitterem, ut ad originale peccatum referatur, ut sit עָוֹן malum, quod effrenis concupiscentia perpetrat, hoc est, quando peccatum regnat et dominatur in opus proruens. Cetera enim vocabula magis legem prohibentem, quam originem mali furentem respicere videntur. Sic Ps. 50. [51.]: „Ecce in iniquitatibus conceptus sum etc." Quae si vera essent, valde nostro proposito commoda forent, ubi ecclesia se custodire proponit, ne peccatum reliquum in carne prodeat in opus.

Et retribuet mihi dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.

Repetit idem, quod dixit supra, ut clarius dicat, et plura addat, hoc totum in adversarios impios, qui et haec non credunt, et longe alia de se opinantur. Perpetuo enim sugillat ex obliquo impiam synagogam, quae est generatio illa, quae sibi munda videtur, et tamen non est lota a sordibus suis. Prover. 30. Ideo piis seu ecclesiae perpetuo imputat immundiciam et damnationem, tanquam quae maxime pugnet contra Deum, nedum immaculata sit coram eo et custodita ab iniquitate sua.

Contra quam (ut dixi) suam causam justificat, et longe alia de se pronuntiari judicante Deo praedi-

cit, quam ab impiis pronuntiantur. Etsi enim non est justa nec pura manibus coram impiis, est tamen in conspectu oculorum Dei, id est, Dei et omnium, qui oculos Dei habent, hoc est, qui spirituales sunt. Impii enim omnia perverse judicant, Deus recte judicat, ideo fit, quod hic sequitur, quod mundis omnia munda, immundis nihil mundum. Impio etiam sanctus est pollutus, et innocens est nocens, electus est reprobus, et divinus est daemoniacus, prorsus cum perverso omnia perversa, quod accidit, quia judicat secundum conspectum oculorum suorum, non secundum conspectum oculorum Dei. Unde sequitur:

Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris.

Reddit hic causam, qua fit, ut impii piorum omnia damnent. Causa est, quod immundi et perversi sunt ipsi, et talia quisque judicat, qualis est ipse, ut ex apostolo ad Titum retuli: „Immundis nihil est mundum, quia inquinata est eorum mens et conscientia." Dixit ergo, puritatem manuum se habere, et justitiam, sed non in conspectu impiorum, in quo potius iniquitas et immundicia abominabilis et intolerabilis est, quidquid est et facit pius, pro quo tamen contempta reponet ei Deus gloriam et honorem. Interea fide et spe se ipsum solatur, dicens:

Sine, ut, qui sordidus est, sordescat adhuc, permittenda sunt hominibus perversis perversa sua studia. Nos in hoc gloriamur, quod in conspectu illorum reprobi, in tuo sancti sumus, quia cum sanctis sanctus es tu, hoc est, ut novam et admirabilem afferamus

lossam, cum peccatore sanctus eris. Nam sanctus le, cum quo Deus sanctus est, nullus est, nisi qui bi negat, Deo soli tribuit sanctitatem retento per eracem confessionem sibi soli peccato, sicut illi Daelis 3.: „Deo nostro justitia, nobis autem confusio, cut est dies haec.“ Atque haec ipsa veritatis conssio, qua in Deum referunt sanctitatem, facit, ut idem refluente in eos, sanctificentur et ipsi. Veris enim vere sanctificat, veritas autem est, nos esse mundos omnes, et solum Deum sanctum.

Proinde, qui sic sunt sancti, hoc est, vere humis et in oculis suis viles, ii, quidquid Deus dicit et cit, pro re sacra et optima habent, et dicunt illud s. 118. [119.]: „Justus es domine, et rectum jucium tuum.“ Et iterum 144. [145.]: „Fidelis dominus in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus eribus suis.“ Mortificata enim voluntate eorum, non lectantur nisi in voluntate Dei, qua, quidquid eis ciderit, laudant et benedicunt et venerantur.

Contra perversus et impius, cujus voluntas vivit omnibus, nihil non damnat, quod Deus dicit et fa. Vult enim omnia secundum suum sensum cadere, em ipsi sanctum sanctorum arbitratur, quod cum ri non possit, id quod revera sanctum Dei est, pertit atque velut profanissimum et exsecratissimum mnat. Exemplum est pius homo, in quo Deus est, uitur et operatur, quem impius ferre non potest. necessario cum perverso Deus pervertitur, et pro ecto exsecratus habetur. At qualis habetur Deus, ia et in habente operatur, ideo omnia perversi perrsa sunt, etiam quae ex Deo habet.

Vides ergo Deum, non quoad suam substantiam

et naturam suam sanctum, electum, innocentem, perversum fieri, sed secundum verbum et opus suum, quod operatur in bonis et malis spiritibus, et utrosque recipere in se ipsos, quod in Deum referunt. Nam ut pius eo ipso, quo se polluit, et Deum sanctificat, optime in omnibus, quae vivit et operatur, sanctificatur, ita impius eo ipso, quo se sanctificat, et Deum polluit, pessime polluitur in omnibus, quae vivit et operatur. Qui enim se ipsum sanctificat, non potest Deum non polluere in omnibus suis verbis et factis. Qui autem Deum sanctificat in omnibus verbis et factis suis, non potest se ipsum non polluere. Estne igitur mirabilis ista pollutio et sanctificatio, ut alius sanctitate polluatur, alius peccato sanctificetur? Estne impius omnium infelicissimus, qui ipsa sanctitate polluitur? Estne pius omnium felicissimus, qui ipso peccato sanctificatur? Qua causa infra dicet: „Quoniam tu populum humilem salvum facies, et oculos superborum humiliabis.“ Non est ergo sanctitas tam magna, quin polluat, si homo sibi eam arroget, nec soli Deo referat, nec est peccatum tam magnum, quin sanctificet, si homo vera confessione sibi id ipsum tribuat et Deo auferat.

At arduissimum est sibi non arrogare sanctitatem et Deo non tribuere peccatum. Quis enim in omnibus, quae Deus nobiscum operatur, sic affectus est constanter, ut omne opus et verbum ejus sanctificet, id est, ceu rem sacram revereatur et amplectatur? Quis poenas, ignominias, mortes et omnia mala pro sanctis rebus ducit, quas cum reverentia suscipiat? Job. sanctus erat unus ex illis, cui omnia, quae Deus intulit, sancta erant, dicens: „Si bona

susceepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum."

Quaere impium, cui vel pilus (quod ajunt) tangitur, contra quam ipse elegerit, et vide an non ter centum tonet ore Deos, iniqua, impia, noxia esse vociferans, quae sibi contigerunt, nec ex Deo, sed diabolo venisse, quidquid acciderit sibi tam sancto, innocenti et electo viro. His enim nominibus perversus sese ornat et vendit, Deo vero contra (id est, divino operi et verbo) nocentiam, iniquitatem, et quidquid mali est, tribuit hac ipsa insipientia sua.

Ex his jam facile intelliguntur toti hi duo versus. Nam „cum innocente innocens eris," aliud non est, quam in oculis piorum videri innocentiam, quidquid Deus dicit et facit, omnia enim illius laudant et justificant. At hac ipsa sua confessione et affectione coram Deo quoque sunt innocentes in omnibus, quae faciunt et dicunt. Mutuum enim felicissimum habent cum Deo, ut, qualem ipsi Deum habent, tales habeantur a Deo. Innocens autem hoc loco תָּמִים, id est, integer, probatus, perfectus, immaculatus dicitur, ut Ps. 118. [119.]: „Beati immaculati in via," et Can. 5.: „Columba mea, immaculata mea," teu. frumm, qui neminem laedit, omnia facit, quae debet.

Ita et illud: „Et cum electo electus eris," eodem sensu, aliud non est, quam pios sic esse affectos, ut, quidquid Deus cum eis fecerit, pro re electa habeant, et aliter fieri nollent, optime in ea contenti, laudantes et benedicentes dominum, hoc solo sibi complacentes, quod Deo sic placitum esse intelligant, sicut Matth. 11.

Christus exsultasse scribitur et confessus fuisse, quia revelarit pater haec parvulis, et absconderit sapientibus, non alia causa, quam quia sic placitum fuerit ante eum. Haç autem affectione et ipsi sunt electi coram Deo, et sicut eligunt, ita et eliguntur.

At haec ita habere non capit caro, nec impii intelligunt, quibus potius contrarium videtur, scilicet nec custodiri vias domini a piis, nec servari*) eos ab iniquitate, nec retribui puritati manuum eorum, nec esse Deum cum eis sanctum, innocentem, electum, sed potius quidquid egerint, hoc totum esse impium in Deum et hominem, unde et totum damnant pro stultitia, errore, peccato, haeresi, quidquid pii senserint et fecerint, ut haec omnia verba ecclesiae nonnisi fide capiantur vera esse, cum longe aliud in specie et oculis hominum appareat, sicut saepius diximus.

Ex quibus intelligimus prophetam hoc loco non de electione aeternae praedestinationis, nec de prima justificationis gratia, sed de ipso fructu, usu, opere et praemio gratiae loqui. Vult enim ostendere, quid operetur et impetret verbum et fidei gratia in hominibus, sicut et illud 1. Reg. [Sam.] 2.: „Quicunque honorificaverit me, glorificabo eum, qui autem me contemnunt, erunt ignobiles.“ Neque enim homo prior Deum honorificat, quam a Deo per gratiam visitetur et honoretur. Sed accepta jam gratia laborat, ne propter homines sive amicos sive inimicos a gratia decidat, et faciat, quod Deum offendat, ubi si propter Deum sustineat ignominiam ab hominibus, perseverans in Deo honorificando, reponet ei Deus gloriam pro

*) In edit. princip. leg.: observari.

iominia, et contra omnium sensum cum sancto sanc-
s erit, et cum electo electus.

Hunc esse intellectum praecedentia et sequentia
ıre ostendunt, dum dicit sibi retribui secundum pu-
atem suam, quo ostendit se jam in prima gratia
nstitutum, iniqua patientem, a Deo tandem eligen-
m et honorandum. Et infra: „Quoniam tu popu-
n humilem salvum facies," ubi declarat se cum su-
ırbis in usu acceptae gratiae versari.

Dixi autem et superius, oportere sacrae scriptu-
e tractatorem diligenter observare, ne verba Dei,
ıae de usu et opere gratiae loquuntur, ipsius gratiae
incipio aptet, et hinc venenum haereseos illius hau-
at, quae tribuit libero arbitrio virtutem disponendi
ı ad gratiam recipiendam, quale faciunt in illo Za-
ıariae 1.: „Convertimini ad me et convertar ad
os," et similibus. Quare sanctum, innocentem, elec-
ım hoc loco debemus imaginari pium hominem, qui
ropter verbum et fidem Dei sceleratissimus, nocentis-
imus, reprobissimus in oculis suis et hominum habe-
ır, et plane indignus, qui vivat, novissimus virorum
t despectus. Esse autem dominum cum eo sanctum,
mocentem, electum, aliud non intelligi, quam eum
sse contemtorem personarum, respicere autem solum
d humiles istos et contemtos, ut eos sanctos, inno-
entes et electos tandem declaret, quia ipsi eum
anctum, innocentem et electum confessi sunt et
ıderunt.

Ita dupliciter potes dominum intelligere sanctum
sse cum sanctis, active et passive, quod et ab eis
anctificatur, et eos rursum sanctificat, hoc est, quod
Christus quoque dicit: „Qui me confessus fuerit co-

ram hominibus, confitebor et ego coram patre meo." Et iterum: „Qui mihi ministrat, honorificabit eum pater meus." Quomodo autem honorificat, nisi quod sanctum, innocentem electumque esse declarat, quem impii profanum, noxium et perditum habuerant et declaraverunt? Sunt enim verba consolationis ad eos, qui pie viventes in Christo, contemti sunt in hoc saeculo.

„Cum perverso autem perverteris," wie es Gott macht, so ists nit recht: ideo econtra, wie sie es machen, so ists auch nit recht. Hic est Moab ille superbus, paratus semper docere Deum, et judicare omnia, quae in suis dicit et facit Deus, interim tamen non aliud quam Deum ore sonans et bona ac sancta docere ac facere praesumens, id quod Judaeorum prae omnibus gentibus vitium proprium fuit. Non enim Deus in natura sua pervertitur, sed in verbo et opere suo, quibus regnat in piis hominibus.

Quare et hic in spiritu locutum prophetam observantes perversum istum intelligimus eum, qui in oculis suis et hominum non modo perversus non est, sed solus sanctus, innocens, electus, plane sanctus sanctorum, inter sidera nidum suum collocans, et se sessulum in dextra Dei arbitrans, cui omnia sordent, quae dicunt et faciunt pii, sua vero omnia fulgent. At hac ipsa perversitate, quia perverse de Deo et se ipso et omnibus sentit, meretur, ut, sicut ipse Deum pervertit, rursus pervertatur a Deo, et ostendatur omnibus perversus.

B. Hieron. sic transfert: Cum perverso perverteS, et illud: Cum innocente innocenter ages, quo indicat, active versus hos intelligi, quo studio dicendum quoque fuit: Cum sancto sanctificabis, et cum

electo eliges, vel sic: Sanctum sanctificabis, innocentem innocentem facies, electum eliges, perversum pervertes, nisi quod hebraeus idiotismus nescio quid negotii tribuere videtur Deo, cum dicit: Cum sancto sanctus eris, cum perverso pervertes, quasi dicat: Negotium sanctificandi, perficiendi, eligendi, pervertendi tibi dant impii, dum omnia tua pervertunt, et se solos justificant.

Quoniam tu populum humilem salvum facies, et oculos superborum humiliabis.

Vides in persona populi Christi haec dici, qui sanctus, innocens, electus est, sed humilis, ut dixi, hoc est, despectus, et qui nihil minus quam sanctus et probus et electus sit coram perversis istis et superbis. Ita reddit optime rationem omnium praedictorum et justum Dei judicium praedicat. Ideo enim sanctos sanctificat, quia humiles salvos facit, ergo sancti sunt humiles, id est, viles et abjecti, ideo et perversos pervertit, quia oculos superborum humiliat, ergo perversi sunt superbi et honorati et magnificati, quasi dicat: Haec judicii tui aequitas, imo natura tua, humiles exaltare, et cum illis esse, superbos autem humiliare, et contra eos esse, de qua re multa diximus et plena est scriptura.

Proprie autem dixit „oculos superborum", non superbos. Vitium enim superborum in oculis est, quia alta sapiunt et ea etiam vident de se, quae nusquam sunt, ut non sit necesse res ipsas, de quibus superbiunt, humiliare, cum nullae sint, sed oculos tantum, quibus fastidiunt humiles et sese mirantur. Prover. 30. de eisdem Judaeis: „Generatio, cujus oculi sunt ex-

celsi, et palpebrae in altum surrectae." Contra Paulus Ro. 12.: „Non alta sapientes, sed humilibus consentientes." Job. 22.: „Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, et si inclinaverit oculos suos, salvabitur." Ita impii oculos habent arrectos ad virtutem, justitiam, sapientiam, pii vero inclinatos ad infirmitatem, peccatum, stultitiam. Ideo „superbum sequitur humilitas, et humilem suscipiet gloria," Prover. 29. „Et contritionem praecedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus," ejusdem 16. O qualia verba, quantae sententiae!

Quoniam tu illuminas lucernam meam, domine Deus meus illumina tenebras meas.

Et hoc ad populum Christi pertinere satis clarum est, Christus enim tenebras illuminandas non habet. Quod autem dicit, hoc est: Illi habent oculos excelsos, et superbus quisque sibi ipsi est dux et lux, neminem audit, nemini sensu cedit, nec Deo ipsi, quem cum omnibus suis etiam pervertit. Sed populus humilis tuus stultus fit, ut sapiens sit, de se desperans, tibi dat manum, et magisterio tuo se subdit, dirigi vult lumine tuo, sicut Ps. 88. [89.]: „Domine in lumine vultus tui ambulabunt," et 4.: „Signatum est super nos lumen vultus tui domine," et 31. [32.]: „Firmabo super te oculos meos."

Sic figura exodi quoque docet, ubi per desertum horribile, in quo erant serpentes flatu urentes, scorpiones et dipsades, ut Deut. 8. dicitur, filii Israel ducti sunt non suo magisterio, sed columnae nubis et ignis, id est, divina illuminatione. Ita in Christo surrexit Jerusalem et illuminata est, quia „venit lumen

et gloria domini super eam orta est, ut in lumine ejus etiam ambulent gentes, et reges in splendore ortus ejus," Isa. 60., ubi dicitur quoque: „Non erit amplius tibi sol ad lucendum, et splendor lunae non illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam."

De hac luce abunde Ps. 4. dictum est, quod sit lumen evangelii, sicut Petrus dicit 2. Pe. 1.: „Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes tanquam lucernae lucenti in loco caliginoso, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris." In tot enim perturbationibus utriusque vitae ceu in quadam tenebrosissima tempestate non habemus aliam cynosuram aut elicen, id est, stellam maris, quam verbum Dei, quo dirigimur, quotquot salvamur. Quae est ergo lucerna nostra, quae hoc Dei lumine illuminatur? Sine dubio cor nostrum, sive id conscientiam sive intellectum voces, nihil refert. Ac vide, quod penitus nihil tribuatur dictamini naturali et universae prudentiae carnis, quod apertis verbis tenebras suas appellet, quidquid absente verbo in nobis fuerit, quas illuminari petit lumine verbi Dei, quod facile capit, qui in tentationibus versatur. Is hic intelligit, quod nihil possit consulere ratio adversa, imo quo quis sapientior est, eo fit in periculis insipientior. Solum verbum Dei sustentat et consulit, quid faciendum sit, nempe fidendum et exspectandam a Deo salutem, ut sequitur.

Quoniam in te eripiar a tentatione, et in Deo meo transgrediar murum.

„In te", non in me, te rectore teque illumina-

tore, non me cursore et operatore, evadam tentationes, sciens, quod manu tibi tradita consilium tuum exspectandum sit. Sic Ps. 43. [44.]: „Nec enim in gladio suo possederunt terram, et brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui, quoniam placuisti in eis. Tu es ipse rex meus et Deus meus, qui mandas salutes Jacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos, non enim in arcu meo sperabo, et gladius meus non salvabit me etc.“ Ecce vera Christi ecclesia nescit brachium saeculare, quod hodie impii pontifices unice amplectuntur, invocant et metuunt. Quam pulchre concordat eorum vita et sensus cum divinis scripturis!

Hieron. et 2. Reg. [Sam.] 22. rectius: „Quoniam in te curram accinctus, et in Deo meo transiliam murum.“ Metaphoram enim trahit a militibus animosissimis in bello. Nam accinctus, qui גדוד hebraice dicitur, 4. [2.] Reg. 24. latrunculus dicitur, quem nos militem dicimus. Sic enim dicitur ibidem: „Immisitque dominus ei latrunculos Chaldaeorum, et latrunculos Syriae, et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Ammon.“ Vult ergo dicere: In fiducia tui tuaeque illuminationis ad nullius pavebo occursum, pugnabo adversus quodlibet genus inimicorum, superabo murum et quidquid oppositum mihi fuerit, hoc est, qui in me infirmor, in te ero invictus, et sicut Paulus gloriatur, Phil. 4.: „Possum omnia in eo, qui me confortat,“ et 2. Cor. 2.: „Deo gratias, qui nos semper triumphat in Christo.“

Quare murus hoc loco non peccata significat

altem sola, sed potentiam quoque inimici, contra quam ugnat ecclesia Christi per fidem verbi Dei, sicut in e militari pugnatur contra muros hostium. Nam tur- es et muri in scripturis allegorice significant duces, rotectores et majores in populis, ut Ps. 121. [122.]: „Fiat pax in muris tuis, et abundantia in turribus uis," id est, in majoribus et rectoribus ecclesiae. saiae 49.: „Ecce muri tui in oculis meis semper." Ita hic „murum" pro muros, id est, omnem potentiam hujus mundi, in qua fortis ille custodit atrium suum, donec veniat fortior et vincat eum.

Et proprie dicit transiliam seu „transgrediar", non diruam aut destruam, quia potestas mundi non tollitur per verbum fidei, sed superatur tantum. Non enim Christus caesaris regnum sustulit, sed sublimius regnum veritatis condidit. Et Paulus subjicit omnem animam potestatibus sublimioribus, Ro. 13., secundum carnem, qui tamen secundum spiritum omnes asserit liberos esse in Christo. Similiter et Petrus 2. Pet. 2. increpat futuros illos dominationum contemtores, qui et ipse libertatem christianam praedicat. Ita vincimus omnia, tunc maxime quando omnibus subjacemus.

Deus meus, impolluta via ejus, eloquia domini igne examinata, protector est omnium sperantium in se.

„Meus" non est in heb., sed absolute „Deus", quod idiotismo hebraico dicitur pro eo, quod nos diceremus: Dei impolluta via. Hebraeus enim dicit: Dei impolluta via ejus, ut Ps. 67. [68.]: „Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo," et Gen. 2.: „De ligno, quod est in medio paradisi, non comedes

ex eo," quem loquendi morem et nostra vernacula habet, dum dicimus: Von dem Holz mitten im Paradies, da sollt du nit von essen. Item: Einem Regenten der Kirchen, dem gebuhrt nit zu streiten, etc.

Pergit autem dulci affectu, quo delectatur in Deo, divina etiam verba commendare, sicut hactenus opera commendavit, adversus tam opera quam verba superborum et impiorum. Nam quod Deus cum sanctis sanctus est, et corroborat eos, qui in eum confidunt, hoc facit per conscientiam puram, pura enim conscientia laeta et animosa est. Pura autem non fit ullis operibus aut doctrinis hominum, sed lege et via domini, ut Ps. 18. [19.]: „Lex domini immaculata, convertens animas." Quale enim est verbum domini, talis et via, id est, vita secundum verbum, qualis vita, talis conscientia. At „verbum domini sicut argentum igne examinatum, purgatum septuplum," Ps. 13. [12.] Atque hoc facit, ut impii in Deo laetari non possint, sed omnia eorum sint perversa, quia inquinatae sunt viae eorum, quibus omni tempore in doctrinis et mandatis hominum ambulant, et sibi in eisdem placent, etiam ipsa lege domini tracta in suas easdem opiniones.

Quare comparationem oportet observare, qua ecclesia se synagogae per totum comparat, glorians in Deo, qui non modo omnia opera ecclesiae probat, sed et doctrinam verbi purissimam ei dedit, juxta quam sancta, electa et innocens vivit. Contra impiae synagogae et opera et verba polluta facit, quantumlibet aliud in oculis hominum appareat. Nam ut impii vitam, ita et doctrinam piorum pollutam esse judicant, ignorantes justitiam fidei, quae ex Deo est, et suam

quaerentes statuere, quae ex operibus est, ex qua deinde non potest aliud sequi quam fiducia et praesumtio. Contra quos dicit hic: „Protector est omnium sperantium in se.“ Qui enim in via Dei ambulant et verbo ejus inhaerent, non in se ipsis confidunt, sed in Deo, a quo etiam solo proteguntur, cum illi suis se viribus, operibus, doctrinis protegant. Opus enim habent pii protectore Deo, cum propter impollutam viam domini et pura eloquia Dei semper ab impiis patiantur, et ad perditionem quaerantur.

Quoniam quis Deus praeter dominum, aut quis Deus praeter Deum nostrum?

Protector est omnium sperantium, quia est, unde possit protegere, cum praeter eum non sit Deus alius, qui noceat. Sic 1. Reg. [Sam.] 2.: „Non est sanctus, ut est dominus, neque enim alius est extra te, et non est fortis sicut Deus noster.“ Ex quo loco David hujus versus partem posteriorem accepit, sunt enim eadem verba. Hieronymus quoque hebraeum צוּר non vertit: „Deus“, sed: Fortis, dicens: Et quis fortis, sicut Deus noster? Non etiam conjunctio disjunctiva „aut“, sed copulativa et poni hic debet, est enim versus tautologicus.

Est igitur sensus consolatorius ecclesiae adversus insultationem et jactantiam Phenennae istius synagogae, quasi dicat: Si ille protegit, quis nocebit? „Si Deus pro nobis, quis contra nos?“ „Quis est, qui vobis noceat, si boni aemulatores fueritis?“ Sic et Anna 1. Reg. 1. [1. Sam. 2.] contra suam aemulam praesumtuosam eadem dixit, et addit: „Nolite loqui

sublimia gloriantes, quia non in fortitudine sua roborabitur ullus."

Deus qui praecinxit me virtute, et posuit immaculatam viam meam.

Iterum hebraismus: „Deus qui praecinxit," pro: Deus praecinxit, vel: Qui praecinxit, sicut: „Deus meus, impolluta via ejus." Et idem vocabulum hic „immaculatam", quod illic „impolluta", scilicet תָּמִים, id est, innocentem, ut ibi: „Cum innocente innocens eris." Supra dixit „impollutam viam domini", hic „impollutam viam suam" jactat, atque cum superius abunde dixerit se non impie gessisse a Deo, et justitiam suam ac puritatem manuum suarum confessa sit, quid denuo eadem toties repetit et ingeminat, velut superfluis verbis battologisans?

Dixi, meo sensu prophetam hoc Psalmo ecclesiae primitivae statum in persona Christi canere, usque ad vocationem gentium. Ideo in principio caput ejus Christus introductus est, deinde evangelii praedicatio et ecclesiae ortus in Judaeis, et comparatio ejusdem cum reproba relictaque parte synagogae, quae suis justitiis superbiens ecclesiae fidem irrisit atque contemsit, denique et prohibuit et persecuta est, sicut Pharao filios Israel in Aegypto oppressit, ne multiplicarentur.

Nunc vero profectum et multiplicationem ejus canere videtur, quod quo magis impii prohiberent, hoc magis fideles multiplicarentur. Hunc esse sensum et verba et sequentia monstrabunt. Virtus enim, qua hoc loco se cinctam dicit, ea est, quae multitudini et exercitui tribuitur, sicut Isaiae 60.: „Quando con-

rsa fuerit ad te multitudo maris, et fortitudo genum venerit tibi," id est, magna vis, hoc est, grans multitudo gentium. Exo. 15.: „Pharaonem et virtem ejus projecit in mare." Unde haec dictio, חַ, saepius pro exercitu, quae hic et aliis locis pro rtute transfertur. Sic et Latini magnam vim pecuarum, hominum, equorum etc. dicunt, quando multidinem significant.

Igitur cingi et circumdari ecclesiam virtute, est ad, quod Lucas Act. 2. dicit: „Dominus autem igebat, qui salvi fiebant, quotidie in id ipsum." t 5.: „Magis autem augebatur credentium in domino ltitudo virorum ac mulierum." Idem significat, ed, cum prius viam domini impollutam dixisset, nunc am viam impollutam dicit, cum tamen eadem sit via a et domini, ipsa enim viam domini ambulat, non am, quae non sit domini, hanc enim synagoga ambat, ut Isa. 53. dicit: „Nos omnes erravimus, unusque in viam suam." Et Gen. 6.: „Omnis caro rruptam fecit viam suam." Quare viam ecclesiae ui seu dari (ut Hebraeus dicit) immaculatam, est obari et confirmari talem multorum imitatione, quod i fieret, cum tot sint impii, qui eam noxiam et imndam criminentur, tandem deficeret.

Quare oportuit in ecclesia fieri, id quod Exodi rimo figurate dicitur: „Filii Israel creverunt, et uasi germinantes multiplicati sunt, et roborati nimis pleverunt terram." Et iterum: „Quanto magis opimebant eos, tanto magis multiplicabantur et crebant." Ideo aptius hic dixit: „Viam meam", quod xemplo ecclesiae ambulantis in via domini multos atraxit in eandem viam. Ipsa enim in apostolis absque

medio ex Deo habuit viam domini, ceteri autem ministerio et exemplo apostolorum et praedicantium discipulorum, id quod etiam perpetuo in ecclesia servat Deus, ut omnes quidem habeat a solo se ipso doctos, et tamen omnes per hominum ministeria, verba et exempla trahat, et per viam ecclesiae in viam suam, quae eadem est, ducat. Hieron. 2. Reg. [Sam.] 22. reddit: Et complanavit perfectam viam meam, quod facile in eandem cadet sententiam.

Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, et super excelsa statuens me.

Hieron. hic et 2. Reg. [Sam.] 22.: „Coaequans pedes meos cervis, et super excelsa mea statuens me." Scio in superioribus me per pedes exposuisse affectus animi et motus cordium, ut Ps. 13. [14.] veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, quae expositio in multis locis scripturae, forsitan et hoc valet. Sed audebo meo iterum sensu abundare, et ecclesiae pedes sic intelligere, ut cohaerentia aptius quadret, in spiritu enim versamur cum propheta. Hic enim versum rationem mihi reddere videtur praecedentis, in quo viam suam dixit auctam et roboratam imitatione sanctorum, quod nullis aliis viribus factum est, quam ministerio evangelii, quod non sine magno miraculo virtutis divinae tam multos tam velociter ad ecclesiam congregavit, cum via domini, quam ecclesia ambulat, adversaria sit omni prudentiae carnis, nec possit impolluta judicari ab ullis hominibus, nisi Deus illorum corda mutarit, id quod incredibili velocitate perfecit ministerio verbi.

Pedes ergo ecclesiae sunt ipsum ministerium verbi

quod parum refert, ipsi evangelistae. Sic Paulus
rsum consummasse ad Timotheum scribit, et
20.: „Dummodo consummem cursum meum, et
terium verbi, quod accepi." Et ad Galatas:
in vanum currerem aut cucurrissem." De iis pe-
loquitur Ezechielis visio, ubi pedes quatuor ani-
m scribit fuisse pedes rectos, et Isaiae 52.,
Ro. 10. Paulus adducit: „Quam speciosi super
es pedes evangelisantis, praedicantis pacem, an-
antis bonum etc.," id est, quam dulcis praedica-
qui praedicat gratiam et remissionem peccato-
Et Micheae 5.: „Surge tritura filia Zion, quia
tuum ponam ferreum, et ungulas tuas ponam
s." Iterum Isaiae 32.: „Beati qui seminatis su-
mnes aquas, immittentes pedem bovis et asini."
ulta similia passim in scripturis. Inde bos in
pedibus triturans evangelistam significat Paulo 1.
9.: „Non alligabis os bovis triturantis" Nota
est cervorum illa insignis celeritas, quae et
tribuitur, Ps. 147.: „Velociter currit sermo

Quae autem sunt excelsa ista, super quae statuit
Dominus? et quae convenientia pedum et excel-
? deinde velocitatis et status? Alii coelestia
gunt, in quibus posita est ecclesia, mihi adhuc
dibus loqui videtur. Hebraeus enim dicit: Stare
cit, id quod pedum est proprium. Quare simpli-
sentio, idem hic dici, quod Isa. 40. dicit: „In
m excelsum adscende tu, qui evangelisas Zion.
s in fortitudine vocem tu, qui evangelisas Hie-
m. Exalta, noli timere, dic civitatibus Judae:
Deus vester." Eodem consilio et 52 adjecit

montes, dicens: „Quam speciosi super montes pedes evangelisantis." Forte et hoc a cervorum ingenio sumtum est, qui foetus suos exercent cursu, fugamque meditari docent, ad praerupta ducunt saltumque monstrant. Nihil ergo pugnant cursus et status pedum istorum, quando et Ezechielis primo scribuntur et ambulasse et stetisse.

Excelsa autem sive montes sive praerupta non intelligo nisi turbas populorum multorum, in quorum medio praedicator stat, et cum fiducia constanter annuntiat verbum Dei, quod non est virtutis humanae, sicut Christus indicat, dicens Lucae ult.: „Induemini virtute ex alto." Ideo dicit: Stare me fecit. Sic Petrus stat Act. 2., et elevat vocem suam ad Judaeos, et Paulus variis locis, et Christus Ps. 8. [82.]: „Stat in medio Deorum." Hunc statum Isaias 40. sua magnifica exhortatione satis clare exponit. Turbas autem populorum montes vocari ex multis locis patet. Sic enim Babylonem Hieremias ult. montem vocat, et quaelibet ecclesia mons dicitur, sicut universalis ecclesia mons domini dicitur Ps. 67. [68.] et Isa. 2. etc. Mea autem excelsa Hebraeus dicit, in quo vel providentiam Dei signat, quae fecit, ut ministerium verbi non profuerit nisi iis, qui ad ecclesiam vocandi erant, vel simpliciter ipsas ecclesias partiales sic appellat.

Qui docet manus meas ad proelium, et posuisti ut arcum aereum brachia mea.

Perstat in commendandis eloquiis Dei et virtute eorum, non enim solum impolluta et igne probata sunt, nec solum docent et convertunt multos ad fidem per ministerium praedicantium, sicut hactenus dixit, sed

potentia Deo sunt, (ut Paulus 2. Cor. 10. docet) l destructionem munitionum, consilia destruentes, et nnem altitudinem extollentem sese adversus scientiam ei, et in captivitatem redigentes*) omnem intellecm in obsequium Christi. Sic et ad Titum praecipit, oiscopum esse potentem, non modo ut exhortetur in octrina sana, sed et contradicentes redarguat, nec nisi sermone fideli, qui est secundum doctrinam, on argutiis humanis aut ratiunculis philosophicis. oc est, quod hic dicit.

„Qui docet manus meas ad proelium." Neque enim cclesia mundano proelio implicita est, suum habet sa proelium, quod jam ex Paulo retuli, adversarios cilicet verbi, quibus, nisi dominus doceat manus ad roelium, et aerea nobis brachia ponat, frustra conredimur, neque Moses et Aaron poterant Iannem et ambrem superare, nisi in digito Dei. Ex humanis tionibus nonnisi noxiae oriuntur contentiones, invicae, sectae, ut idem Paulus docuit.

Credo autem allegoriam istam ex re bellica summ, in qua manibus et brachiis potissimum res gerir, facile intelligi, nihil aliud velle, quam praedicatobus divinitus eruditis dari infatigabilem et invictam rbi docendi virtutem ad redarguendos omnes adverrios, sicut et Christus promisit: „Ego dabo vobis t et sapientiam, quibus non poterunt resistere et ntradicere omnes adversarii vestri." Sic Act. 7.: Non poterant resistere sapientiae et spiritui, qui loebatur." Hoc et Gamaliel Act. 5. affirmabat dicens: Si opus istud ex Deo est, non potestis dissolvere.

---

*) In edit. princip. leg.: regentes.

**Et dedisti mihi protectionem salutis t
et dextera tua suscepit me. Et discip
tua correxit me in finem, et discip
tua ipsa me docebit.**

Nescio, unde iste venerit versus. In hebrae
iis omnibus unus versus sic habet: Et dedisti
clypeum salutis tuae, et dextera tua confortavit
et mansuetudo tua multiplicavit me. Nihil hi
disciplina, de correctione, de fine, de doctrina di
sed et 2. Reg. [Sam.] 22. omittitur particula
„Et dextera tua suscepit,“ ubi vitio scriptoris leg
Et mansuetudo mea, pro: Mansuetudo tua.

Totam itaque victoriam, quam doctis ad pro
manibus et aereis brachiis retulit ex adversariis, e
sia non sibi, sed pia gratitudine ei, cujus est, r
acceptam, ac si dicat: Quod non succubui in pr
isto pietatis, salvaque mihi mansit doctrina sin
fidei, fecit, quod salus tua fuit protectio mea, e
vor tuus servavit me, atque hoc miraculo video,
fuisse solius benignitatis, victis adversariis au
esse numerum meum.

Quod autem grande et periculosum sit pro
istud doctrinarum, nemo nisi expertus facile c
Paulum videmus in Galatis et omnibus epistolis, q
spiritu quantaque sollicitudine in hoc proelio
ipse, et nos armet. Astutissimus enim est se
antiquus, et simplicium corda facillime fallit, imo
non fallit? Accedit ad difficultatem, quod eccl
doctrina supra captum humanum est, quam nisi
solus doceat, servet, triumphet, augeat, omnis
stant a parte adversarii, multitudo, magnitudo,

oquentia, ingenia, eruditio, species, opes, ut vere sit
ilius protegentis Dei et sustentantis dexterae, ut hi
rventur, qui jam credunt, et hi aggregentur, qui
ontradicunt.

Unde et Paulus plus orationibus agit apud Deum
ro ecclesiis, ut Deus custodiat fidelium corda et
telligentias, ne corrumpantur sensus eorum serpentis
stutia et hominum nequitia, quam quod solis verbis,
cet et ipsa ex Deo, tanquam arma Dei habeat, prae-
mat. Gratia ergo est esse instructum ad proelium,
d major gratia vincere in proelio et servare cives
e subjugare hostes, rem augere, non solum tueri.
ui ergo sumus nos, ut vel praesumamus veritatem
eri, et adversarios superare, aut si id non praesti-
rimus, indignemur? Mansuetudinis divinae est ser-
ri et augeri, non nostrae praesumtionis, ut stet
loria soli Deo.

Jam quid de nostra faciemus translatione? Pote-
t idem sensus esse, corrigi per disciplinam domini
finem, et doceri per disciplinam domini, qui est,
ltiplicari per benignitatem Dei. Sed tanta opus est
et tortura, quibus eum sensum repugnantibus voca-
lis exprimamus, ut praestet prorsus transire, con-
ntos hebraico et textu et sensu.

ilatasti gressus meos subtus me, et non
sunt infirmata vestigia mea.

Victis scilicet adversariis verbi, et sermone Dei
nfirmato, atque per ipsum servatis et auctis fideli-
s, non modo non sunt coartati et imminuti, quod
lversarii volebant, sed dilatati et confortati gressus
jus, quod fecit mansuetudo Dei multiplicantis eam

etiam invitis oppressoribus, quia multo plures per eas incedunt, quam antea dum opprimerentur, ut supra ex figura filiorum Israel in Aegypto monstravi.

Idem est per tautologiam: „Vestigia mea non sunt infirmata,“ id est, robustissime firmata, quae impii conati sunt infirmare. Negativam enim diximus saepe esse vehementiorem affirmativa in sacris literis. Tropum hunc hebraeum esse notum credo, quod firmare significet statuere, implere, servare, quomodo apostolus Ro. 4. [3.] dicit legem per fidem non destrui, sed statui, quam Ro. 8. dicit infirmari per carnem, et iterum 4. promissionem dicit firmari per fidem, rursum non solum non firmari ex lege, sed etiam exinaniri. Eodem modo et hic dici oportet, vestigia firmari, esse viam Dei, qua ecclesia incedit, corroborari, quod fit, dum multiplicantur fideles, qui perambulent simul in ea.

Quare appellet autem suos gressus et vestigia sua, cum sint gressus Dei et viae domini, supra dictum est. Ecclesia enim exemplo suo facit vias domini esse suas, et coram hominibus, ubi exemplum valet, non videtur nisi via ecclesiae esse, sed in fide cognoscitur totum id, quidquid est, divini operis esse.

Aliis videtur dilatari gressus subtus ecclesiam, esse eam hilari caritate operantem, qua angustiis persecutionum superior est. Latitudo enim hilaritas et consolatio est. Sed consequentia non satis decora est.

Persequar inimicos meos, et comprehendam illos, et non convertar, donec deficiant.

Experta benignitatem Dei mirabilem, qui multiplicat, dum adversarii minuunt, dilatat, dum illi artant,

at, dum infirmant, concipit fiduciam etiam persendi et ultro insectandi, donec ad internicionem ersarios deleat. Atque ita factum est et fit in si victoria populi Dei, ut in principio belli videanhostes superiores et insuperabiles. At facta imssione confortatur, hostes cedunt et caeduntur, tum a persequi proelium coeptum non desinit, donec isumat omnes adversarios. Quare hic versus per'erantiam belli seu victoriae, et infatigabilem usque finem virtutem ecclesiae describit. Quod et verba ersequar", item „comprehendam", „non convertar, nec deficiant", seu ut Hiero. vertit: Donec connam eos, satis probant. „Persequar" enim hic non vum belli initium, sed profectum coepti significat, ut Ps. 33. [34.]: Inquire pacem et persequere m," id est, in finem usque sequere, et „comprehenm eos," significat in totum capi et penitus occuri eos.

Hoc figuratum est in bello Josuae contra Haitas, quo filii Israel primum caesi et infirmati ad despetionem, deinde insidiose fugientes, donec hostes nge ab urbe traherent, versa facie in eos, usque ad ternicionem eos deleverunt. Quo significabat spiritus re, ut ecclesia principio simulata fuga, id est, pasonibus secundum carnem infirmata, cedere videretur, im secundum spiritum fidei fortis tandem vinceret t penitus deleret hostes. Sic Ariani primo fortes, ndem ad nihilum usque consumti sunt. Non sic in bris Judicum, ubi toties scribitur filios Israe non otuisse delere Jebusaeos.

Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.

Planus est sensus ex praedictis, scilicet quod adversarios comprehensos caedit et conterit, ut *) ipsi amissa virtute nequeant surgere neque resistere caedenti. Describit enim hic versus adversariorum infirmitatem, sicut praecedentes ecclesiae fortitudinem. Cadere sub pedibus, simplici tropo dictum puto, pro eo quod est humiliari adversarios et converti ad fidem. Arbitrium tamen esto lectori, et hic pedes ecclesiae ministerium verbi intelligere, sicut Lucas dicit in Actis: „Multa turba sacerdotum obediebat fidei." Tunc cadere sub pedibus, idem erit, quod obedire evangelio.

Et praecinxisti me virtute ad bellum, et supplantasti insurgentes in me subtus me.

Iterum virtus hoc loco ea est, quae supra memorata est: „Et praecinxisti me virtute," id est, multitudine fidelium coronasti me. Hic vero addit „ad bellum", in quo gloriatur sese non modo auctam fidelium multitudine, sed etiam multitudine bellatorum. Ex caesis enim et victis adversariis quam plurimi conversi sunt et facti duces et pastores ecclesiarum, potentes in doctrina sana aedificare simul et pugnare, tenentes altera manu gladium, altera aedificantes, ut de Neemia dictum est.

Auctis autem hoc modo bellatoribus facile fit supplantare quoscunque insurgentes et extollentes se adversus scientiam Dei, hoc est, aucta ecclesia sem-

*) In edit. princip. leg.: et.

per augetur magis et succrescit germinans, id quod in primitiva Judaeorum ecclesia vidimus impleri.

Illud „subtus me“ ad verbum „supplantasti“ pertinet, sicut superius: „Dilatasti gressus meos subtus me,“ ad verbum „dilatasti“. Porro soloecum hunc „subtus me“, pro sub me, vel subter me, relinquo grammaticis judicandum.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti.

Hactenus de iis locutus est Judaeis, qui per verbum victi et humiliati in ecclesiae augmentum venerunt, nunc de reprobis et in incredulitate perseverantibus loquitur, quos inimicos et osores vocat, neque enim atrocius odium passa est ecclesia, quam ab ipsis fratribus Judaeis. Vide autem proprietatem verborum: „Dedisti eos mihi dorsum, et disperdidisti.“ Terribilia sunt haec, synagoga vincitur et fugit, ecclesia vincit et insequitur, hoc enim est inimicos dari in dorsum, ut Gen. 49.: „Juda manus tua in cervicibus inimicorum tuorum.“

Sed et illud miserabile est, synagogam manere semper aversa facie ab ecclesia, hoc est, perpetuo odio. Agnoscere non vult nec potest, et odium non ponit, nec tamen quidquam contra eam promovet, sed semper fugit et cedere cogitur. Haec usque in hodiernum videmus ad oculum in Judaeis fieri, ita ut aptius eorum conditio non possit exprimi paucis verbis, quam quod sunt positi dorsum, tantum ad odiendum et mala ferenda dati.

Ita et disperditos esse clarius videmus quam legamus, sed longe miserabilius est, quod sequitur.

Clamaverunt, nec erat, qui salvos faceret, ad dominum, nec exaudivit eos.

Sic et Prover. 1. de eisdem dicit: „Tunc invocabunt me, et non exaudiam, mane consurgent, et non invenient me,“ synagogae vanissima studia et irrita vota designans, quibus sese Deo servire et eum placare credunt, cum ille annuntiato eis Christo neminem nisi in Christo audire et salvare velit. „Neque enim est datum aliud nomen sub coelo, in quo oporteat nos salvos fieri.“ Act. 15. [4.] Ita frustra omnia laborant, frustra invocant, frustra orant, non est eis salvator nec exauditor, nec tamen cessant a sua praesumtione indurati, de qua miseria passim in prophetis multa et horribilia.

Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti, ut lutum platearum delebo eos.

Ista contusio et comminutio Ps. primo tractata est satis, quod Judaei duplici contritione contriti sunt, et facti sicut pulvis, quem projicit ventus. Videmus enim eos toto orbe dispersos, nusquam sede quieta et certa habitantes, nullum regnum, nullum principatum, nihil prorsus virium habentes. Multo autem magis in varias impietates spiritualiter dispersi sunt, dum omissa fide Christi variis et peregrinis doctrinis circumferuntur. Sic et in conculcationem dati sunt omnibus gentibus per orbem, sicut lutum platearum, quod evacuatum, prorsus nulli utile est, nisi ad contaminandos pedes. Sic Isa. 10.: „Erit in conculcationem quasi lutum platearum.“ Et Hebraeus dicit: Ut lutum platearum evacuabo eos, hoc est, sicut Matth. 5. de sale

fatuato dixit: „Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittur foras, et conculcetur ab hominibus." Judaeis ero et hic duplex est conculcatio, quod et corporater omnibus subjecti sunt et contemti, sicut inutile itum; deinde et spiritualiter a daemonibus per igneiniosam doctrinam.

Observa emphases: „Pulverem et lutum plateaum." Electi sunt terra solida, bona et foecunda, on pulvis sterilis vento expositus, et lapides pretioi, honorabiles, expoliti, non lutum ignobile et vacuum mni utilitate. At sicut e pulvere et luto omnia evauata sunt, quae aliquid sunt, ita et a reprobis, ut ihil in eis sit reliquum, quod usum habeat in rebus.

Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium, populus, quem non cognovi, serviet mihi.

Hic Christus in persona sua loquitur, quanquam it superius dicta omnia ad personam ejus pertinere ossint, eo quod ipse omnia fecit, et ecclesiam facere eadem fecit. Clare autem prophetat rejectionem syagogae, et assumtionem ecclesiae gentium. Sic et Haggei 2. Christus vocatur desideratus gentibus, et Gen. 49.: „Et ipse erit exspectatio gentium," et Isa. 11.: „Radix Jesse, qui surget regere populos, psum gentes deprecabuntur," et multis aliis locis, sicut et Ro. 15. aliquot cum isto praesenti Paulus recenset.

Odiose autem dicit de contradictionibus populi, in quo justitiam Dei commendat, et culpam Judaeorum aggravat, ac si dicat: Nihil in isto amarulento et

indurato populo nisi contradictio est. Parum fuisset, si non crederent, aut contemnerent, at nunc oblatam misericordiam etiam vi persequuntur, et indomito furore resistunt ac contradicunt, quo cogunt se derelinqui, et me fieri gentium caput, ut Ps. 109. [110]: „Judicabit in nationibus, implebit ruinas."

Et hic observandum, loqui prophetam non de initiali, sed perseverante impietate et ejus retributione, quemadmodum superius de perseverante pietate locutus est. Nam misericordiae et indurationis principia nemo novit, quae sunt inscrutabilia judicia Dei, Ro. 11.

Et ne quis eum putet fore caput gentium ejusdem populi contradictoris, se ipsum exponit clarius, et a Judaeis penitus distinguit, dicens: „Populus, quem non cognovi, serviet mihi," ne ulterius glorientur, quod solum in Judaea sit notus Deus. Sic Deutro. 32.: „Ipsi me provocaverunt in eo, qui non est Deus, et irritaverunt in adinventionibus suis, et ego provocabo eos in eo, qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos." Sic Oseae 2.: „Vocabo non populum meum, populum meum," et: „Erit in loco, ubi dictum est eis: Non populus meus, dicetur: Filii Dei viventis."

Quod autem dicit: „Non cognovi," refert Aug. ad corporalem praesentiam Christi, qua visitavit Judaeos. Potest autem referri melius et ad omnia alia, quae huic populo familiariter exhibuit, qualia sunt lex promissa, miracula, et quae Ro. 9. etiam Paulus commemorat, quae gentibus non exhibuit, quibus illos solos agnovisse dicitur. Contra virginibus Matth. 25. et hypocritis Matth. 7. dicit: „Nescio vos."

auditu auris obedivit mihi, filii alieni mentiti sunt mihi.

Comparat obstinatam Judaeorum perfidiam cum
mta gentium fide. Illi multis signis virtutibusque
orati, lege et prophetis instructi, demum ipso
risto et apostolis docentibus vocati, nec sic ad fidem
ire voluerunt. Nihil horum gentibus exhibitum,
l tantum auditus et sonus evangelii ad eos perve-
, et mox obedierunt, quia sic praeordinaverat Deus.
e est, quod insigni epitasi fidei promtitudinem com-
ndat: In auditu auris audient mihi (ut Hebraeus
bet), quia solo verbo, aure percepto, crediderunt
ntes, cum prophetas et legem non habuerint.

Auditus seu auditio tropo linguae proprie utitur
ritus pro ipso verbo vocis, ut Isaiae 53.: „Domine,
is credidit auditui nostro?" id est, verbo quod nos
edicamus audiendum. Abacuc 1. [3.]: „Domine
divi auditionem tuam (id est, verbum tuum audibile)
timui." Mireque placet ista proprietas, qua du-
ex mysterium indicare videtur spiritus, primum, quod
rbum Dei tale est, quod nisi omnibus sensibus clau-
, solo auditu percipias, et ei credas, non capias, ut
. 7. dicit: „Nisi credideritis, non permanebitis."
ultificat enim et excaecat verbum Dei, seu ut apo-
olus dicit, captivat omnem intellectum in obsequium
risti. Quo tropo et Christus ad pharisaeos dixit:
ermo meus non capit in vobis." Quod nemo intel-
git, nisi in die tribulationis, ubi destitutus homo pror-
s omni consilio simpliciter haeret verbo et ductilem
se praebet auditui divino.

Hinc illa querela in scripturis de populo judaico,
uod auribus graviter audierunt, nec inclinarent aures

suas, nec obedirent voci domini, quia in die tribulationis non sese praebuerunt ductiles verbo Dei, sed suis se consiliis et oculis regere volebant, hoc est, non crediderunt, sed sicut equus et mulus sentire voluerunt.

Actum igitur credendi (ut vocant) nescio quibus verbis possis aptius eloqui, quam ista periphrasi divina: Auditu auris audivit mihi, hoc est, stultus sibi fuit populus gentium, ut mihi crederet in his, quae non videret nec caperet. Quam pulchre huc fabula illa Gallici Herculis trahi possit, quis non videt? Quid aureae catenulae populos per aures molliter trahentes, quam verbum vocale Dei, quo credentes trahuntur ad Christum? Sed esto haec gentilia, non tamen non ideo Christo subjecta et servientia.

Alterum mysterium est, in ecclesia non satis esse libros scribi et legi, sed necessarium esse dici et audiri. Ideo enim Christus nihil scripsit, sed omnia dixit, apostoli pauca scripserunt, sed plurima dixerunt. Ita cum posset Ps. 18. [19.] dicere: In omnem terram exivit liber eorum, potius dixit: „Exivit sonus eorum," id est, viva vox, „et in fines orbis terrae," non scriptura, sed „verba eorum." Item: „Non sunt loquelae, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum." Nota, „audiantur voces eorum," non ait: legantur libri eorum. Novi enim testamenti ministerium non in lapideis et mortuis tabulis est deformatum, sed in vivae vocis sonum positum. Inde et alibi dicit: „Deus locutus est in sancto suo." Nunc enim loquitur in ecclesia, qui olim scripsit in synagoga, per scripturas sanctas promisit evangelium, Ro. 1., sed per verbum vivum perficit et implet evangelium. Unde magis conandum, ut multi sint concionatores quam boni scrip-

tores in ecclesia. Quo sensu et Paulus ad Gal. scribit: „Vellem modo praesens esse apud vos, ut mutarem vocem meam,“ quod multa possint et efficacius voce tractari, quae scriptis non possunt.

Filii alieni mentientur mihi. Alienos vocat, qui ipsi se alienaverunt a Christo, incredibiles facti. Id enim vox hebraica hoc loco significat. Subocculte autem patres commendat, et degeneres filios arguit. Filii enim sunt patrum secundum carnem, sed alieni secundum spiritum, cum non sequantur patrum vestigia, de quibus Ps. 4. dictum potest videri: „Filii viri (id est, filii virorum et patriciorum, per synecdochen) usque quo gloria mea ad ignominiam?“ Porro „mentiti sunt,“ id est, mendaces facti sunt mihi, dum jactant esse patrum heredes et populum Dei, cum nihil minus exhibeant. Contra gentium populus, nec de patribus nec de cultu Dei glorians, factus est filius domesticus, veritatem faciens per fidem, qua se exhibet populum Dei. Qui autem non credunt, veritatem Dei non habent, ideo mendaces semper manent, cum sola fides faciat veraces. Significat ergo Judaeorum futuram perfidiam et pertinaciam, quod non tantum errant, sed errorem etiam pro veritate statuant atque defendant.

Filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis.

Dum enim mentiuntur, et veritati pertinaciter contradicunt, non modo non renovantur sensu mentis suae, sed indurantur etiam et irrecuperabiliter inveterascunt in suis opinionibus. Errantem enim facile est revocare, sed mendacem, qui studiose veritatem impugnat, quis queat revocare? Sic Ps. 4.: „Ut quid

diligitis vanitatem et quaeritis mendacium?" Hoc in Judaeis impleri abunde videmus.

„Et claudicaverunt a semitis." Quod 2. Reg. [Sam.] 22. et apud Hier. sic legimus: „Et contrahentur in angustiis." Alii sic: Et claudicabunt a vinculis suis. Et 2 Reg. [Sam.] 22. per metathesin literarum verbum חָגַר, quod hic חָרַג ponitur, forte quod voluerit spiritus parum referre, sive claudicare, sive contrahi vinculis eos diceret. Est enim sensus, Judaeos, qui contemta fide libertatem Christi respuerunt, dati sunt in reprobum sensum, ut sese suis propriis doctrinis ceu vinculis quibusdam illaqueent, affligant et excarnificent, nec tamen unquam recte incedant, semper autem claudicent, ut sit contritio et infelicitas in viis eorum. Idem sensus est Ps. 80. [81.]: „Et non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi, et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis." Et Prover. 1.: „Et comedent fructus viae suae, suisque consiliis saturabuntur."

Nec posset res ista justitiaria impiorum aptius et significantius dici, quam quod contrahuntur in angustiis suis. Videmus enim omnes tales, quam sint scrupulosi et captivae conscientiae, ut etiam ibi timeant, ubi timor non est, et ibi peccatum suspicentur, ubi forte meritum est. Adeo angustam sibi ipsis tum opinionibus tum traditionibus suis faciunt viam, semper inquieti, semper scrupulosi, semper meticulosi, quos Coloss. 2. Paulus pulchre tangit, ubi eorum verba irridet, dicens: „Ne tetigeris, ne gustaveritis, ne contrectaveritis, quae pereunt ipso usu, rationem quidem sapientiae habentia."

enim suis statutis imbuuntur. Hoc non licet, et non licet, denique nihil eis licet, nisi esse in- s in Deum et homines. Exempla sunt nostro saeculo sacerdotum et religiosorum mores et ritus.

Hi ergo semper errant corde, et non cognoverunt vias domini, ut Ps. 9. [10.] dicit, quos 3. [1.] g. 18. Helias figurat, dum baalitas increpat d.: sque quo claudicatis in duas partes?" Claudi im sunt, dum altero pede tantum, aut utroque non bulant, et tamen quia moventur, similes sunt ambutibus. Hoc fit, dum affectu impio incedunt in litera rvitutis, operibus suis et semitis suis Deo servire aesumentes.

vit dominus et benedictus Deus meus et exaltetur Deus salutis meae.

Finita sua et ecclesiae historia seu prophetia rertitur ad laudandum et benedicendum Deum. Potest tem laudantis affectu intelligi dictum „vivit", id est, us sit vita et benedictio, sicut dicitur: Soli Deo oria et honor. Sic et apostolus 1. Cor. 15. [1. m. 6.]: „Qui solus habet immortalitatem." Ita solus vit et solus est benedictus, ita solus est, qui exalri debet, ut ejus solius sit gloria. Hoc modo in judaim perfidiam dicitur, qui suis angustiis vitam, benedictiom et gloriam quaerunt, quas oportuit soli Deo trii et acceptas referri. Unde dicit: „Deus salutis ae," id est, qui salvum me facit, non ego me ipm meis viribus, tropo usitato, quo Deus justitiae ae Ps. 4. dicitur, id est, qui me justificat. In braeo autem: „Benedictus Deus meus" צוּרִי dicir, quod aliquando pro petra, aliquando pro fortitu-

dine transfertur, ut in principio Psalmi hujus vidimus: „Deus meus, fortitudo mea, sperabo in eo.“ Ita et hic Deum laudat, ut in quo fortitudinem suam sitam confitetur, non in se ipso.

Potest etiam gloriantis affectu hic versus dici, in despectum eorum, qui contrahuntur suis angustiis, quod neque vitam neque fortitudinem neque gloriam Dei habeant ac per hoc nec salutem, quae non nisi in domino habetur per libertatem fidei.

Deus, qui das vindictas mihi, et subdis populos sub me.

„Deus qui das“, pro: qui das, more suo. Duplici sensu potest hoc dici, primo: „Das vindictas mihi“, id est, vindicas me, ut Ps. 109. [110.]: „Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.“ Secundo: Das mihi vindictam facere, quia constitutus est judex vivorum et mortuorum, et Joha. 6.: „Dedit ei potestatem judicium facere, quia filius hominis est,“ ubi non se ipsum clarificasse docetur, nec se ipsum vindicasse, nobis in exemplum, ne arrogantes et ambitiosi simus. Ita vindicat Christus in Judaeos impios, et regnat super gentium populos credulos, dextra Dei in hoc exaltatus, et dominus omnium factus.

Liberator meus, de inimicis meis iracundis, ab insurgentibus in me, a viro iniquo eripe me.

Videntur hi quatuor versus ultimi epilogus quidam esse eorum, quae toto Psalmo dicta sunt. Quare satis ex praecedentibus apertus est eorum sensus. Id quod „a viro iniquo“ (id est, viris iniquitatis, per synecdochen) dicit, Hebraeis est חָמָס illa, id est, in-

ria, quae laedit et malum facit proximo, quod satis oprie iniquitatem diceret, nisi alibi variaret interpres.

ropterea confitebor tibi in nationibus domine, et nomini tuo cantabo.

Hunc versum Paulus Ro. 15. citat, ut diximus, ui et cogit hunc Psalmum de Christo proprie intelligi. gitur Christus a Judaeis liberatus, iracundis, hostibus, isurgentibus, iniquis, in gentium ecclesia per fidem ognitus laudat et cantat nomen domini, hoc est, da- s donis Spiritus sui facit nos confiteri et cantare. 'orro ipsum confiteri et cantare indicat, nos non no- tris justitiis, sed gratuitis Dei beneficiis vivere et sse in ecclesia, ut soli fidei et misericordiae Dei loria maneat.

Iagnificans salutes regis sui, et faciens aisericordiam Christo suo, David et semini ejus usque in saeculum.

Magnae autem sunt salutes, quibus Christum regem suum et christianos salvos facit, quia a morte, ı peccatis, ab inferno et omnibus malis salvat, aeterıae enim sunt istae salutes, vita, justitia et gloria. Salutes autem corporales parvae, imo nihil sunt. In quo docemur salutem corporis contemnere, et christiınum esse, ut magnas salutes aeternasque spectemus. Novo enim testamento convenit magnas salutes habere, sicut veteri congruebant parvae. Idem est quod dicit: „Et faciens misericordiam Christo suo," hic finis versus medii. Salutes enim illae nullis merentibus, sed solo miserente Deo donatae sunt. Unde Christum suum hic intelligit unicum illum, in quo promissa est

misericordia donanda, cui ob id et factam hic dicit, id est, impletam in eo.

„David et semini ejus usque in saeculum," cum sit altera pars versus, hoc mihi videtur dicere, quod salutes in rege illo ut misericordia in Christo domini sint impletae, ut satis fieret David et semini ejus, cui facta est promissio de rege et Christo Dei Jacob, ut 2. Reg. [Sam.] ultimo dicitur. Totum ergo, quod priore parte factum dicitur in Christo, Davidi et semini ejus factum intelligatur in aeternum, ut Isa. 55.: „Misericordias David fideles dabo vobis," quod Act. 13. dicit Lucas: „Dabo vobis sancta David fidelia," hoc est, aeternas salutes et misericordias. Fortiter enim haeserunt prophetae in promissionibus Dei, et saepe easdem repetunt et inculcant, quin et dictant et explicant, quod et omnibus, qui salvi fiunt, necessarium est, cum in iis solis sita sit salus, non in praeceptis aut operibus ullis.

PSALMUS DECIMUS OCTAVUS,

heb. XIX.

Titulus ad victoriam. Psalmus David.

Coeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Hunc Psalmum esse de ministerio evangelico intelligendum docet et cogit Paulus Ro. 10. dicens: „Numquid non audierunt? et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum." Unde coelos, firmamentum, solem, dies, noctes et si-

in allegorice oportet accipere, quibus jucundis invo-
ris nos spiritus trahit ab hoc visibili mundo ad spec-
ulum cujusdam novi mundi, in quo alii coeli, noctes,
s sint, quorum in hoc mundo figuram et umbram
lemus. Cogit ergo nos hic ipsa evidens circumstan-
et consequentia dictorum, tum auctoritas novi
tamenti, allegoriam apprehendere, quae alioqui trac-
ori scripturarum fugienda est, quantum fieri potest;
simplicitate sensus amissa vagetur in mortis suis
nniis. Sic enim saepe diximus, non licere in scrip-
ris allegoriis ludere (saltem in contentione), nisi
is scripturae locis evincatur allegoria.

Diximus autem in superioribus quoque, spiritum
lere aliquando verbis allegoricis uti, dum res quas-
m allegoricas (ut sic dixerim) tractat. Sic Ps. 2.:
Reges eos in virga ferrea etc." Cum evangelium
t dulce et molle, apparet tamen carni ferreum, rem
oriosam tenuibus et humilibus verbis eloquens. Con-
a hic, velut in sublimi genere dicendi, res, quae in
ulis hominum viles sunt, magnificis et potentibus
rbis eloquitur, figurata incedens oratione, paene per
tum coelos appellans eos, qui peripsima et feces
undi erant, ac vere quaedam allegoria viva, quae
iud gerebat et aliud erat.

Coeli igitur sunt apostoli et quotquot funguntur apo-
olico ministerio, id est, officio verbi. Atque hic egregia
oquentia videbimus nobis disseri, quid sit evangelium,
uid sit esse apostolum seu episcopum in ecclesia, tum
ualis esse debeat, qui episcopum agere velit. Primum;
oeli esse debent et firmamentum. Obsecro, quid hic non
irtutis in ecclesiastico ministerio exigitur? Coeli sunt
hronus et habitaculum Dei, sicut Isaiae 66. dicit:

„Coelum mihi sedes est.“ Inhabitantem ergo Deum habeat pontifex ecclesiae Dei, ut sit sine crimine, et omnibus dotibus ornatus *), quibus eum Paulus Tit. 1. et Timo. 3. describit, coelesti scilicet vita, et Deo digna conversatione degens in terris, qua puritate mereatur erudiri desursum et docibilis Dei esse, ut terrenis hominibus non sua, sed divina tradat. Deinde firmamentum sit medium aquarum, sic enim coelos appellare placuit Gen. 1. propter futura mysteria, quia episcopus et verbi minister firmus esse debet in fide, cum in medias persecutionum aquas propter verbum Dei ponatur, ne vel superioribus vel inferioribus cedat, nec prosperis nec adversis commotus. Atque haec quidem personam absolvunt, quibus erit sanctus Deo, firmus hominibus. Si enim mercenarius fuerit, fugiet, et non firmamentum, sed nubes sine aqua, aut vapor modicum parens erit.

Officium vero est, enarrare gloriam Dei, et annuntiare opera manuum ejus. Id quod puris, citra figuram, verbis describitur, quo et cogimur coelos intelligere quosdam homines, cum enarrare et annuntiare coeli visibiles non possint, neque enim os, linguam aut vocem habent, nisi allegorisare vellemus. Quare vides apostolis apostolicisque viris non scripturas, sed voces vivas in ecclesia sonandas mandari, atque hac ratione episcopos et sacerdotes non esse, qui hodie sit vocantur, etiamsi una die omnes preculas et omnes missas absolverint. Non enim officium eorum est legere horas canonicas, missas frequentare, in templis boare, organis musicis strepere, et surdis ac mutis ve-

*) In edit. princip. leg.: ornatis.

is omnia implere, denique neque miracula facere, optimis operibus, studiis, exercitiis vitam exornare, exemploque bono aliis lucere satis fuerit, sed enarrare et annuntiare et aliis in verbo servire, quod qui sunt ubi sunt? Nec satis est enarrare aut annuntiare quodvis, ne scilicet gloriam hominum, aut opera manuum hominum annuntient, sed gloriam Dei et opera manuum ejus, hoc est, nonnisi evangelium. Quid enim est evangelium, nisi annuntiatio gloriae Dei et operum ejus, id est, Jesus Christus filius Dei? Quod debimus, si quid gloria Dei et opera manuum ejus sit, viderimus.

Paulus 1. Cor. 1. dicit: „Nos praedicamus Christum, Judaeis scandalum, gentibus stultitiam, ipsis vero vocatis sanctis Dei virtutem et sapientiam.“ Solius enim Dei est justitia, veritas, sapientia, virtus, sanctitas, salus, et omne bonum. Nostra autem est iniquitas, insipientia, mendacium, infirmitas, et omne malum, ut haec omnia abunde in scripturis probantur, et nos in superioribus saepius docuimus. „Omnis enim homo mendax,“ et „perditio tua Israel.“ Hinc „omnes vacui sunt gloria Dei, et non potest gloriari in conspectu ejus omnis caro,“ ut Paulus Ro. 3. dicit. Et „Christus factus est nobis a Deo justitia, sapientia, sanctificatio et redemtio,“ et „per eum gloria Dei habitat in terra nostra, et justitia de coelo prospicit,“ „ut qui gloriatur, in domino glorietur.“ „Benedixit enim nos Deus et pater misericordiarum omni benedictione coelesti in spiritualibus, verum nonnisi in Christo.“ 2. Cor. 1. [Ephe. 1.]

Quare gloria Dei enarrari non potest, nisi simul ignominia hominum enarretur, nec Deus verax et ju-

stus et misericors praedicatur, nisi nos mendaces
peccatores et miseri praedicemur. Quae si cr
rimus utraque, salvi erimus, et misericordia Dei
bis regnabit in gloriam ejus. Sic Ps. 60. [51.]:
soli peccavi, ut justificeris in sermonibus tuis.
nihil in nobis est, unde gloriemur, sed omnia
unde confundamur. Est autem in Deo, unde
mur, et nihil, unde confundamur.

Ex quibus colligitur, gloriam Dei esse
eam qua nos in ipso gloriamur, pura conscie
misericordiam ejus gratuitam donata, et eam q
in nobis et a nobis glorificatur. Et enarrari
Dei, aliud non esse, nisi praedicari id, in qu
glorificatur et nos gloriamur, hoc est, universa
mabilis misericordiae suae mirabilia et divitias
miserationum suarum super nos effusas, quod
Jesum Christum et evangelium pure doceri.

Vide ergo, quam spiritus brevissimo verbo
res docutus sit, nec solum brevissimo, sed ap
quoque. Nam non solum res, sed et usum re
primit. Multi enim Christum praedicant, sed
usum et beneficium ejus nunquam intelligan
cant, ut facit vulgus illud concionatorum, q
historias Christi praedicant, dum optime
At non est christiana praedicatio, si hist
stum praedices, non hoc gloriam Dei prae
sed si docueris historiam Christi eo pertin
bis prosit credentibus ad justitiam et salu
sibi, sed nobis omnia fecerit, voluntate D
omnia, quae in Christo sunt, nostra esse a
fides et scientia domini facit nos amar
glorificare. Hanc gloriam Moses et

runt, non tamen enarraverunt, sed enarrandam
n praedixerunt, cum doctrina legis potius glo-
minum et ignominiam Dei operaretur, dum per
gis aut superbi praesumerent, aut desperati
dirent homines. Coelorum est haec enarratio.
t hic Ps. unus est locorum, in quibus Ro. 1.
s dicit evangelium esse promissum in scripturis
er prophetas.
n ergo omnia Christi nostra sint, evangelio
et justitiam non operibus legis, sed gratiae Dei
equi putatur, quod et ad apostoli praedicationem
statabatur, scilicet, nos jam non debere operari
imo facere mala, ut veniant bona, peccare, ut
tur Deus, manere in peccato, ut gratia abun-
iis similia. Sic enim sapit prudentia carnis,
loriam Dei non capit, suffocata in gloria sua,
postolus pulchre confutat Ro. 6. et 8. De quo
n est tempus dicendi.
pera manuum ejus." Hic מַעֲשֵׂה, id est, fac-
abricae, dicuntur, non actiones aut operationes,
ocant, transeuntes. In quo iterum virtus gra-
i commendatur, et nostra confusio revelatur.
nim opera manuum Dei ipsae novae creaturae,
les, de quibus Jacobus: „Voluntarie enim ge-
s verbo veritatis, ut essemus initium aliquod
e ejus." Et Paulus ad Galatas: „In Christo
su neque circumcisio, neque praeputium ali-
let, sed nova creatura." Non enim verbum
ii actus agentis mutat, nec respicit ad munera,
offerentem, quia non opera gratum faciunt apud
sed gratus facit opera, nec stat gloria Dei nisi
ntibus, nequaquam in operibus. Moses quidem

per legem opera mutat, non operantes, ideo hypocritas facit, et in speciem justificat. Evangelium autem vivificat et veritatem facit in hominibus.

Quod autem de operibus recreationis loquatur, non de creationis, ex eo capi potest, quod de evangelio prophetat, in quo docetur, quid ex nobis fieri oporteat, quanquam revera nihil differat creatio et recreatio, cum utraque ex nihilo operetur, et omnis creatura sit opus manuum Dei, praeter impios, omnia enim alia non sibi serviunt, non agunt, sed aguntur et soli Deo sunt ad gloriam, ad quorum imaginem et nos fieri oportet. Quid ergo est annuntiari opera manuum Dei, nisi docere, veterem hominem crucifigi et novum indui, mori Christo, et resurgere cum Christo, et sic impleri in nobis gloriam Dei.

Ubi iterum vides, quam brevi et apto verbo eloquatur spiritus non solum mysteria crucis Christi, sed et usum et beneficium ejus, ut et hic discas meros esse fabulatores, qui Christi passionem praedicant historico more, nullum ejus usum et fructum docentes, qui est, ut opera manuum Dei efficiamur. Ubi ergo manebit lib. arbi., ubi facere quod in se est*), cum hic fieri nos doceamur non facere, et non nos operemur, sed Deus nos operetur, facturae non factores simus, funditus scilicet ruit omnis theologia superborum. Atque haec est causa, quare coelos et firmamenta esse oporteat eos, qui haec enarrant, cum sint adversaria toti mundo, maxime sapientibus, sanctis et potentibus, quorum furiis et turbinibus ne cedant necessum est.

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

ies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.

Mira varietate hic versus tractatus est, qua divisa *) nostro spiritu abundemus. Videtur enim declarare, quod dixit versu primo, ne carnalis quispiam gloriam Dei et opera manuum ejus sic enarrari intelligat aut exspectet, ut simul rem ipsam videamus, seu visibilia sint, quae narrantur, quomodo gloriae et opera hominum se habent et narrantur, sic enim fides evacuatur. Ideo talem gloriam et talia vult opera Dei intelligi, quae, nisi verbo et fide capiantur, non capiantur. Non enim videtur solius Dei gloria esse, nedum quid simus opere Dei, apparuit, sed fide interim credimus. Alioquin quid erat ut diceret, „enarrant", annuntiant"? Quod enim narratur, non exhibetur visui, sed auditui, non ostenditur in re, sed in verbo. Ideo dicit coelos enarrando non proferre rem, sed verbum, non indicat id quod cognoscitur, sed scientiam seu cognitionem, ut oculos effodiat, sensum captivet, stultos faciat, et solo auditu fidei salvos faciat. Apud philosophos enim enarratores videntur sibi res ipsas indicare, non verbum, cum scientia non indicetur, sed indicet rem, ideo stulti sunt in his eloquiis Dei.

Componit autem jucunda antithesi dies et noctes. Dies ipsi coeli, apostoli, firmamentum, quibus dominus dicit Matth. 5.: „Vos estis lux mundi." Et Paulus ad Corin. [Ephe.]: „Nunc autem lux in domino estis." Et Thess. [Philipp.]: „Inter quos lucetis sicut luminaria mundi verbum vitae retinentes." Hic dies novo sole Christo factus eructat alteri diei, id est, mundo, seu homini-

*) In edit. princip. leg.: divisa.

bus mundi, luce sapientiae suae fulgentibus, verbum est, non exhibet, quod videat, sed quod credat et sinat esse dies, et sapiens in oculis suis, ac si di Sapientia spiritus praedicat sapientiae carnis, praedicat, ut captivet verbo, et stultam faciat. sapientia spiritus dies est coram Deo, sapientiae nis dies est coram mundo, id est, utraque in suo celebris, clara et gloriosa est. Sic 1. Cor. „Nonne Deus stultam fecit sapientiam mundi? Scripta est enim: Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentium reprobabo."

Hic sensus ex eo mihi placet, quia scriptum est evangelium praedicandum esse iis, qui ignorant, Ro. 15: „Quoniam quibus non est nunciatum, de eo videbunt." Cum ergo dies eructet verbum diei, non utique ei, cui eructatum est, nec sibi ipsi eructanti, sed alteri et contrariae, cui non fuit eructatum.

Esse autem dies et noctes hic allegoricas, cogit id quod dicit: „Eructat verbum," „indicat scientiam." Neque enim dies isti naturales eructant verbum, nec indicant scientiam, aut audiunt et cognoscunt, cum verbum, auditio, scientia, eruditio, sed et eructare et indicare sit hominum viventium in terra. Sed et sequens versus de sermonibus et loquelis, confirmat idem. Ita nox, id est, apostoli fideles, nocti infideli indicat scientiam. Est enim ejusdem repetitio sive geminatio. Sicut enim fideles sunt lux coram Deo et in Deo, ita sunt nox coram et in mundo, scilicet obscuri et contemti, imo et in oculis suis nihil et tenebrae sunt, quia sibi ipsis non placent. Contra impii et infideles, sunt lux in mundo et oculis suis, sibi placentes et apparentes, ita in spiritu et in oculis Dei sunt nox

ae. Sic apostolus enim dicit: „Eratis aliquando
ae.“

Quatuor itaque limites hic digerit propheta vo-
homines, quales sunt secundum diversos conspec-
partes suas. Impii sunt dies in oculis suis, se-
m exteriorem hominem, nox in oculis Dei, secun-
nteriorem hominem. Pii sunt dies in oculis Dei,
dum interiorem hominem, nox in oculis hominum
is, secundum exteriorem hominem.

Observa observantiam prophetae, quomodo verbum
at diei, et nocti scientiam, quod nocti, id est,
o secundum interiorem hominem scientia indicatur,
liei, id est, eidem secundum exteriorem hominem
m eructatur. Verbum enim ad auditum foris, sed
tia ad notitiam intus pertinet, quanquam qui velit,
t per scientiam aeque verbum vocale intelligere.
gitur sensus: Prudentes spiritu in dicantprudenti-
arne scientiam, id est, notitiam dant per verbum
ibus absconditis, quas non indicant. Sic Lucae
hann. scribitur praeire ante faciem domini ad
m, non salutem ipsam, sed scientiam salutis, quia
nostra abscondita est cum Christo in Deo, sed
tia ejus manifestata est per verbum fidei.

sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.

Quorum eorum? Coelorum, dierum et noctium,
narrant gloriam Dei, et opera manuum ejus. Sed
ites coelos audiemus? aut in qua gente? aut qui-
linguis loquentur? Respondet: Omnium gentium
is loquentur, et in omni terra, ut sequens versus
. Id impletum est, ubi apostoli loquebantur variis

linguis magnalia Dei, et adhuc impletur in orbe terrarum, quia evangelium per apostolos variis linguis evulgatum adhuc sonat in eisdem linguis usque in finem mundi, licet non omnes variis linguis loquantur, nec est necesse.

Quomodo differant loquelae et sermones, nondum satis mihi liquet. Visum est multis, loquelas pertinere ad linguas, sermones ad differentias seu proprietates ejusdem linguae, sicut in hebraea lingua Galilaei a Judaeis discernebantur, ut in evangeliis legimus dicentibus ad Petrum: „Galilaeus es, nam et loquela tua te manifestum facit." Ego contentus sum hoc versu doceri, apostolos fuisse omnium linguis locutos.

Obstruit autem versus hic os eorum, qui dicunt apostolos una lingua locutos hebraea, ceterum auditos ab aliis suas proprias. Hic enim dicit non esse loquelas, quarum non sunt auditae voces eorum. Si enim voces apostolorum erant, et hae omnium linguarum hominibus sunt auditae, certe variis linguis sonuerunt, aut si non sonuerunt, voces non eorum fuerunt, sed vel audientium vel aeris intermedii.

Quo miraculo autem varias voces ediderint, ut auditus non confunderentur (neque enim eadem auris simul potest variis vocibus servire), quis novit. Is qui dedit variis linguis loqui, potuit etiam facere, ut singulae ad suae linguae homines sine strepitu et mixtu aliarum pervenirent, sicut Christus de coelo loquebatur Sauli et tamen a solo Paulo audiebatur. Id quod Lucas indicat fere, ubi dicit turbam mente confusam et unumquemque audivisse eos sua lingua loquentes, quasi si dicat: Unumquemque sua solum tangebat lingua, et tamen singuli eosdem audiebant, et variis illi loque-

ur. Non enim dicit: Audierunt linguam suam, sed: usquisque audiebat eos lingua sua loquentes," id est, l loquerentur, non tantum audirentur lingua sua. qui quid erat necesse apostolos graecam scire, in scripserunt? Suffecisset hebraea, nec tunc variis nis locuti, sed variis auribus auditi debent dici, nec culum in linguis praedicantium, sed in auribus autium ponetur.

Iterum vide, ut commendet fidem, non enim videnquae narrantur, sed audiuntur voces eorum, audisolus requiritur in ecclesia Dei. Hieron. sic ver- Non sunt sermones, non sunt verba, quibus non iatur vox eorum, ubi verba דְּבָרִים dicuntur, quod toties res seu historias significat, seu famam, modo hic non credo accipi. Nec solum fides, sed acia et fructus verbi simul commendatur, quod non entum locuti dicuntur, sed audiuntur voces eorum, at, admittuntur et suscipiuntur, quod fit per fidem. tto hic quaestionem, quam aliqui movent, sitne versus impletus, cum nondum omnes gentes evanam audierint. Facile hic quivis respondere poterit.

mnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.

Locum (ut dixi) hic designat, ubi sonent isti coeli, quis queratur aut sese excuset, quod non possit fretare, aut in coelum adscendere ad audiendum. pe est verbum in ore tuo, et in corde tuo," ait es Deutro. 30. Ad hoc enim variis linguis donaerunt, ut *) in omnem terram sonus eorum exiret.

Hoc vocab. in edit. princip. deest.

Et vide, quam vigilanter aptet spiritus verba su apostoli putarentur esse verbi auctores, facit eos stros et instrumenta, sicut dicit Christus: „Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri loquitur in vobis.“ Et iterum: „Ille me clarificab testimonium perhibebit de me, et vos testimonium hibebitis.“ Ideo dixit: Voces eorum audiuntur, se lingua est, qui loquitur. Exit sonus eorum, sed est, qui efflat et emittit, usus voce et verbis e pro instrumentis suis.

Augustinus hunc locum torquet in Donatistas ecclesiam in Africae angulum artabant. Sed multo gis torqueri debet in nostros novos Donatistas negant in India et Perside et Asia esse fideles. enim sonus et verba spiritus sunt, ibi ecclesia dubio vera est Christi. Non enim loquitur spiritus sti nisi in ecclesia sua. Quare cum hic sit ap textus, sonum apostolorum exivisse in omnem te necdum legatur revocatus, timendum est nobis, ne impiis Donatistis, sive illis sive istis, nos solos j mus pro fidelibus, qui forte nihil minus sumus fideles, cum verbum et sonum apostolorum nus audiamus.

Et quanquam Hebraeus habeat: In omnem te exivit regula eorum, tamen apostolus Ro. 10. s dicit, et in idem recidit. Sonus enim evangelicus gula illa est, juxta quam aedificatur ecclesia. enim aedificatur armis corporalibus fabrorum, sed v vitae, simul tamen eo verbo certa mensura sign tur, qua cujusque apostoli ministerium disparti est in orbem terrarum. Non enim omnes eodem l praedicaverunt, sed divisi sunt in totum mundum,

it divitias ejus sibi aggregent, sed unusquisque portionem suam ad Christum reducat.

In sole posuit tabernaculum suum.

Haec in hebraeo pars est posterior praecedentis versus, hoc modo habens: Soli posuit tabernaculum in iis. Solem alii proprie accipiunt pro isto sole visibili, in quo ecclesia seu humanitas Christi, tabernaculum Dei manifestatum sit. Sed melius arbitror prophetam perstare in allegoria coepta, et solem esse eum, qui in istis coelis poni et habitare possit, quod et sequens versus indicat: „Et ipse tanquam sponsus procedens." Et satis violenter interpres hebraicum בָּהֶם, quod sonat in eis (id est, coelis praedictis), mutarunt in „suum", imo fere omiserunt, quanquam revera allegoria ista sumta sit ex coelis et sole visibilibus istis, in quibus sol habitat et currit ab oriente in occidentem jucundissimo cursu. Igitur sensus est, Christum, qui est sol justitiae (ut Malach. 4. dicitur: „Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiae, et salus sub pennis ejus,") posuit in apostolis. Ipse enim illuminat eos, loquitur, operatur, et est omnia in eis.

Videmus enim et in his coelis solem esse gloriam ac universam eorum substantiam, cum merso sole ac tenebris praesentibus chaos quoddam potius triste appareat quam coelum. Ita apostoli aut eorum successores, si sine inhabitante Christo forent, vere chaos et non coeli essent. Unde hic versus causam reddit praedictorum, quod omnia, quae de coelis gloriosa dicta sunt, et quaecunque possunt, non sua virtute, sed inhabitantis Christi possunt. Tabernaculum vero

istud fides Christi est, per quam in nobis habitat, sicut Ephesios 3.: „Christum habitare per fidem in cordibus vestris." De quo Isaias 4.: „Super omnem gloriam protectio et tabernaculum erit in umbraculum diei ab aestu, in securitatem et absconsionem a turbine et pluvia," id est, fides protegit utrimque a prosperis et adversis.

Et ipse tanquam sponsus, procedens de thalamo suo exsultavit ut gigas ad currendam viam. A summo coelo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus, nec est, qui se abscondat a calore ejus.

Id est, evangelium paravit, sive id, de quo in evangelio enarrarent apostoli. Describit enim his duobus versibus solem, cui in apostolis tabernaculum positum dixerat, de quo totum sonat evangelium, et ipse est gloria Dei, in quo et omnia reposuit. Omnium fere sententia est, hos duos versus de incarnatione, conversatione, assumtione Christi loqui, quam priore loco sequamur. Thalamum Christi, quod hebraice occultum velatumque significat, omnes intelligunt virginem Mariam, e cujus utero prodiit, sicut sol ex aurora, imo ex noctis occulto, pulchra certe sententia, qua ineffabilis illa nativitas signatur, in qua sola virtus altissimi obumbravit virginem, et in abscondito operata est hunc foetum salutis, quod natura nescivit, nec attingere potuit. Sicut enim sol oriens prodit omnibus visibilis, et tamen nemo noscere possit, unde veniat, ita Christus natus ad omnium conspectum venit, et tamen nativitatem suam (ut Isaias praedixit) habuit inenarrabilem, cum nasci ex virgine sine viro, usum et captum superet naturae.

Sponsum autem vocat, quod indutus humanitate sit cum ecclesia copulatus in unam carnem, quod sacramentum magnum et jucundum est, in quo convenerunt in unum dives et pauper, justus et peccator, beatus et damnatus, filius gratiae et filius miseriae. Neque enim potest ullo alio verbo magnificentius illa misericordia commendari, quam quod sponsus ecclesiae vocatur, in quo omnia sua nobis donata, omnia nostra ablata prophetantur.

Sed quomodo procedit sponsus de thalamo suo? et cur hunc solem Christum ea comparatione praedicat? Forte, quod sponsus ornatus et coronatus procedit, gestiens amore sponsae suae. Ita Christus amore ecclesiae processit de ventre virginis, ornatus et coronatus in spiritu, cum secundum carnem venerit in summa paupertate et contemtu. Plenus enim ornamentis et coronis gratiae Dei venit, gestiens in amorem ecclesiae suae. Ideo exsultavit ut fortis ad currendam viam, hoc est, magna caritatis et spiritus fortitudine crevit, operatus est, pugnavit in agone cum diabolo et peccatis nostris, passus et mortuus est.

„A summo coelo egressio ejus," dictum volunt de nativitate aeternitatis, quia a patre exivit, et venit in mundum, ut Johann. 16. dicit. „Et occursus ejus usque ad summum ejus," de adscensione ejus exponunt. Deinde calorem ejus Spiritum sanctum intelligunt, qui replevit orbem terrarum, clarificans Christum esse dominum omnium, et omnia subjecta sub pedibus ejus.

Vera, inquam, horum sententia, sed non suo loco dicta. Desideratur enim in ea ordo et consequentia, et nihil de Christi incarnatione, conversatione, assum-

tione, sed de glorificatione et praedicatione ejus mihi loqui videtur. Coelos enim describit, et universum illud mysterium pentecostes, et ministerium evangelicum. Quare suspicor non eum retrogredi ad ea, quae ante pentecosten gesta sunt, sed potius ea prosequi, quae secuta sunt ad coelorum narrationes et linguarum donum, scilicet, regnum fidei in toto orbe dilatatum. Id quod et ordo et verba mihi praestare videntur, modo allegorice prophetam loqui pro majestate sacri mysterii accipiamus. Sic enim coelos, firmamentum, dies, noctes, solem, tabernaculum solis allegorice accepimus de mystico et praedicato Christo per apostolos. Ita eadem continente seu continua allegoria processus sponsi de thalamo, egressio et occursus, et exaltatio ad currendam viam nonnisi regnanti et per evangelium praedicato et credito Christo convenire debebunt. Sic enim ego meditor, salva cujusque meliore sententia, cum de novo quodam mundo Psalmus agat, ut diximus.

Igitur exeunte in omnem terram sono coelorum, ipse qui in eisdem coelis tabernaculum suum posuit, hoc ipso eorum ministerio procedit, et revelatur in cordibus terrenis per fidem, qua desponsat sibi ecclesiam totius orbis terrarum, sicut in Oseae 2. dicit: „Et sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te mihi in justitia et judicio, et in misericordia et miserationibus, et sponsabo te mihi in fide.“ Neque enim Christus sola incarnatione sua sponsus proprie et plene factus est, sed assentiente ejus pacto per fidem ecclesia sua. „Qui enim sponsam habet, sponsus est“ (ait Johann. 3.). Consensus enim facit matrimonium, ante quem verius procus quam sponsus dicitur. Quare

processus ejus tanquam sponsi est revelatio ejus in fidem ecclesiae, hoc est, dum creditus est, apparuit esse sponsus.

De thalamo autem, sive de abscondito, quid sit, non capio, nisi velit intelligi, Christum in cordibus fidelium per fidem sic oriri, ut nescias, unde veniat, sicut Johann. 3. dicit: „Spiritus spirat ubi vult, et vocem ejus audis, et nescis, unde veniat, aut quo vadat," quo significaretur gratuita miserentis Dei dignatio. Non enim nobis cogitantibus, sapientibus, volentibus oritur in nobis fides Christi, sed incomprehensibili et occulto opere spiritus praevenitur, quisquis fide donatur in Christo, ad solum verbi auditum, citra omnem nostram aliam operam.

Quodsi hic recte sapio, ejusdem tropi erit haec locutio, quo dicitur: „Qui producit ventos de thesauris suis," et Ps. 16. [17.]: „De absconditis tuis adimplebis ventrem eorum." Si enim res, quae ad victum pertinent carnis, prodeunt de occultis Dei, ut nullius industria praeveniri, capi aut parari possint, quanto magis res illae divinae et aeternae, quae in fide et per fidem donantur, ministerio et auditu verbi, absque nostro studio parantur? Necessario ergo addit, Christum procedere et oriri in cordibus nostris, sicut sponsum de occultis, ut gloria Dei et opera manuum ejus, non nostri lib. arbi. superbia enarrentur.

Pulchrum tamen est, occultum hoc Dei thalamum sponsi vocari, cum ipsa ecclesia in scripturis passim vocetur עֲלָמוֹת, id est, abscondita, quae est thalamus Christi, e quo Christus (id est, quidquid et Christi, sive fides, sive verbum, sive virtus) processit et in mundo apparuit. Dum enim haec in ecclesia manife-

stantur, simul Christus manifestatur, ut cujus tanquam sponsi omnia sunt, quae ecclesia habet. Sic Ephe. 3. dicit Paulus: „Ut innotescat principatibus et potestatibus in coelestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum praefinitionem saeculorum, quam fecit in Christo Jesu domino nostro. Ita procedente ecclesia et fide Christi certe Christus procedit in ecclesia et per ecclesiam et ex ecclesia in conspectum mundi, quomodo et 1. Timoth. 3. dicit: „Manifeste magnum pietatis sacramentum est, quod manifestatum est in carne, et justificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est mundo, assumtum est in gloria."

Et nescio, quae energia in verbis hujus versus sit, major quam ego consequi possim, quod Christum inducit procedentem, ut sponsum de thalamo suo. Videtur enim ecclesiam et Christum brevi verbo facere unam carnem et unum spiritum et omnia communia, ad quod et cantica Salomonis alludunt, dum ecclesiae ortum et processum describunt, d.: „Quae est ista, quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?" Denique familiare fuit David, Christi et ecclesiae ortum aurorae seu solis ortui comparare, ut Ps. 109. [110.]: „Ex utero aurorae tibi ros infantiae tuae," ubi nos habemus: Ex utero ante luciferum genui te. Quid enim uterus aurorae, nisi thalamus ecclesiae, ex quo processit Christus, dum praedicato per apostolos evangelio sancti sunt christiani, in quibus Christus et ipsi in Christo? Sic de eodem 2. Regum [Sam.] 23. ultima verba David habent: „Sicut lux aurorae oriente sole, mane absque nubibus rutilat, et sicut pluviis germinat herba

erra." Sed et Job. 3. imprecatur diei suo, ne at lucem, nec ortum surgentis aurorae.

Sive igitur thalamum vocemus occultum Dei, sive um ecclesiae, unde procedit et crescit Christus, refert, utrumque verum est, et ex nativitate car- Christi facile intelligitur haec nativitas spiritus. it enim in beata virgine utrumque occultum fuit, sci- t uterus virginis, et occultum opus Dei, quo Chri- formatus et natus est, ita et in ecclesia utrumque . Nam ex utero apostolorum, qui primitiva eccle- fuerunt, et secreto opere Dei processit Christus vitate spiritus, et manifestatus est mundo. Nihil a esset Christus, si carne solum natus esset in sonam suam, nisi natus esset et spiritu in corpus m, quod est ecclesia, de qua potissimum nativitate goricum prophetam loqui intelligimus, ut dixi; qua prie sicut sponsus prodiit.

„Exsultavit, ut gigas, ad currendam viam." Gi-, heb. a גִּבּוֹר, dicitur potens et dominator, sed in itu, quo significat propheta ecclesiam et Christum ea, per verbum apostolorum prospere processissi, adversus omnem potentiam inferorum crevisse, li- secundum carnem infirmaretur variis ac multis secutionibus. Neque enim imminutus est Christus, etiam cum gaudio cucurrit, magnificatus et eleva- est per totum orbem, sicut sol visibilis videtur dammodo gestire oriens et adscendens.

Verum propheta regius peculiari et regio sermone nitur, ut ego fatear me verba ejus non posse ulla erpretatione consequi, etiamsi rem ipsam nonnihil iam meditatione. Brevi enim verbo pugnam eccle- e in verbo potentissimo et superbissima fide con-

stantis adversus omnes potestates mundi describit, dum Christo in ea pugnanti omnia tribuit, tanquam giganti alacriter pugnanti et vincenti et prospere agenti, cum longe contraria omnia apparerent sensui. Sicut enim magnificis coeli, firmamenti, diei, noctis allegoriis vilissimos apostolos celebravit, ita eadem pompa verborum allegorica potentiam Christi gigantis in ecclesia currentis et late se ipsum multiplicantis per evangelium in summa infirmitate et (ut apparuit) imminutione ejusdem ecclesiae describit, ut non sponsus, sed hostis appareret, nec procedere, sed interire videretur. Ideo de occulto et thalamo eum procedere dicit, id est, sacramento crucis et crucifixae ecclesiae.

„A summo coelo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus.“ Hebraeus aptioribus verbis: A fine coelorum exitus ejus, et ambitus ejus ad finem eorum. In quo mira proprietate ecclesiam universo orbe multiplicatam significat. Fines enim coelorum appellat, quos horizontas nostri vocant, permanens in allegoria coepta solis visibilis. Sicut enim ubique terrarum sol idem ab oriente in occidentem vergit, quasi ab uno coeli fine ad alium (sic enim apparet sensui), ita Christus ubique terrarum oritur et ecclesia ejus ab oriente et occidente congregatur, ut dicit Matth. 8.: „Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno coelorum.“ Isa. 49.: „Ecce isti de longe venient, et ecce illi ab aquilone et mari, et isti de terra australi.“ Et 43.: „Ab oriente adducam semen tuum et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni: Da, et austro: Noli prohibere, affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terrae, et omnem qui

invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, et feci eum."

Hanc sententiam Ps. 2. sic posuit: „Dabo tibi gentes hereditatem, et possessionem tuam terminos terrae." Et 71. [72.]: „Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum." Quare „summum coelorum" et „summum eorum" hoc versu dicitur eodem tropo, quo Christus Matth. 24. dicit: „Et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis coelorum (id est, ab oriente) usque ad terminos eorum" (id est, usque ad occidentem). Sic enim Christus collectus est ex hominibus terrae, ab oriente usque ad occidentem, ubique praedicatus, ubique creditus, ubique sponsus ecclesiae factus est, quod solo verbi ministerio factum est, etiam non cogitantibus nec praevidentibus praedicatoribus. Sic enim apostoli audierunt Samariam recepisse verbum Dei, antequam praedicare illi*) decrevissent. Et Isa. 49. ecclesia se praeventam miratur inopinata fidelium multitudine d.: „Quis mihi genuit istos? Ego sterilis et non pariens, transmigrata et captivata, et istos quis enutrivit? Ego destituta et sola, et isti ubi hic erant?" Ita enim odor Christi bonus in apostolis adducebat ex universo circuitu terrarum ad verbum et fidem Christi, hoc est, a summo coelorum ad summum eorum.

„Nec est, qui se abscondat a calore ejus." Calorem solis allegorice Spiritum sanctum dici non est dubium. Hic autem nullum personarum respectum habuit, nec discrevit inter gentes et Judaeos, cum sit idem dominus omnium, etiam de lapidibus istis suscitans filios Abrahae. Ut enim omnes peccaverunt, ita

*) In edit. princip. leg.: illis.

omnes gratuito calore spiritus miserente justificati et vivificati sunt. Calorem autem potius voluit appellare, quam alio nomine, ut virtutem spiritus vivificatoris significaret. Calor enim vitae qualitas est, frigus mortis. Sic Gen. 1.: „Spiritus domini ferebatur super aquas,“ id est, incubabat et fovebat calore suo vivificaturus, sicut gallina incubat et vivificat ova sua.

Hebraice non est: „Qui se abscondat,“ quod fugam abscondentis se praetendit, sicut Adam in paradiso se abscondit, sed simpliciter: Non est absconditus a calore ejus, quo potius inveniri misericorditer intelligitur absconditus, et illuminari seu revelari, sicut Lucae 2. Christus ad revelationem gentium paratus dicitur. Est enim expressio ejus, quod dixerat ubique terrarum Christum regnare et nullum esse locum, in quo spiritus ejus non justificet et vivificet homines, ne impii loco alicui ecclesiam Christi affigant, et in suum angulum coartent, qui soli volunt calore spiritus animati videri, cum potius frigore Babylonis sint exanimes.

Hoc etiam vult propheta, quod ad solius evangelii ortum datus et effusus sit in totum orbem Spiritus sanctus. Lex enim calorem neque dat neque habet, quae potius frigus est, faciens et invitos, pigros, imo mortuos ad opera bona, sicut dicitur Ps. 147.: „Ante faciem frigoris ejus, quis sustinebit? Emittet verbum suum et liquefaciet ea, flabit spiritus ejus et fluent aquae.“ Verbum, inquam, evangelici caloris emittet, id est, spiritus, hoc enim liquefaciet, sicut et Ps. 125. [126.]: „Converte domine captivitatem nostram, sicut torrens in austro.“

Lex domini immaculata, convertens animas, testimonium domini fidele, sapientiam praestans parvulis.

Descripto ministerio evangelico et opere ejus, quod est enarrare gloriam Dei, et eodem verbo fidem Christi plantare ac spiritum dare, prosequitur fructum ejusdem, qui est dilectio legis, id est, plenitudo legis, sicut Ro. 13. dicit: „Plenitudo legis dilectio.“ Neque enim lex operibus, sed amore impletur, nec vult operibus fingi, sed affectu amari. Ideo propheta eos intuens, qui per verbum fidei accepto spiritu hilares et amantes facti sunt, ad facienda ea, quae legis sunt, docet, quam sit sancta et justa et bona lex, quae iis, qui sine spiritu sunt, amara, iniqua et dura videtur, cum non sit culpa legis, sed affectuum, ac si Christum et Mosen comparet, dicens: Mosen odiebant et cornutam ejus faciem fugiebant, denique lapidibus eum impetebant, semperque adversus eum murmurabant. In his enim figurata est legis et affectus mali mutua habitudo. At Moses revera erat mitissimus omnium, qui erant super terram, quod tamen non cognoscebant, et lex domini amabilissima est, quod pravitas cordis non intelligit, donec ad vocem sponsi sublata pravitate et dato spiritu lex cognoscatur et ametur.

Quare etsi de lege domini, quae litera est, loquitur, quae in decalogo scribitur, non tamen nisi de amata et jam e litera in spiritum rapta loquitur. Sic enim Hiere. 32. [31.] promisit: „Scribam legem meam in cordibus eorum, et dabo in visceribus eorum.“ Id quod indicat, ubi dicit: „Lex immaculata“, id est, integra, seu innocens, hoc est (ut in hebraeo dicitur)

תְּמִימָה, quae facit bonum et innocentem, quod non facit, nisi dum spiritus digito scribitur, et calore verbi docetur, ideo et calorem praemisit versu praecedente.

Diximus autem abunde alias, quomodo lex litera sit, sive scribatur, sive dicatur, sive intelligatur, deneo ametur, quod non est legis ipsius docentis, sed caloris justificantis et animas convertentis. In summa, hac ratione tribuit his versibus tam eximia munera legi, ut sit immaculata, convertens animas, et reliqua, ut eam discernat a lege sine verbo fidei et calore spiritus docta, quae nonnisi polluit et avertit animas, infideles facit et insipientes, ut omnia, quae de lege hoc loco praedicat, spiritus calefactoris per verbum fidei esse intelligantur. Qua causa et tanta verborum copia gestit toties (nempe sexies) legem repetens aliis et aliis verbis, et duodecim epithetis, velut duodecim fructibus ligni vitae eam celebrans, ipso plano verborum gestu id ostentans, quod revera in anima legem amante et gestiente geritur. Amans enim legem non potest satis eam laudare, adeo placet, quae prius adeo displicuit. Quare omnia haec per antithesin videamus, quo facilius intelligamus, quid lex sine spiritu, et spiritus sine lege operetur in nobis.

Primum, lex est inmaculata per fidem, non modo in se ipsa, seu (ut vocant) objective, sed et in nobis, seu (ut dicunt) effective (nam formaliter nunquam non est immaculata), quia et facit nos bonos et immaculatos, et amatur ab immaculatis et bonis factis, ut immaculata, hoc est, vere cognoscitur qualis est. At sine fide non modo non immaculatos seu bonos facit aut non amatur, sed etiam reos et malos facit, et ut ma-

oditur, quia lex iram operatur et mortem, quam ne-
non odit, et prohibet concupiscentiam, quo nemo
n irritatur et indignatur, etsi metu poenarum simu-
obedientiam, quae hypocrisis tangitur et tollitur per
quod sequitur.

Secundum: „Convertens animas," lex enim (ut
i) ante spiritum convertit manum timore poenae, sed
gis avertit cor odio earundem et indignatione pro-
itae concupiscentiae, convertit etiam os, oculos et
res, et omnes vires, sed cor non est rectum, et
ritus non est fidelis. Quare ne quis his versibus le-
m absolute laudari intelligat, opus est, ut subintel-
at legem esse talem factam per fidem, non autem
am esse se solam factricem talem. Non talia facit
, sed talis fit per calorem solis, in fide verbi orien-
. Fit, inquam, talis in nobis, in quibus ante fidem
ge contraria erat. Hoc enim sensu plane intelligi-
fructum fidei evangelicae esse legem amabilem fac-
n, et talem, qualem hic describit.

Tertium: „Testimonium domini fidele." Idem per
timonium domini, quod per legem, intelligi non est
nium, sicut et per sequentia quatuor nomina, justitiae,
eceptum, timor, judicia, aliis et aliis causis. Nam
dicitur a docendo seu instruendo ea, quae ignora-
s. Testimonium a testificando, quod sit ceu signum
memoriale per alios velut testes et nuntios datum
eo, qui absens est et non apparet. De reliquis suo
o, hic duas istas observatas videmus rationes.

Nam lex docendo facit תְּמִימִים (id est, bonos vi-
s) et convertit animas, si tamen in spiritu docea-
r. Testimonium fidele, quia etsi sit absentis et nus-
am apparentis, non tamen fallit aut decipit. Neque

enim frustra impletur, nec in oblivione est opus nostrum coram eo, qui non videtur. Sic enim fides fidele credit esse testimonium Dei. Quae causa solet homines reddere suspiciosos de fidelitate, deinde pigros de praestanda fide, oculata enim et graeca fide negotiantur homines. Neque hoc modo solum fidele est passive, verum et fideles facit active, ut ii, qui fidem habent, non segnius faciant absentes, quam si praesentes essent ei, cujus est testimonium. Contra, ubi spiritus fidei non fuerit, ibi nec fidele habetur, nec fideles facit, imo infideles facit. Agunt enim ac si is, qui praecepit, nullus sit, aut non exacturus, nec redditurus sit. Ita fit testimonium eis vanum et falsum, quia ipsi vani et falsi sunt.

Quartum: „Sapientiam praestans parvulis." Parvuli hic proprie sunt simplices et ii qui persuasibiles sunt facile, ut Proverb. 1.: „Usque quo parvuli diligitis infantiam?" Et 14.: „Innocens credit omni verbo," id quod proprie ad testimonium quadrat. Neque enim audiunt testimonium domini, nisi persuasibiles et ductiles velut parvuli, cum denuntietur per viles et abjectos testes ab eo, qui tam longe remotus est ab omni sensu. Sapientes autem fiunt testimoniis, id est, earum rerum cognitores, quae excedunt omnem captum et remotae sunt a nobis, id est, Dei, quem dum cognoscunt, ab omnibus se subtrahunt, quae videntur et comprehenduntur, studentes illi placere, quem non vident. Hoc modo, dum docet coelestia, fit per fidem testimonium domini, sapiens et sapientes faciens.

Contra majores illi impersuasibiles rebus praesentibus potius inhaerent, quibus excaecati, imprudentes fiunt, nihil de absente Deo sapientes. Quodsi etiam

ıore poenae de Deo loqui, audire cogitareve cogan-
r, affectu tamen eo longius abeunt, et iis, quae vi-
nt, immerguntur, id quod facit testimonium domini
ndum factum tale, quod sapientiam praebeat parvu-
, id est, sine spiritu doctum. In hebraeo collective
cipi potest יְהוָה *) עֵדוּת, id est, summa testimonio-
m, seu quidquid est testimoniorum domini, quomodo
עֲלֻמִן juventutem, id est, summam juvenum, seu quid-
id est juvenum, dicimus, tamen hoc parum ad rem,
ıi quod elegantia regii prophetae observanda est.

**ıstitiae domini rectae, laetificantes cor-
da, praeceptum domini lucidum, illumi-
nans oculos.**

Quintum justitias (quas alibi justificationes vertit,
ım hic non sit צְדָקוֹת sed פִּקּוּדֵי, quod statuta, man-
ıta quoque redditur) rectas commendat, factas evan-
ılio gratiae. Lex autem domini justificationes dicun-
ır ab effectu, quod justificent et in justificando exer-
ıant, seu ut hebraeo consonemus, ordinent et dirigant
ıminem in faciendis, quibus pulcherrime convenit laus
ıctitudinis et laetitiae. Antequam enim lex domini spi-
tualiter intelligitur, vehementer inquietas perplexas-
ıe facit conscientias, et multis operum ambagibus fa-
gat, dum sectantur justitiam legis, et tamen ad ju-
itiam legis non perveniunt, sicut figurat ambitus ille
iorum Israel in deserto ad littus maris rubri, ubi
ırmurabant prae dolore, et taedere eos coepit labo-
ı et itineris. Neque enim operibus saturatur lex, sed
eratores suos infinita exactione penitus exhaurit et
rie trahit, unde et contristat, taedio afficit, et diffi-

*) In edit. princip. leg.: edonai.

ciles, curvos invitosque reddit. At versa in spiritum, id est, amata, miro compendio expedit et recto cursu ad finem dirigit, facitque homines hilares ad omne bonum opus, dextros, instructos et paratos.

Sextum ergo est, quod corda laetificat, cum carni longe contraria faciat. Litera enim occidit, et molestat corda, dum nullis viribus nec operibus sentiunt satisfieri exactioni legis, atque quo magis student et operantur, eo magis debere se intelligunt. Aut si in hac parte non laborant, vana et perversa operum fiducia laetantur quia non in Deo, nec in pura conscientia et lege domini, sed in se ipsis delectantur, quae non est laetitia cordis, sed corporis et sensuum, latente intus inquieta tamen conscientia, suo tempore proditura, quomodo et sapientiam praestant testimonia, superbis scilicet in litera, qua sibi sapientes videntur. Lex enim dum litera est, semper operatur utrum illorum, aut enim ficte convertit, aut vere magis avertit. Ita vel dat fictam sapientiam, vel magis facit insipientes. Ita vel ficte laetificat vel magis contristat. Ideo spiritus tres legis habitudines tangit, dum non simpliciter dicit „convertens", sed addit „animas". Ita non contentus dicere: „Sapientiam praestans", addit, „parvulis", et „laetificantes", non quodlibet, sed „corda". Sic de sequentibus quoque videbimus. Triplex enim hominum genus indicat, alios ignorantes, alios scientes et odientes, alios scientes et amantes legem.

Ignorata lex facit ficte conversos, convertit enim, sed non animas eorum. Odio autem habita facit magis aversos, idque ex animo. Quomodo? Qui enim viribus suis praesumunt eam implere, nondum cognoverunt, quam spiritualis sit lex. Ideo statuunt suam

justitiam arbitrantes prae caecitate sua, se legem implevisse seque bonos, conversos et immaculatos factos, cum hac impietate bis sint maculati et bis perversi, sitque eis lex bis maculata, et bis avertens animas eorum, hac ipsa stulta innocentiae et conversionis simulatae opinione, semel quod revera nocentes et aversi sint, secundo quod specie operum hanc nocentiam et aversionem vestiunt, et jactant superbientes de ipsa vanitate et mendacio.

Qui vero noverunt legem, quam spiritualis sit, posita ista praesumtione agnoscunt a se per legem exigi ea, quae nec possunt nec habent, unde discruciantur conscientia, aut odiunt prohiberi suas concupiscentias, et exigi, quod non habent. Hoc odio cum legem bonam odiant, magis avertuntur et pejores fiunt, ut et ipsis lex non sit immaculata, alia tamen causa quam praedictis. Illi enim nec agnoscunt esse immaculatam, nec fiunt per eam immaculati, hi autem agnoscunt, et tamen non fiunt per eam immaculati. Amantes vero et agnoscunt, et fiunt immaculati.

Ita testimonium domini ignoratum facit ficte sapientes, facit enim sapientes, sed non eos, qui sunt parvuli, odio autem habitum facit magis insipientes. Quomodo? Dum eum praesumunt operibus satisfacere, ignorantes, quam nihil faciant, videntur sibi sapere et omnia intelligere, seque fideles et veraces factos, cum hic contraria sint omnia per hanc hypocrisin impiam. At qui cognoscunt, quam sint ipsi infideles et vani, nec habentes, quo satisfaciant, odiunt testimonia domini, nollentque se illis adstringi. Qua mala voluntate magis insipientes fiunt, et ad ea, quae super terram sunt sapienda, magis trahuntur, quia mallent illa invi-

sibilia non esse, tantum abest, ut ea sapiant. Ita neutris est testimonium domini fidele et sapientes faciens, sed diversa causa, illis, quod nec intelligunt, quam fidele sit, ipsi vanissimi, nec sapientes per ipsum fiunt, his, quod vident quidem esse fidele, seque vanos, non tamen per ipsum erudiuntur, ut sapiant. At amantibus et fidele est, et erudiens sapienter.

Sic justitiae ignoratae ficte laetos faciunt, laetificant enim, sed non corda eorum. Inflant gaudio superbos in operibus suis, ut sibi recti et jucundi videantur, cum revera (ut Salomon Ecclesiast. 4. ait,) ignorent, quantum faciant mali, et intus habeant conscientiam confusissimam et minime omnium directam. At qui cognoscunt se rectos quidem non esse, et lege exigente in varia sollicitantur, odiunt legem, et multis molestiis agitantur, semper tristes coram domino in omnibus viis suis, sicut Malach. 3.: „Ambulavimus tristes coram domino.“ Ita neutris justitiae domini sunt rectae et laetificantes corda.

Septimum: „Praeceptum domini lucidum.“ Mihi videntur interpretes „lucidum“ reddidisse, quod in hebraeo mundum seu electum dicitur, est enim eadem dictio, quae Ps. 17. [18.] ponitur: „Et cum electo electus eris,“ forte moti eo, quod sequitur: „Illuminans oculos,“ quod magis lucido, quam electo competat, tum, quod forte nugationem vitare voluerunt, cum superius „immaculatam legem“ verterint. Neutra autem causa satis est. Cur enim et justitias non potius laetas, quam rectas, dederunt, cum sequatur: „Laetificantes corda“, aut testimonium sapiens pro fidele, cum sequatur: „Sapientiam praestans“? Sic et in ceteris nullius convenientiae ratio habetur. Immaculatam autem diximus proprie significare in he-

braeo innocentem, aut id quod Paulus Ro. 7. legi tribuit, justam, sanctam, bonam. Sit ergo praeceptum domini electum.

Praeceptum autem dicitur proprie ab eo, quod exigat et prohibeat, ideoque ea parte legem Dei comprehendit, qua est molestissima et odiosissima, siquidem doceri et ordinari et dirigi (quae legis, testimonii et justitiarum esse diximus,) molliora sunt et mitius ea fert humana superbia, at praeceptum rigidum exactorem asperumque dominatorem odit et contemnit, nec nisi invita et murmurans obtemperat. Ab iis autem, qui non intelligunt, id est, a primo illo hominum genere, quos hypocritas diximus, putatur electum haberi, dum operibus suis praesumunt ei respondere, veniente autem spiritu, qui amorem praecepti accendit, non modo non contemnitur aut oditur, sed inter pretiosissima et electissima habetur. Tunc enim vere fit praeceptum domini electum, ita ut pro nulla re mundi nolint ipsum esse positum ac si positum non esset, summe optarent poni.

Octavum: „Illuminans oculos." Ignaros hypocritas, qui in specie operum superbiunt, revera excaecat, cum sese illuminatissimos esse credant, et nihil non videre. Illuminat enim, sed non oculos eorum. Alios vero prorsus excaecat, qui odio praecepti eo ducuntur, ut nihil vilius et abjectius eo habeant, suas vero cupiditates ei praeferant et eligant in corde, quantumvis metu coacti aliud simulent et ipsi. Quae enim major caecitas, pro electissimo Dei praecepto habere electissimarum et pretiosissimarum rerum loco foedas cupiditates eodem praecepto prohibitas? Amantes autem, qui cupiditates foedissimas esse ducunt, nihil habent electius et pretiosius praecepto domini, quod tam

foedas res non modo ostendat aut testetur, sed etiam penitus prohibeat, et non esse jubeat. Delectatur enim esse eas probibitas rigidissime, et contrarias res esse exactas instantissime. Ita in omnia eorum vota consonat praeceptum domini electissimum. Hi enim habent oculos illuminatos, clare videntes res vere amandas et vere odiendas.

Antequam vero cetera prosequamur, neve diutius pendeamus animis, quaerimus, qua via ad hoc perveniatur, ut lex sit nobis immaculata, testimonium fidele, justitiae rectae, praeceptum electum, timor castus, judicia vera, et cetera eveniant, quae de ea dicta sunt et dicentur? Respondeo: Nunquam eo pervenitur operando et laborando, quia operibus et laboribus non impletur, sed desperando de operibus et laboribus. Non enim delectare potest lex ante sui impletionem, sed post impletionem. Cum autem operarii id agant operibus suis stulti, ut eam impleant, et nunquam de se desperent, necessario fatigantur et laborant frustra. Donec enim apud se inveniunt, quod exactrici legi persolvant, operari ac per hoc inquieti esse et legem odisse non cessant. Ita lex eos exhaurit et fatigat, donec consumat eos in aeternum.

Qui autem impotentiam suam experti et insuperabilem legis exactionem confessi de se desperant et ad Christum, unicum legis impletorem, confugiunt, audientes et credentes in eum, ut qui finis est legis ad justitiam omni credenti, quisquis talis est, hic ante omnia opera sua et sine ulla lege, gratis hac humilitate et fide sua accipit Spiritum sanctum, qui non operibus, sed suae virtutis gratia sola accendit novam et dulcem concupiscentiam caritatis, et odisse facit concupiscentiam lege prohibitam, quo facto voluntas jam in aliam se-

ita intuetur legem domini, videtque eam id ipsum raecipere et prohibere, quod ipsa spiritu succensa t cupit et amat. Ita fit, ut legem sibi per omnia ad otum respondentem non possit non amare, laudare, t ea cantare, quae his versibus cantantur.

Tunc enim videt non legis sed voluntatis vitio eri, ut lex augeat peccatum et operetur iram eo ipso, um immaculata est, et convertit animas, sapientes icit, laetificat et illuminat oculos. Si enim lex natu- a sua peccatum augeret, et iram operaretur, idem iceret caritas, legis amica, et illi per omnia consen- iens, quod et facit, ubi extra voluntatem fuerit, sicut ex semper extra voluntatem est, ubi caritas praesens on est. Nam quid operabatur caritas Christi in Judaeis, isi majorem iram et peccatum? Sic lex quoque ope- atur in omnibus hominibus, donec extra voluntatem orum est, non est autem in voluntate eorum, nec oluntas eorum in ea, donec diligatur, et hoc ametur, uod lex praecipit.

Timor domini sanctus, permanens in sae- ulum saeculi. Judicia domini vera, ju- stificata in semet ipsa.

Hebraeus proprie habet: Timor domini purus seu undus, nec hoc dicitur velut epitheto (ut vulgo sen- unt), quo discernatur a timore servili, quantum ego apio; sed timor domini simpliciter hic accipitur pro nore Dei, quem titulo laudis demonstrat per evan- elium fieri in cordibus calore verbi ardentibus purum, ui in omnibus aliis est impurus, id est, habetur impu- us. Quod facilius intelligimus, si de timore et puri- ate ejus objective versum hunc dictum accipiemus,

ad modum quo de omnibus praedictis disputavimus. Sic enim et lex domini simpliciter accepta immaculata est, sed nonnisi immaculatis, nocentibus autem est nocens et odibilis. Sic testimonium domini fidele piis, sed impiis infidele. Ita praeceptum domini electum electis, reprobum autem et abjectum reprobis. Ita et hic purus referri debet non ad timorem ipsum, sed ad affectum eorum, quibus purus judicatur. Qualis enim quisque est, talis est ei et lex et quae legis sunt.

Nonum igitur est, timorem domini esse purum, ubi hypocritae et ipsi fingunt se timere Deum, et puros esse in timore domini, cum sint his impuri, et in corde revera eum contemnant. Alii vero impuritatem suam non ignorantes sentiunt se non timere Deum, mallentque licere, non timere, eligentes impuritatem cordis sui Deum contemnentis et non videntis. Amantes vero, oculos illuminatos habentes, et Deum cognoscentes, vident, quam pura res sit timor domini, quam nihil negligat, qui timet dominum, et declinet a peccato, delectatur in hac puritate, quia et ipse sic sentit, ut timor exigit, factus concors per omnia.

Quaeritur autem, unde timor inter leges et praecepta numeretur, et non potius vel aeque amor? Nescio quid dicam, conabor tamen: Quia solus amor est, qui legem et ea, quae lex operatur, facit salutaria et bona, lex autem potissimum suscitat timorem Dei, ut Exodi 19. monstratur in filiis Israel coram monte Sinai, et in omnibus, qui exactrice et comminatrice lege redeunt ad cor et compunguntur. Hic timor, quia foris est et extra voluntatem, sicut et lex, quae eundem suscitavit, id est, non amatur, ideo non suo, sed voluntatis vitio

impurus est, ubi autem amatus fuerit, purificatur. Tunc enim timet Deum, sicut et amans voluntas desiderat, factus eidem concors per omnia. Amor enim delectatur, si Deum timeri videat, id quod lex non solum jubet, sed et facit.

Cum ergo hic de timore Dei, quem lex suscitat, loquatur, qui amatus est purus, oditus est impurus, non male inter legis nomina censetur, imo et ipse videtur esse lex literae, cum revera litera legis non cognoscatur, nisi territa conscientia a facie legis et lege quodammodo in timorem terribilem versa, sicut mons Sinai, figura legis, demonstrat.

Decimum: „Permanens in aeternum.“ Sicut enim lex per amorem impleta firmatur in aeternum, ita et timor e lege natus, dum amore imbuitur, aeternus fit. Atque ut lex, dum non amatur nec impletur, temporalis est et saepius oblivioni traditur, ita timor quoque, nisi ametur, temporalis ad horam manet, et nunquam firmus nec verus est. Inde hypocritis illis timor iste permanet ficte, permanet enim ad horam externa specie. Apud odientes vero nunquam est, nedum permanet, quia nunquam eum in cor admit tunt, neque amant, et sic timentes Deum semper magis ac magis contemnunt, unde et magis impuriores sunt. Qui enim non volens timet, bis contemnit. Amantes vero, quia volenter timent id, quod lex praecipit, in aeternum et stabiliter timent, et legi per omnia conveniunt.

Undecimum: „Judicia domini vera.“ Haec judicia intelligi possunt, imo debent, tam ipsa lex, quam id quod efficit in nobis. Sic enim lex domini judicium domini vocatur ab officio suo, quia judicat et damnat carnem, seu veterem hominem decernit, et ea quae ad

mortificandam carnem pertinent. Inde et judicia quoque recte dicuntur universae adversitates, quae veterem hominem occidunt, ut legi satisfiat. Nam sicut lex, si non docet nec intelligitur, ne lex quidem dici debet, et testimonium, si non cognoscitur et sentitur, ne testimonium quidem est, ubi enim non movetur animus hominis verbo legis, narrabitur surdo fabula, sicut contingit in hypocritis insensatis verbum legis contemnentibus; ita judicium, nisi sentiatur in effectu mortificandae carnis, nec judicium dici debet. Quare ut lex, dum terret, timorem domini suscitat, ita dum judicat, carnem mortificat, recteque sequitur judicium timorem, ut impiae carni accidat, quod timet, timet autem judicium legis, quo cum judicata fuerit et mortificata, novus homo, qui intus est per fidem natus, judicium istud amat et laudat, fitque jucundum, quod ante in carne erat molestum.

Hypocritae itaque, qui judicia domini ignorant, omnia tamen simulant, bis vani sunt, dum nunquam ex animo judicari et humiliari volunt, omnium tamen se humillimos et vilissimos, et vera judicia domini jactant. Odientes vero etsi vera esse non negent, sibi tamen vera non sunt, quia veraces per ea non fiunt, hoc est, judicari nolunt per ea, nec mortificari, mallentque non esse. Amantibus autem vera intelliguntur et sunt, qui illud Daniel. 3. cantant domino: „Omnia quae fecisti nobis domine, in vero judicio fecisti.“ Non enim percutit quenquam vane et frustra, cum sit in carne semper, quod vere judicio et morte dignum est, id est, peccatum.

Duodecimum: „Justa in semet ipsa.“ Hebraeum enim verbum absolutum est צָדְקוּ, id est, justa sunt

„In semet ipsa" eadem dictio est, quae Ps. 4. „in id ipsum" dicitur: „In pace in id ipsum," quae collectivae et aggregativae significationis est, ut „in semet ipsa" sit idem, quod omnia simul seu omnia in unum, ut sit sensus: Judicia domini justa sunt omnia, quod dicitur, quia, cum sint judicia vera et habeant in carne, quod judicent, juste judicant eam, ac per hoc ipsum justificant amantes ea, et qui agnoscunt ea esse justa. Odientibus vero injusta sunt, quia nec per ea volunt justificari, hypocritis autem ficte justa sunt, justificant enim eos, sed non omnia, quae enim ipsi elegerint, iis volunt judicari et justificari.

Id observa, quod numero plurali „judicia" dicit, et addit „omnia" seu simul ipsa. Magnus necesse est amor sit, qui judicia domini amat, quae multa et varia sunt, dum abundant passiones Christi in nobis. Deinde omnibus tribuere justitiam arduum est, ubi perseverantia amoris indicatur. Sunt sane quam plurimi, qui unum aliquod judicium domini sine murmure portent et justificent, plures qui multa portent et varia, sed pauci qui omnia, et quae velut sine fine augentur, et in id ipsum quotidie cumulantur, cum gaudio et laude portent. Ii enim sunt, qui gloriantur in tribulationibus et omne gaudium existimant, cum in tentationes varias inciderint, id quod versu sequente docet.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum.

Hebraeus non habet „lapidem pretiosum multum", sed פָּז רָב, id est, obrizum multum, nam et Hieron. obrizum pretiosum multum dixit. Volunt enim פָּז

aurum esse nobilissimum, quale est indicum seu ophirisum, ab Ophir et Hevila nepotibus Eber, Gen. 10. Unde Gen. 2. dicitur, aurum terrae Hevila esse optimum. Hinc Salomon. 2. Paralip. 8. per mare rubrum naves in Ophir misisse dicitur et aurum attulisse. Idem de Josaphat 3. [1] Reg. 22. Usu tandem praevalente, vocatum est obrizum, quasi ophirisum. Job. 31.: „Si putavi aurum robur meum, et obrizo dixi: Fiducia mea.“ Isa. 13.: „Pretiosior erit vir auro, et homo obrizo mundo,“ ubi ponitur כֶּתֶם אוֹפִיר. In Job. autem solum כֶּתֶם, de quo Ps. 15. [16.] in titulo dictum est. Ita in multis locis apparet hunc interpretem, quisquis fuerit, data opera timuisse omoeologiam, id est, ejusdem vanam iterationem, quam nugationem vocant, et saepius auctoritate propria suum sensum attulisse.

Omisit etiam dictionem integram צוּפִים, quod cum favo Hebraeus habet, sicut רָב cum obrizo, hoc modo: Aurum et obrizum multum, mel et favum redundantem, sicut Hiero. retulit, forte quod et hic omoeologiam vitare voluerit. Nam צוּף, quod hic pluraliter dicitur צוּפִים, et favum significat et inundantiam, ut absurdum sit visum, favum favorum dicere. Ego tamen Hiero. sequor, ut, quemadmodum priore parte aurum et obrizum multum, ita posteriore mel et favum multum seu copiosum prophetam dixisse credam.

Jam de favo quaestio est, cum ea dictio, quae est נֹפֶת, magis aromata putetur significare, licet et pro favo accipiatur. Ubi iterum ego mea temeritate suspicor prophetam sic voluisse cum melle communi copu-

lare mel illud nobilius, quod favum dicimus, sicut cum auro composuit obrizum nobilius.

Probat autem hic versus ea, quae dixi, scilicet Psalmum loqui de lege domini per evangelium facta amabili, seu qualis est in oculis non operantium, sed credentium. Sicut enim amanti est desiderabilis super omnes thesauros, et dulcis super omnes voluptates (quod per copiam auri et favi jactat), ita est etiam immaculata, fidelis, recta, electa, pura, vera, convertens animas, sapientiam praestans parvulis, laetificans corda, illuminans oculos, permanens in aeternum, justa in omnibus. Contra ante evangelium et fidem odienti est prorsus per omnia contraria. Grande itaque miraculum spiritus et mutationis hujus dextrae excelsi, ut ea super omnia placeant, quae prius super omnia displicuerunt. Quid enim ardentius homines quaerunt, quam divitias et voluptates? et tamen major est cupiditas spiritus in lege domini, quam sit carnis in divitiis et voluptatibus suis.

Denique quo magis clareat virtus, spiritus in isto miraculo auxesin facit in commendanda laude legis domini. Primo enim, mitissima est lex docendo, licet et hoc ipsum impatienter ferat caro, quae audire sibi adversa aegre sustinet. Durior est, dum ut testimonium testificatur, et de non parentibus docet, fidelitatem exigens, magis dum variis justificationibus molestat. Crescit deinde et praeceptum fit, severe urgens et instans. Post haec terret et timore concutit, tandem fit gravissima, judicio suo penitus ad occidendam et damnandam carnem procedens. Hic enim caro omnium impatientissima est, et cum legem in omnibus praedictis odiat et exhorreat, in hoc ultimo summe odit

et exhorret. Et tamen spiritus veniens haec omnia non solum facit tolerabilia, sed amata et desiderabilia et dulcia super omnia, quae desiderari possunt, et super omnia, quae delectare possunt.

Ex iis omnibus arbitror patere, quam insignis sit propheta David, quam habeat propriam phrasin propriasque figuras et tropos tam verborum quam sententiarum, qui verbis apertissimis tam profunda et occulta brevi compendio tradere potuit, ut nemo consequi possit. Habemus ergo fructum evangelicae praedicationis, amorem justitiae et odium iniquitatis, id est, plenitudinem omnium legum. Quae cum nullis viribus, nullis operibus, nullis legibus, nullis studiis obtineri possint, superest, ut desperatis omnibus per solam fidem Christi ad ea perveniamus.

Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

Hebraeus pro „custodit ea" dicit: Providus vel cautus vel doctus est in eis, quod Hiero. vertit: Docebit ea. Sed propius noster, qui dicit: „Custodit ea," iterum sequente dictione motus ad praecedentis divinandam potius significationem, quam proprie reddendam, more suo, parum tamen distat. Puto autem ad omnia praedicta pertinere, quod dicit, non tantum ad judicia. Quanquam revera, quid est lex, dum paulatim proficit, in testimonium, justitias, praeceptum, timorem, judicia, quam haec ipsa judicia, id est, mortificatio veteris hominis? in qua una re lex consummatur. Destructo enim peccato impleta est lex, et sola justitia dominatur. Quare una cura est iis, qui sunt servi Dei, ut in eo, quod potissimum et novissi-

st legis, id est, judiciis, exerceant sese et pro-
ıntique sint veteris fermenti observatores, qua
ia et Paulus Gal. 5.: „Qui Christi sunt, car-
uam crucifixerunt cum vitiis et concupiscen-
ıs."

ec frustra sane admonet, ut cauti observatores
propter astutiam serpentis, quae facile seducit
s, ut de Corinthiis timet apostolus. Prudentia
arnis, quam sit nequam, et quam habeat oculum
, quam subtili studio quaerat, quae sua sunt,
ta specie sese ornet, nulla satis potest obser-
deprehendi, de qua pulchre Taulerus in suis
ibus, ubi toties naturam arguit astutissimam in
fectibus, quibus omnibus resistitur judiciis et
omini, donec plene occidatur et destruatur cor-
ccati, et absorbeatur mortale hoc a vita immor-
Interim quantumlibet spiritu serviamus, condelec-
legi Dei, tamen corpus, quod corrumpitur,
at animam, ut carne serviamus legi peccati, et
ausa est*), ut cautos nos esse oporteat obser-
s judiciorum Dei, quibus damnatur illa servitus
i.

t quanquam hoc molestum sit et laboriosum, ta-
xercitatis per ea pacatissimus fructus justitiae
ur, ut Ebraeos 12. docet apostolus, et hic
„In custodiendis illis retributio multa." „Est
ierces operi tuo," ait per Hieremiam. Quae
dicuntur in consolationem laborantium, non in
ariam praemiorum ac servilem cupiditatem stabi-
a, qualis est eorum, qui opusculis quibusdam

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

suis Deum nescio quem negotiatorem faciunt, nihil prorsus in judiciis domini laborare velint, et 1. Corinth. 15. consolatur laborantes: „Sci quoniam labor vester non est inanis in do Oportet enim servos Dei scire, sese placere D labore suo, ne deficiant, atque contristato desperent, cum ille velit hilares gratuitos operari lege sua. Placentes autem Deo inevitabiliter seq etiamsi hoc non quaerant, merces multa, cum possit se ipsum Deus negare, qui ad Abraham Gen. 15.: „Ego merces tua magna nimis."

Delicta quis intelligit*)? Ab occultis munda me.

Domine et „meis" in hebraeo non sunt, et licta" errores sunt, ut Hierony. transfert, seu rantiae. Sic Ps. 7. titulum omnes sunt interpr Ignorantia David. Quo significantur etiam ea pe quae nos occulto praesumtionis et superbiae viti bonis actibus habemus, scilicet ea est carnis neq ut saepius in ipsa media tribulatione et humilitate fallat, ut de humilitate ipsa nobis placeamus, ipso nostri contemtu, de ipsa peccati confessione ipsa superbiae accusatione superbiamus. Ideo possunt non esse vera judicia domini et justa p tuo, etiamsi perpetuo illis judicemur, et quidquid s et facimus, per ea damnetur.

Quaeritur, unde ista delicta et errores servo qui custodit judicia domini, et cui lex innocens, fi recta, electa, et omnibus modis amabilis est? A

*) In edit. princip. leg.: **intelliget.**

lectio non est plenitudo legis? An non custodit
ırvus Dei judicia Dei, aut mentitur sese custodire?
espondet apostolus Ro. 6. [8.]: „Corpus mortuum
t propter peccatum, spiritus autem vivit propter ju-
ificationem.“ Unde et in hoc prophetae spiritus do-
t fideles Christi simul esse peccatores et sanctos,
condelectari servireque eos mente legi Dei, et
ırne legi peccati. Quantum enim credunt, tantum
sti sunt, quantum vero carnem habent, tantum pec-
ıtores sunt. Caro enim concupiscit adversus spiri-
m, et spiritus adversus carnem.

Carnem autem (ut dixi) non crassam hanc par-
m nostri intelligimus, sed affectum carnis occultissi-
ım et astutissimum, caput scilicet serpentis antiqui,
quo nemo satis sibi cavere potest, qui et facit, ut
mo errores suos intelligat et in multis offendamus
ınes, et occultis inquinemur, ut non sit justus in
rra, qui faciat bene et non peccet. Stat ergo sen-
ntia: Donec in carne sumus, nemo suos errores
elligit. Ideo cum Job. 7. [9.] omnia opera nostra
reri oportet, et scire, quod in conspectu Dei non
ıtificabitur omnis vivens.

Proinde desperando de se ipso et omnibus suis unum
c remedium apprehendat, ut ad thronum misericordiae
nfugiat, petatque mundari ab occultis. Hac sola humi-
ate salvus erit, cor enim hominis pravum est et in-
rutabile, et quis gloriabitur se habere mundum cor?
Aug. hic vere dicit: Peccatum ita tegit oculos, ut
iam hoc non videas, unde teguntur, imo hoc minime om-
ım videas, ut in oculis quoque carnalibus cernere est.
ɔn ergo dicit: Quis delicta habet? Omnes enim
ıbent, sed non omnes intelligunt, imo nemo intelligit.

Cum autem haec scientia sit universalis, prorsus omnibus hominibus tribuens delicta, quae non intelligant, quid audent nostri sophistae, qui praetextu ignorantiae invincibilis, obicis oblati, primi motus faciendi, quod in se est, et aliarum multarum nugarum homines securos et mundos faciunt, incautos et incuriosos reddunt in judiciis Dei observandis, et aliquando sine peccato saltem veniali esse posse somniant?

Propheta certe sine mortali peccato fuit et esse affirmat, qui secum haec dicunt (ut illi de peccato loquuntur mortali), imo et sine veniali, cum haec dicat in spiritu ardens, neque enim haec ad Deum oraret, nisi spiritu ferveret, et tamen nemini dicit suos errores esse cognitos, et tales errores, quos nisi Deus mundaret, salvum fieri non permitterent, neque super venialibus tam ardenter oraret, et mundari ab eis peteret, quae illi tam vilia habent, ut nesciam, quibus paene ludicris ea tolli doceant. Sic Paulus 1. Cor. 4. dicit se nullius esse conscium, sed non in hoc justificatum, et Jacobus: „In multis offendimus omnes." Has omnes veritatis et humilitatis sententias hypocritae illi superbi simul exstinguunt suis impiis cogitationibus, quibus opera bona et merita excogitaverunt, et venialia peccata a mortalibus distinxerunt, de quibus nunc dicit.

Et ab alienis parce servo tuo, si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo.

Heb. ita: Etiam a superbis retine servum tuum, non dominentur in me, tunc integer ero, et mundabor ab iniquitate multa. Interpretes videntur legisse lite-

rum ר pro ד, ideo מְזֵדִים pro מְזְדִים, id est, alienos pro superbis tradiderunt. Et quod „parce" hic dicitur, Hebraeis sonat, in custodiam, qua retinetur aliquis, ne faciat vel patiatur, Gen. 20.: „Custodivi te, ne peccares in me," id est, retinui. Cujus verbi emphasis indicat periculum illud maximum et certamen periculosissimum, quo lupi rapaces hypocritae sub vestimentis ovium quaerunt devorare animas simplices, et de pietate fidei (qua sola lex impletur et amatur) n superstitionem impietatis et operum abstrahere, uibus magis offenditur lex. Adeo scilicet magna res st, in pietate fidei perseverare, ut spiritus non possit tis monere et inculcare, ut a superborum hypocritaum blandis doctrinis caveamus.

Quanta vero fiducia pronuntiat eos superbos esse. evera enim, ubi fides non est, ibi operum fiducia ne fine superbit, sed tum occulto et spirituali dolo, ; prorsus intelligere ipsi nequeant, qui superbiunt, nnia enim, quae humilitatis et pietatis sunt, speciosus ostentant, quam vere fideles, ut nemo queat esse itus, nisi cui dominus pepercerit, et ne rapiatur eorum xemplis et verbis, retinuerit, sicut hic oratur et orari ocetur. Hi sunt, de quibus Ro. ult. dicit: „Qui per dulces ermones et benedictiones corda seducunt innocentum."

Dicit ergo: Contine servum tuum, ne superbi isti ie rapiant et fallant. Si enim a te retentus fuero, t nihil in me praevaleant, quantumlibet speciosis xercitibus et pompis operum ac verborum, tunc ere innocens, perfectus, integer et simplex ero, eu. ein frummer Mann. Ubi simul a contrario signiicat sese futurum impium, si retentus non fuerit, et li in eum praevaluerint. Amissa enim fide in operi-

bus confidet, et ululabit cum lupis, qui antea fuit ovis simplex Christi.

Dixi superius interpretem nostrum solere vocabulum תָּם pro immaculato ferme transferre, quod apostolo Ro. 15. innocentes seu simplices, graece ἀκάκους, significat. Verba apostoli hunc versum clare illuminantia sunt haec: „Obsecro vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula juxta doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, et declinetis ab illis. Hujusmodi enim Christo domino nostro non serviunt, sed suo ventri, et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentum.“ Hic sane locus innumerabiles prophetarum et Psalmorum loca elucidat, et in universas hominum traditiones mira energia, epitasi et emphasi verborum grassatur, ideo tenaci et praesenti memoria tenendus omni christiano pectori.

„Et emundabor a delicto maximo.“ Hoc delictum maximum multis superbia esse putatur, idque non male, sed obscure et improprie, siquidem impietas superbia est. Verum hoc vult propheta, quod impii a minutis illis peccatis mundantur, dum non occidunt, non furantur, non moechantur, sicut pharisaeus ille in evangelio jactat (nam et haec praecepta Christus Matth. 5. vocat minima). Ceterum a magno illo et multo, per quod omnia polluuntur, etiam bona impiorum opera, adeo non mundantur, ut per ea ipsa opera magis etiam illo contaminentur. Haec est impietas illa et incredulitas. Ideo prophetam comparative loqui intelligamus, intuentem duas mundicias diversas duorum peccatorum, diverso judicio aestimatorum. Impii enim

ındant sese a peccatis minimis, id est, iis quae *) r corpus, viliorem partem hominis, fieri possunt, neecto maximo, id est, eo, quod per animam majorerte sua indurati committunt nec vident.

Pii contra parum habent, sese mundos esse a mitis illis, nisi et ab illo magno mundi sint, quod, unum alta peccata facit, imo nihil non peccat. Et credo ophetam impietatem istam data opera insignire voisse epitheto illo, ut multum et magnum appellaret ıtrumque enim רַב hebraeum significat), quod cetera ıccata sic se habent, ut quodlibet seorsum sit unum ıntaxat peccatum, hoc autem monstrum qui habet, mul multa et magna habet, eo quod omnia opera ›stra (quae multa esse necesse est) pessima (ut vount) circumstantia et vitio inficiat, quae est impieıs in Deum. Ideo licet sit unum, simul tamen pluma et maxima peccata esse recte dicitur.

t erunt ut complaceant eloquia oris mei; t meditatio cordis mei in conspectu tuo emper. Domine adjutor meus et redemtor meus.

Hic unus versus est. Adverbium „semper" supositititium est. Est ergo sensus: Si a delicto maximo aundus fuero, et superbi in me nihil praevaluerint, ıoc est, si fide purificatrice cordis, non operibus conaminantibus justus fuero, vere placitus ac gratus ero n oculis tuis. Ubi autem ego gratus fuero, tum et loquia mea et meditatio mea placita erunt. Arboris

*) In edit. princip. leg.: qui.

enim bonae fructus boni erunt. Econtra nemo praesumat eloquia sua placere, quantumlibet speciosa, si citra fidem justus fuerit, quia maculatus est delicto multo et magno.

Eloquia autem et meditatio cordis, quanquam possint de communi sermone aut orationibus intelligi, mihi tamen de verbo doctrinae intelliguntur, qui enim pure credunt, pure statim docent, juxta illud: „Credidi propter quod locutus sum." Neque latet otiosa fides, sed prodit et confitetur Deum in salutem suam et aliorum, sicut superius de sole procedente dixit. In hunc sensum arbitror adjecisse „oris mei et cordis mei", ut docendi signaret ministerium. Quare sensus vere est is, qui Ps. 1. dicitur: „Et folium ejus non defluet, et omnia quae faciet, prosperabuntur." Sic enim et ibidem de bona arbore dicitur. Ita hic, si mundi sumus nos, placebunt Deo conciones nostrae, cooperabitur et confirmabit, facietque eas prosperas procedere et convertere etiam adversarios, ut Prover. 16.: „Si Deo placuerint viae hominis, etiam inimicos ejus convertet ad pacem." Si mundi non erimus, quid restat, nisi ut displiceant, et nihil habeant prosperum, etiam amicos convertant ad bellum.

Nec frustra addit „in conspectu tuo". Eloquia enim purae fidei odio sunt omnibus hominibus, sicut Christus praedixit Math. 5. et 13., quia crucifigunt veterem hominem, arguuntque mundum de peccato, id quod gratum est in conspectu Dei, intolerabile autem in conspectu hominum et tamen, quia placent Deo, prosperantur, invito etiam mundo.

In hoc ipsum in fine appellat dominum adjutorem

um (quod hebr. צוּרִי, id est, petra mea dicitur) et
demtorem suum, non solum quod a peccatis et hy-
critarum studiis redemerit, et eum in purae fidei
tram posuerit, sed quod et perseverantem et vin-
ntem eum fecerit adversus verbi adversarios, data
spiritus fiducia ad loquendum, sicut Hiere. 1. dicit:
Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, ut
uam te." Sic et Act. 4. orabant apostoli, ut cum
lucia verbum possent loqui contra Judaeos, et sta-
a locus est motus, repletique Spiritu sancto loque-
ntur cum fiducia.

Meditationem Ps. 1. et 9. abunde vidimus. Est
im exercitatio verbi ad docendum parata, sicut in-
a dicetur Ps.: „Os meum loquetur sapientiam, et me-
atio cordis mei prudentiam." Quare hic vel per tau-
logiam idem geminatur, vel alterum per alterum ma-
s explicatur.

PSALMUS DECIMUS NONUS,
heb. vicesimus.

Ad victoriam, Psalmus David.
xaudiat te dominus in die tribulationis,
protegat te nomen Dei Jacob.

Hunc Psalmum ferme omnes de Christo exponunt.
Mihi autem videtur ea expositio remotior esse, quam
t literalis dici possit. Unde simpliciore et planiore
ensu Psalmum arbitror esse litaniam quandam gene-
alem pro magistratibus et iis, qui in sublimitate con-
tituti sunt, pro quibus et apostolus 1. Timo. 1. [2.]
ubet primum omnium orare, ut quietam et tranquil-

Iam vitam agamus. Et ut dicam, quod sentio, videtur David hunc Psalmum edidisse pro quodam religioso et sacro classico, quo se et populum animaret et formaret ad orandum et pie gerendum in re bellica, adversus hostes pietatis, quales nos Turcas arbitramur.

Totus autem Psalmus per singulos ferme apices hoc vult, ut princeps populorum nullis praesumat viribus, nullis confidat opibus, nullis nitatur suis consiliis, juxta illud Ps. 33.: „Non salvatur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suae. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suae non salvabitur," sed de coelo exspectet adjutorium, de coelo venire sciat victoriam, et in solo nomine domini speret, et oratione, sicut Moses, pugnet.

Ita propheta simul orat et docet necessariam sane doctrinam, quam rari observant principes. Minus enim esset bellorum et feliciores victoriae, si ad regulam hujus Psalmi in domino praesumerent, fortius orantes quam caedentes, essentque vere tum אֱלֹהִים, simulacra Dei in terris et divini principes, nec pugnarent, nisi vocati et coacti justa causa, in humilitate cordis. Ideo statim orditur Psalmus: „Exaudiat te dominus," principem sursum ducens in conspectum Dei, ut hujus consilio et auxilio agat, quidquid agit.

„In die tribulationis." Et hic monentur principes officium suum, ut sciant sese positos in sublimitate pro salute populi, pro qua multa patiantur et laborent, et sit principatus eorum vere dies tribulationis eorum. Neque enim otiosi et voluptarii, qui propter se ipsos tantum principantur, digni sunt, pro quibus haec Dei magnalia petantur, imo nec principes sunt, sed porci

in volutabris suis. Qui autem ex animo populi salutem quaerit, nunquam sine tribulatione erit, adversabitur enim ei Satanas et totus orbis.

„Protegat te nomen Dei Jacob,“ non gladius, non clypeus, non thorax, nec ullum aliud praeter nomen Dei, Ps. 43. [44.]: „Non enim in arcu meo sperabo, et gladius meus non salvabit me.“ Quomodo autem et quibus armis protegit nomen Dei? Scilicet fide et invocatione sui, sicut Johel dicit: „Omnis qui invocaverit nomen domini, salvus erit.“ Et Proverb. 18.: „Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit justus, et exaltabitur.“ Sic enim invisibili virtute protegetur seu exaltabitur. Eadem enim hic et illic dictio est, quae magis exaltationem significat, quam protectionem, Isaiae 9.: „Elevabit dominus hostes Razin super eum.“ Pura ergo fiducia in Deum opus est rectori populorum, ut nec praesumat in viribus, nec desperet in impotentia sua. Idem est apud dominum, salvare in multitudine et in paucis, ut 1. Reg. [1. Sam.] 14. et 2. Paralip. 14. scribitur.

Apposite autem et tempestive dicit: „Nomen Dei Jacob,“ non Israel aut alio epitheto nomen Dei commendans. Jacob enim a planta supplantator dicitur, quod proprie ad adversarios et diem tribulationis pertinet, ut per nomen Dei princeps populi protectus vadat victor et supplantator hostium suorum.

Mittat tibi auxilium de sancto, et de Zion tueatur te.

Pro „tueatur te“ Hiero.: Roboret te, quod magis exprimit fiduciam et virtutem cordis, qua qui robustus fuerit, omnibus malis superior facile erit. Ab intus

enim tuetur et roborat suos dominus. Contra mundus ab extra sese tuetur et roborat. Hoc est, quod dicit: „De sancto et de Zion." Sanctum enim satis diximus separatum, absconditum et invisibile significare, ubi sensus non attingit, et ratio nihil comprehendit, ut „de sancto" sit de coelo et de solo Deo, qui in sancto habitat. Quo pulchre fidei naturam indicat, quae credit, quod non videt, et exspectat fortiter auxilium, nesciens tamen, unde veniat. Homo autem de profano et eo, quod patet, auxilium petit et exspectat. Sed vana salus hominis.

Idem per repetitionem est: „Et de Zion roboret te," auxilio enim roboramur, ut repetita oratio et affectum augeat, et certum auxilium promittat. Quid autem „de Zion" dicitur? Utique non de Aegypto, nec Babylone, pro suo enim tempore loquitur, cum dominus in Zion habitaret et coleretur, ac si dicat: Non extra te curras, sed intra te robur domini exspectes, veniet, si tu non discedas, roborabit, si nusquam roborari quaeras. Non enim fugientibus, sed fortiter exspectantibus venit. Nec hoc versu aut ullo alio fuga consulit tribulationem evadere, sed constantia et occursu, in fide nominis Dei vincere. Sic enim Deus quemlibet suum hominem tutatur ex ipsomet, non per auxilium hominum. Cujus rei exempla sunt, quod populum Israel saepius liberavit nullis in circuitu gentibus adjuvantibus, sed cunctis adversantibus, sola praesentia sui in Jerusalem et Zion per verum cultum suum. Et quoties non de Zion, sed Aegypto aut Assyriis auxilium exspectaverunt, toties ceciderunt, et baculo arundineo innixi pejus collisi sunt.

Et vox „de Zion" emphasin suam habet. Spe-

cula enim dicitur non tantum, quod nos per fidem speculemur seu praesentem Deum habemus, sed quod et ipsius domini oculi super nos aperti sunt, sicut dicit Ps. 33. [34.]: „Oculi domini super justos,“ et 31. [32.]: „Firmabo super te oculos meos,“ id quod olim super solam Zion, tunc electum sibi locum faciebat. Nunc Zion est totus orbis, ubicunque enim creditur in Deum, ibi videt et videtur Deus Deorum in Zion, sicut et Ps. 4. diximus de lumine vultus domini super nos levato. Recte autem versus hic sequitur praecedentem, quia exaltari in nomine domini super hostes non contingit, nisi de coelo roboretur cor principis, ut hoc versu velut causam et modum reddat praecedentis versus.

Memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat. Sela.

Et hic versus tautologicus est, quales ferme omnes hujus Psalmi sunt. Praedicti autem duo personam Deo commendaverunt, quae nonnisi fide pura gratificatur in conspectu Dei, his duobus sequentibus opera ejus commendat, recto et pulchro ordine. Sic enim respexit dominus prius ad Abel, et postea ad munera ejus. Insuper hic versus sacrificium, sequens consilia et studia commendat, ut prius sit facere quam dicere, prius sacrificare quam petere. Multi enim dicunt: Domine domine, et non autem faciunt voluntatem patris, imo contraria faciunt. Ideo et oratio eorum fit in peccatum.

Et videmus hic non orari, nisi pro bono et pio Principe, neque enim impius orat, ut exaudiatur, neque credit, ut de sancto roboretur, etsi foris sacrificet

opere seu simulet potius se sacrificare. At hunc suum principem non facit sacrificare, sed sacrificanti optima precatur, nisi dixeris, quod sacrificium principis sit commune populi quoque, in quo pii aliqui sunt, quorum precibus et ille postuletur bonus et salvus fieri cum illis.

Evincit autem hic versus David fecisse hunc Psalmum, ut pro se oraretur a cantoribus a se institutis, quia sacrificium et holocaustum ritus Mosaici memorat, quae in nova lege abrogata sunt, non quod mala fuerint, sed quod impleta sint per Christum, et fiduciam justificationis praestabant superbis. Nihil enim peccaretur, si hodie ritu eodem quisquam sacrificaret, modo id faceret nulla fiducia justitiae aut necessitate conscientiae, libera enim et licita sunt omnia, quae contra fidem non sunt.

Non tamen ideo Psalmus hodie et aliis orandus non est, sicut enim alia persona, alia causa, aliud tempus, alius locus in nova lege sunt, ita et aliud sacrificium, eadem tamen fides et idem spiritus per omnia saecula, loca, opera, personas manent. Externa variant, interna manent. Non enim in omnibus est unum opus, sed una fides, nec ubique unus servus, sed unus dominus, et divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, et divisiones ministrationum sunt, idem autem dominus, et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Sic qui in Abraham circumcisionem voluit, idem in nobis baptismum voluit, eadem prorsus voluntate, et in eadem prorsus nostra fide, diversa tamen operatione. Oportet enim ecclesiam ab initio mundi adstare Christo circumdatam varietate, et dispensatricem esse multiformis gratiae Dei secundum diversitatem membrorum, temporum, locorum et

causarum, quae mutabilia sint et varia, ipsa tamen una semper eademque perseveret ecclesia.

Quod ergo nostrum sacrificium est? Aliquot saeculis sacramentum panis et vini pro sacrificio summo habitum est, sed impia (ut alias diximus) opinione. In nova enim lege nec templum est, ut in Apocalypsi visum est in nova civitate Hierusalem, nec sacrificium, quod Danielis 9. defecturum praedictum est, sed nos ipsi sumus templum Dei, ut Paulus 1. Cor. 3. docet. Ita sumus etiam civitas Dei, ita et sacrificium et omnia, quae olim et nunc corporalibus templis et oblationibus figurata sunt. Unde Ro. 12. apostolus: „Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum."

Varias autem sacrificiorum antiquorum interpretationes omitto, contentus duobus illis, quae docet David Ps. 49. [50.] „Sacrificium laudis honorificabit me." Ps. 4.: „Sacrificate sacrificia justitiae." P. 50. [51.]: „Sacrificium Deo spiritus contribulatus." Ad idem Daniel. 3.: „In anima contrita et spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum hodie in conspectu tuo, ut placeat tibi, quoniam non est confusio confidentibus in te." Et Oseae 14.: „Omnem aufer iniquitatem, et accipe bonum, et reddemus vitulos labiorum nostrorum." Heb. 13.: „Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus." Et Ps. 115. [116.]: „Tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen domini invocabo." Et 53. [54.]: „Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor

nomini tuo domino, quoniam bonum est." Et his similia.

Sacrificium itaque nostrum, quod in die tribulationis offerimus, cor contritum est et confessio peccati, hoc est, nos ipsi in tribulatione ad Deum gementes, tribulationem justam agnoscentes, patienter ferentes nostri mortificationem, inque omnem voluntatem Dei nos offerentes. Hoc enim signat universus ille tumultus figuralium hostiarum cum suis caedibus, sanguine, exustione, et similibus in lege Mosi praeceptis. Ignis ille consumtor ardor Spiritus sancti est, diffundens caritatem in cordibus nostris, quae devorat, quidquid est carnis et veteris nativitatis in nobis, id quod est holocaustum, id est, in totum igne consumtum offerri, ut nobis mortui Deo vivamus, et membra prius iniquitati servientia justitiae nunc serviant, et in his omnibus Deo confiteamur, laudemus et gratias agamus. Ligna, quibus ignis ille alitur, verba evangelii sunt. Cultri, quibus caeduntur animalia, verba legis sunt, occidentia veterem hominem et detracta pelle vetustatis super altare Christum imponentia. In fide enim Christi omnia fieri oportet.

Quid vero est, pingue fieri holocaustum? Sine dubio allegorice plenum, delicatum, placitum ac jucundum significat. Pinguedo enim mysterio abundantiae et jucunditatis servit, Gen. 49.: „Asser pinguis panis ejus, et praebebit delicias regibus." Sic Ps. 16. [17.] diximus adipem impiorum esse proceres eorum, divites, electos, et delicatos voluptarios. Sumitur scilicet allegoria ab usu hominum, qui pinguibus et bene pastis pecudibus seu electioribus delectantur. Sic et Ps. 62. [63.]: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea,

labiis exsultationis laudabit os meum." Inde in scripris passim pinguis ager, pinguis mons, quem latine etum et jucundum dicimus. Hebraea autem dictio oc loco ambigua est, ut possit etiam sic transferri: t holocaustum tuum incineretur sela, quod ad holoustum satis apte dicitur, potest autem utrumque sil accipi.

Sela, quod in fine hujus versus additur, quid sit, superioribus diximus, indicium scilicet cujusdam ingnis affectus occulti, per spiritum pro tempore exatum super pinguedine et incineratione holocausti jus, quem nemo novit nisi qui accipit.

ribuat tibi secundum cor tuum et omne consilium tuum confirmet.

Certe summe cavendum, ne pro tyrannis, et qui nnisi sua quaerunt, sic oremus, nisi in hoc cum s sentiamus, quod nullus princeps non velit sua flore et in pace abundare, cum propter pacem et bella rantur, et ita pro civili eorum bonitate precemur. agis tamen pro bono principe intelligitur orare. Qui im talis est, multis impetitur adversariis, praecipue illis ipsis malis tyrannis, indigetque divino auxilio, io sua consilia et desideria contra illos impleantur. on enim pro tyrannis, sed pro eo, quem tyranni emant inique, orandum est. Neque filii Israel pro stibus suis, sed pro David rege suo orabant, in. dellandis adversariis laborante.

Ita et nos, illi turcivorae martes, qui contra Turas insaniunt, orationibus magis niti deberent, quam iribus, quod cum non faciant, sintque ipsi pejores urcae, populum Christi vastantes, nescio an fortius

contra eos, an contra Turcas orare debeamus. Certe ut hodie res habent, non modo pro imperatore, regibus et principibus orari oportet, ut eorum cor et consilium impleatur, sed ut cor eorum aperiatur et intelligant, qui sunt veri hostes ecclesiae, in quos consultare et cor commovere debeant. Donec enim caeci non vident, quam nos ipsi egeamus castigatione, quomodo consultare possunt? pro quo eorum consilio implendo orare debemus? Invenire tamen est aliquot inter eos, qui caeci non sunt, et rebus nostris consultum velint, pro iis dicamus, et ardenter dicamus: „Tribuat tibi dominus secundum cor tuum, et omne consilium tuum impleat sive, ut noster dicit, confirmet.“

Laetabimur in salutari tuo, et in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas.

„Impleat“ hic dicit, cum idem verbum superius „confirmet“ reddiderit varius interpres. Verbum hoc „laetabimur“ Ps. 5. diximus significare laetitiam vocalem seu jucunditatem verborum, qua solent homines gaudium suum jactare, sonatque hoc loco in exhortationem, tanquam ab iis dictum seu dicendum, qui proelium ineunt, et superba fiducia jactant auxilium domini super se in salutem, sicut illi Judicum 7. clamaverunt: „Gladius domini et Gedeonis,“ et quomodo Josuae 6.: „Clamaverunt filii Israel, et mox ceciderunt muri Hiericho.“ Et rex Abia 2. Paralip. 13. eodem exemplo cum suis vociferans quingenta milia occidit de filiis Israel. Sed et nunc etiam perseverat usus militum jactantium ducis sui nomen et gloriam ad ani-

mundos sese adversus hostes. Prorsus eum affectum et ritum, sed pium et religiosum hic versus docet.

Hunc sensum confirmat verbum sequens „magnificabimur", quod perperam a nostro redditum, a Hiero. vertitur: ducemus choros, nec hoc satis. Alii: Insignes et nobiles erimus, dicunt. Volunt alii verbum castrense esse. (דֶּגֶל enim vexillum seu insigne exercitus significat.) Inde hoc verbum נִדְגֹּל significare id quod: Vexillum erigemus, seu si sic liceret dicere: Vexillabimur, wollen Panier aufwerfen, quod et ipsum est opus proelium ineuntium, ut non solum voce clament, sed et signa sua jactent, sicut viri Gedeonis non solum tubis sonabant et vociferabantur, sed et lagenas vice vexillorum complodebant et jactabant.

Igitur „in salutari tuo", id est, invocata salute tua per fidem, laetabimur et clamabimus laetantes, et „in nomine tuo", id est, invocato nomine tuo, eadem fide vexilla erigimus, hoc est, in virtute tua, non nostra, cum fiducia inibimus certamen cum omnibus hostibus nostris. Domini enim est salus et victoria. Idem autem est salus, quod salutare, licet interpretes libenter salutare soleant transferre. Quodsi in bello profano adeo necessarium est, in salute Dei vociferare et in nomine ejus vexilla sustollere, quanto magis hoc facto opus est nostris christianis ducibus, dum adversus spiritalia nequitiae in coelestibus, contra prudentiam carnis et haereses proeliamur, ne nostra insignia, nostros titulos nostrasque imagines, et in nomine ac salute nostra jactemus, id est, philosophiam, humanas traditiunculas, decreta, et alia portenta nostri nominis et virtutis proferamus, sicut modo faciunt pontifi-

ces ridiculi. Nostrum vexillum verbum crucis est, triumphale signum sanguine Christi purpuratum, quod ecclesia Christi, quae est terribilis sicut castrorum acies ordinata, opponit omnibus potestatibus tenebrarum. Extulisse enim aliud verbum, est nihil aliud, quam puerorum more ludere in feriis seu furiis carnalibus.

„Impleat dominus omnes petitiones tuas,“ et haec vox est exhortatoria cum fiducia euntis in proelium, ac si dicat: Nos imus et in nomine domini sub tuis signis militamus, tibique regi et duci nostro paremus. Dominus autem faciet, quod suum est, et impleat petitiones tuas. Nostrum est nescire, quod futurum est, et tamen tibi obedire. Sic 2. Reg. [2. Sam.] 10. Joab princeps militiae David instructa utrimque acie, in manu Dei victoriam ponens, ait: „Pugnemus pro populo nostro et pro civitate Dei nostri, dominus autem faciat, quod bonum est in conspectu suo.“

Nunc cognovi, quoniam salvum fecit dominus Christum suum, exaudiet illum de coelo sancto suo. In potentatibus salus dextrae ejus.

Ea quae hactenus oravit, nunc in spem certissimam erectus plane promittit propheta. Sic enim sibi ipsi infallibiliter persuadet fore affectus in Deum plenissime fidens, qualem haec verba indicant, ac si dicat: En rem aggrediamur, et scimus certique sumus, quia dominus salvabit Christum suum. Neque enim possibile est, ut non exaudiat eum, qui tanta fide talibusque affectibus de Deo praesumit, „quia non est confusio confidentibus in te,“ Daniel. 3., et: „Ipse

alvator sperantium," Ps. 16. [17.] Ideo dicit: „Nunc cio, quoniam salvum faciet." Esse enim verbum fuuri temporis, cogit id quod sequitur: „Exaudiet illum e coelo sancto suo," quanquam possit per modum articipii praesentis temporis vel nominaliter verius sic erti: Nunc scio, quoniam salvans seu salvator dominus Christi sui exaudiet eum. Et ex supradictis noum arbitror hebraeam linguam frequentissime ac idiosmo propriissimo uti verbo praeteriti temporis pro raesenti, ut hic: Nunc cognovi, id est, jam scio, seu unc factus sum sciens, si absoluto statu accipi placet.

Est autem versus exhortatorius fidei constantisimae, se ipsam persuadentis, imo ex affectu praedicto ersuasae. Qui enim sic animatus est, ut audeat diere: „Laetabimur in salutari tuo, et in nomine tuo exilla tollemus," simul certissimus est, sese non deelinquendum, sicut revera et certissimum est, id quod olus ipse sentit. Sic Paulus audet Ro. 8.: „Certus um, quod neque mors, neque vita etc. nos separait a caritate, quae est in Christo," et alibi: „Certus um, quia potens est depositum meum servare in diem." 'ujus enim cor dicit: Ego credo, infallibili simul seuela dicit: Certus sum ita fore, sicut credo. Fides nim si vera est in corde, adeo certe affirmat id, uod credit, ut nihil certius futurum esse persuaderi ossit, atque adeo jam scit, ac si factum sit. Ideo ic non dicit: Opinor, aut cogito, aut intelligo, sed: cio, seu „cognovi, quoniam salvum faciet," id est, ertus et persuasus sum, ut suo more Paulus loquitur, dem tamen sensu.

Hoc iterum argumentum est adversus impios illos phistas, qui nos incertos faciunt de gratia et cari-

tate Dei in nobis, garrientes temerarium esse assertu, nos diligere aut credere aut certos esse de opere Dei super nos, cum nihil sit abominantius ista incertitudinis opinione. Unde placet hebraeus idiotismus, quo hic verbum „cognovi" praeteritum (quo fides commendatur) cum verbo futuro „exaudiet" (quo opus creditum significatur) componitur, ut obstruatur os loquentium iniqua, et sciant opera Dei super nos futura per fidem esse credentibus debere ceu praesentia, imo praeterita. Hinc enim prophetiae frequentissime utuntur verbis praeteritis, praesertim in lingua hebraea, non tantum propter certitudinem (ut dicunt) prophetiae, sed magis propter ostendendam et docendam fidei naturam.

Et satis miror, cum fateantur in universum omnes articulos de secundo adventu Christi, de extremo judicio, de aeterna vita et inferni igne esse certissime futuros, et haereticos asserant, qui in his dubitent aut incerti sint, similiter, si quis de creatione, incarnatione et toto mysterio Christi praeterito dubitet aut incertus sit, haereticum statuunt, cur audeant catholicum asserere, si quis dubitet se esse in gratia, se consequi misericordiam in sacramento, certissime et infallibiliter habere propitium Deum, cum hic articulus sit primus omnium, ubi dicitur: Credo in Deum, patrem omnipotentem. Caeci, caeci sunt, et duces caecorum. De praeteritis et futuris Deo credunt, de praesentibus non credunt. Nos autem cum propheta constanter et praesenter dicamus: „Nunc cognovi, quoniam salvum faciet dominus Christum suum." De verbis cognoscendi, sciendi, intelligendi aliquando latius dicemus, de coelo et sancto dictum est versu 2.

„In potentatibus salus dextrae ejus." Et hoc

erbum est animosae fidei euntis et exhortantis, de auxilio Dei futuro securae, ut si nostro more et sensu diceremus: Scio, quod exaudiet illum, et potenter salvabit eum. Est enim tropus hebraeus: „In potentatibus salus dextrae ejus,“ idemque sensus, qui Ps. 117. [118.]: „Dextera domini fecit virtutem,“ hoc est, quando dextera Dei salvat, non est ulla virtus adversaria, quae perdat, quia non solum potens est, seu in potentia salus, quam dextera ejus facit, sed etiam in potentatibus, id est, multis modis potens. Nomine enim isto plurali, licet barbare et absurde sonet latinis, exprimitur eximia illa fides, quae Deo tribuit tantam virtutem et sapientiam, ut non una, sed multis viis possit salvare, etiamsi iis, qui laborant, nulla appareat. Miramque emphasin et epitasim habet ea vox plena affectu superbissimo et de Dei virtute praesumentissimo. Ei lafs ihn nur machen, er wird und kann wohl helfen.

Potest ex heb. etiam sic reddi: Nunc cognovi, quoniam salvans dominus Christum suum, exaudiet illum de coelo sancto suo, in potentatibus salutis dextrae suae, ut omnia pendeant a verbo „exaudiet,“ quod respondebit etiam Hebraeis sonat, ut sit sensus: Exaudiet illum potenter salvando sua solius dextera, non hominum virtute, et sic sonat in abnegationem auxilii humani, et emphasis est in voce „dextrae suae“, qui sensus mihi valde placet, tamen non longe variat a priore.

„Christum suum“ hic generaliter accipi oportet pro rege, quod reges olim ungebantur. Auget autem et hoc ipsum verbum orationis exaudiendae et salutis dandae fiduciam. Nosse enim se esse divinitus ad

opere seu simulet potius se sacrificare. At hunc suum principem non facit sacrificare, sed sacrificanti optima precatur, nisi dixeris, quod sacrificium principis sit commune populi quoque, in quo pii aliqui sunt, quorum precibus et ille postuletur bonus et salvus fieri cum illis.

Evincit autem hic versus David fecisse hunc Psalmum, ut pro se oraretur a cantoribus a se institutis, quia sacrificium et holocaustum ritus Mosaici memorat, quae in nova lege abrogata sunt, non quod mala fuerint, sed quod impleta sint per Christum, et fiduciam justificationis praestabant superbis. Nihil enim peccaretur, si hodie ritu eodem quisquam sacrificaret, modo id faceret nulla fiducia justitiae aut necessitate conscientiae, libera enim et licita sunt omnia, quae contra fidem non sunt.

Non tamen ideo Psalmus hodie et aliis orandus non est, sicut enim alia persona, alia causa, aliud tempus, alius locus in nova lege sunt, ita et aliud sacrificium, eadem tamen fides et idem spiritus per omnia saecula, loca, opera, personas manent. Externa variant, interna manent. Non enim in omnibus est unum opus, sed una fides, nec ubique unus servus, sed unus dominus, et divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, et divisiones ministrationum sunt, idem autem dominus, et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Sic qui in Abraham circumcisionem voluit, idem in nobis baptismum voluit, eadem prorsus voluntate, et in eadem prorsus nostra fide, diversa tamen operatione. Oportet enim ecclesiam ab initio mundi adstare Christo circumdatam varietate, et dispensatricem esse multiformis gratiae Dei secundum diversitatem membrorum, temporum, locorum et

causarum, quae mutabilia sint et varia, ipsa tamen una semper eademque perseveret ecclesia.

Quod ergo nostrum sacrificium est? Aliquot saeculis sacramentum panis et vini pro sacrificio summo habitum est, sed impia (ut alias diximus) opinione. In nova enim lege nec templum est, ut in Apocalypsi visum est in nova civitate Hierusalem, nec sacrificium, quod Danielis 9. defecturum praedictum est, sed nos ipsi sumus templum Dei, ut Paulus 1. Cor. 3. docet. Ita sumus etiam civitas Dei, ita et sacrificium et omnia, quae olim et nunc corporalibus templis et oblationibus figurata sunt. Unde Ro. 12. apostolus: „Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum."

Varias autem sacrificiorum antiquorum interpretationes omitto, contentus duobus illis, quae docet David Ps. 49. [50.] „Sacrificium laudis honorificabit me." Ps. 4.: „Sacrificate sacrificia justitiae." Ps. 50. [51.]: „Sacrificium Deo spiritus contribulatus." Ad idem Daniel. 3.: „In anima contrita et spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum hodie in conspectu tuo, ut placeat tibi, quoniam non est confusio confidentibus in te." Et Oseae 14.: „Omnem aufer iniquitatem, et accipe bonum, et reddemus vitulos labiorum nostrorum." Heb. 13.: „Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus." Et Ps. 115. [116.]: „Tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen domini invocabo." Et 53. [54.]: „Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor

nomini tuo domino, quoniam bonum est." Et his similia.

Sacrificium itaque nostrum, quod in die tribulationis offerimus, cor contritum est et confessio peccati, hoc est, nos ipsi in tribulatione ad Deum gementes, tribulationem justam agnoscentes, patienter ferentes nostri mortificationem, inque omnem voluntatem Dei nos offerentes. Hoc enim signat universus ille tumultus figuralium hostiarum cum suis caedibus, sanguine, exustione, et similibus in lege Mosi praeceptis. Ignis ille consumtor ardor Spiritus sancti est, diffundens caritatem in cordibus nostris, quae devorat, quidquid est carnis et veteris nativitatis in nobis, id quod est holocaustum, id est, in totum igne consumtum offerri, ut nobis mortui Deo vivamus, et membra prius iniquitati servientia justitiae nunc serviant, et in his omnibus Deo confiteamur, laudemus et gratias agamus. Ligna, quibus ignis ille alitur, verba evangelii sunt. Cultri, quibus caeduntur animalia, verba legis sunt, occidentia veterem hominem et detracta pelle vetustatis super altare Christum imponentia. In fide enim Christi omnia fieri oportet.

Quid vero est, pingue fieri holocaustum? Sine dubio allegorice plenum, delicatum, placitum ac jucundum significat. Pinguedo enim mysterio abundantiae et jucunditatis servit, Gen. 49.: „Asser pinguis panis ejus, et praebebit delicias regibus." Sic Ps. 16. [17.] diximus adipem impiorum esse proceres eorum, divites, electos, et delicatos voluptarios. Sumitur scilicet allegoria ab usu hominum, qui pinguibus et bene pastis pecudibus seu electioribus delectantur. Sic et Ps. 62. [63.]: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea,

et labiis exsultationis laudabit os meum." Inde in scripturis passim pinguis ager, pinguis mons, quem latine laetum et jucundum dicimus. Hebraea autem dictio hoc loco ambigua est, ut possit etiam sic transferri: Et holocaustum tuum incineretur sela, quod ad holocaustum satis apte dicitur, potest autem utrumque simul accipi.

Sela, quod in fine hujus versus additur, quid sit, in superioribus diximus, indicium scilicet cujusdam insignis affectus occulti, per spiritum pro tempore excitatum super pinguedine et incineratione holocausti hujus, quem nemo novit nisi qui accipit.

Tribuat tibi secundum cor tuum et omne consilium tuum confirmet.

Certe summe cavendum, ne pro tyrannis, et qui nonnisi sua quaerunt, sic oremus, nisi in hoc cum illis sentiamus, quod nullus princeps non velit sua florere et in pace abundare, cum propter pacem et bella gerantur, et ita pro civili eorum bonitate precemur. Magis tamen pro bono principe intelligitur orare. Qui enim talis est, multis impetitur adversariis, praecipue ab illis ipsis malis tyrannis, indigetque divino auxilio, quo sua consilia et desideria contra illos impleantur. Non enim pro tyrannis, sed pro eo, quem tyranni premunt inique, orandum est. Neque filii Israel pro hostibus suis, sed pro David rege suo orabant, in debellandis adversariis laborante.

Ita et nos, illi turcivorae martes, qui contra Turcas insaniunt, orationibus magis niti deberent, quam viribus, quod cum non faciant, sintque ipsi pejores Turcae, populum Christi vastantes, nescio an fortius

contra eos, an contra Turcas orare debeamus. Certe ut hodie res habent, non modo pro imperatore, regibus et principibus orari oportet, ut eorum cor et consilium impleatur, sed ut cor eorum aperiatur et intelligant, qui sunt veri hostes ecclesiae, in quos consultare et cor commovere debeant. Donec enim caeci non vident, quam nos ipsi egeamus castigatione, quomodo consultare possunt? pro quo eorum consilio implendo orare debemus? Invenire tamen est aliquot inter eos, qui caeci non sunt, et rebus nostris consultum velint, pro iis dicamus, et ardenter dicamus: „Tribuat tibi dominus secundum cor tuum, et omne consilium tuum impleat sive, ut noster dicit, confirmet.“

Laetabimur in salutari tuo, et in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas.

„Impleat“ hic dicit, cum idem verbum superius „confirmet“ reddiderit varius interpres. Verbum hoc „laetabimur“ Ps. 5. diximus significare laetitiam vocalem seu jucunditatem verborum, qua solent homines gaudium suum jactare, sonatque hoc loco in exhortationem, tanquam ab iis dictum seu dicendum, qui proelium ineunt, et superba fiducia jactant auxilium domini super se in salutem, sicut illi Judicum 7. clamaverunt: „Gladius domini et Gedeonis,“ et quomodo Josnae 6.: „Clamaverunt filii Israel, et mox ceciderunt muri Hiericho.“ Et rex Abia 2. Paralip. 13. eodem exemplo cum suis vociferans quingenta milia occidit de filiis Israel. Sed et nunc etiam perseverat usus militum jactantium ducis sui nomen et gloriam ad ani-

mandos sese adversus hostes. Prorsus eum affectum et ritum, sed pium et religiosum hic versus docet.

Hunc sensum confirmat verbum sequens „magnificabimur", quod perperam a nostro redditum, a Hiero. vertitur: ducemus choros, nec hoc satis. Alii: insignes et nobiles erimus, dicunt. Volunt alii verbum castrense esse. (דֶּגֶל enim vexillum seu insigne exercitus significat.) Inde hoc verbum נִדְגֹּל significare id quod: Vexillum erigemus, seu si sic liceret dicere: Vexillabimur, wollen Panier aufwerfen, quod et ipsum est opus proelium ineuntium, ut non solum voce clament, sed et signa sua jactent, sicut viri Gedeonis non solum tubis sonabant et vociferabantur, sed et lagenas vice vexillorum complodebant et jactabant.

Igitur „in salutari tuo", id est, invocata salute tua per fidem, laetabimur et clamabimus laetantes, et „in nomine tuo", id est, invocato nomine tuo, eadem fide vexilla erigimus, hoc est, in virtute tua, non nostra, cum fiducia inibimus certamen cum omnibus hostibus nostris. Domini enim est salus et victoria. Idem autem est salus, quod salutare, licet interpretes libenter salutare soleant transferre. Quodsi in bello profano adeo necessarium est, in salute Dei vociferare et in nomine ejus vexilla sustollere, quanto magis hoc facto opus est nostris christianis ducibus, dum adversus spiritalia nequitiae in coelestibus, contra prudentiam carnis et haereses proeliamur, ne nostra insignia, nostros titulos nostrasque imagines, et in nomine ac salute nostra jactemus, id est, philosophiam, humanas traditiunculas, decreta, et alia portenta nostri nominis et virtutis proferamus, sicut modo faciunt pontifi-

tate Dei in nobis, garrientes temerarium esse assertu, nos diligere aut credere aut certos esse de opere Dei super nos, cum nihil sit abominantius ista incertitudinis opinione. Unde placet hebraeus idiotismus, quo hic verbum „cognovi" praeteritum (quo fides commendatur) cum verbo futuro „exaudiet" (quo opus creditum significatur) componitur, ut obstruatur os loquentium iniqua, et sciant opera Dei super nos futura per fidem esse credentibus debere ceu praesentia, imo praeterita. Hinc enim prophetiae frequentissime utuntur verbis praeteritis, praesertim in lingua hebraea, non tantum propter certitudinem (ut dicunt) prophetiae, sed magis propter ostendendam et docendam fidei naturam.

Et satis miror, cum fateantur in universum omnes articulos de secundo adventu Christi, de extremo judicio, de aeterna vita et inferni igne esse certissime futuros, et haereticos asserant, qui in his dubitent aut incerti sint, similiter, si quis de creatione, incarnatione et toto mysterio Christi praeterito dubitet aut incertus sit, haereticum statuant, cur audeant catholicum asserere, si quis dubitet se esse in gratia, se consequi misericordiam in sacramento, certissime et infallibiliter habere propitium Deum, cum hic articulus sit primus omnium, ubi dicitur: Credo in Deum, patrem omnipotentem. Caeci, caeci sunt, et duces caecorum. De praeteritis et futuris Deo credunt, de praesentibus non credunt. Nos autem cum propheta constanter et praesenter dicamus: „Nunc cognovi, quoniam salvum faciet dominus Christum suum." De verbis cognoscendi, sciendi, intelligendi aliquando latius dicemus, de coelo et sancto dictum est versu 2.

„In potentatibus salus dextrae ejus." Et hoc

verbum est animosae fidei euntis et exhortantis, de auxilio Dei futuro securae, ut si nostro more et sensu diceremus: Scio, quod exaudiet illum, et potenter salvabit eum. Est enim tropus hebraeus: „In potentatibus salus dextrae ejus," idemque sensus, qui Ps. 117. [118.]: „Dextera domini fecit virtutem," hoc est, quando dextera Dei salvat, non est ulla virtus adversaria, quae perdat, quia non solum potens est, seu in potentia salus, quam dextera ejus facit, sed etiam in potentatibus, id est, multis modis potens. Nomine enim isto plurali, licet barbare et absurde sonet latinis, exprimitur eximia illa fides, quae Deo tribuit tantam virtutem et sapientiam, ut non una, sed multis viis possit salvare, etiamsi iis, qui laborant, nulla appareat. Miramque emphasin et epitasim habet ea vox plena affectu superbissimo et de Dei virtute praesumentissimo. Ei lass ihn nur machen, er wird und kann wohl helfen.

Potest ex heb. etiam sic reddi: Nunc cognovi, quoniam salvans dominus Christum suum, exaudiet illum de coelo sancto suo, in potentatibus salutis dextrae suae, ut omnia pendeant a verbo „exaudiet," quod respondebit etiam Hebraeis sonat, ut sit sensus: Exaudiet illum potenter salvando sua solius dextera, non hominum virtute, et sic sonat in abnegationem auxilii humani, et emphasis est in voce „dextrae suae", qui sensus mihi valde placet, tamen non longe variat a priore.

„Christum suum" hic generaliter accipi oportet pro rege, quod reges olim ungebantur. Auget autem et hoc ipsum verbum orationis exaudiendae et salutis dandae fiduciam. Nosse enim se esse divinitus ad

aliquod opus vocatum, addit fortiter et inflat spiritum. Scit enim volente et mandante Deo se agere, quod agit. Tantum cavet, ne suis viribus superbis, Deo mandante contentus non etiam humiliter et in timore quaerat Deum adjutorem. Sic enim Psalmo 7. erigit se idem propheta dicens: „Exsurge domine Deus in praecepto, quod mandasti," quod hic brevi verbo dicit „Christum suum", id est, quem ipse unxit et regem constituit, et hoc quod agit agere voluit. Inde David scribitur proeliari bella domini, id est, voluntate Dei imposita et sibi demandata. Contra qui vocati non sunt, prorsus infeliciter omnia tentant, sicut filii Israel monstraverunt exemplo suo, Numeri 14. Ideo potius „Christum suum" quam regem nostrum voluit dicere, ut sese animarent Dei mandato, non suo commodo, ut nunc vulgus solet pugnatorum.

Utinam tales essent et nostri illi Turcarum voratores, qui populum Christi impiis suis indulgentiarum praestigiis illudentes impellere solent in perniciem rerum, corporum et animarum. Quam enim feliciter pugnaverimus hactenus, auctum hostium imperium cum summa nostra ignominia satis declarat. Praesumimus enim impii tam de viribus, quam de justitia, coram Deo et hominibus superbientes. Deinde prorsus non nisi gloriam mundi quaerimus, et iis omnibus portentis nomen sanctum Dei praeteximus, fictisque tum verbis tum factis omnia praesumimus, et tamen coronas martyrum secure pro his omnibus promittimus. O furor!

Certe David rex religiosissimus, licet potens esset viribus, tamen hunc Psalmum edidit, quo erudiret populum, qua fiducia quibusque viribus vellet de se praesumi, stultum vulgi plausum, qui regibus suis

hil non arrogat, coercens et ad divinam misericor-
am convertens. Ideo salus dextrae Dei in virtuti-
s cum eo fuit, nobiscum autem pernicies sinistrae
strae in infirmitatibus perseverat. Verum quid mi-
m, in hac re bellica nihil cum David nostris regibus
se commune, cum in fide Christi, sorte nostra pri-
, nihil nobis cum illo conveniat?

i in curribus et hi in equis, nos autem in nomine domini Dei nostri invocabimus.

Pulchra eclipsis, quae in germanica lingua apte dditur: Sie mit Rossen und Wagen, subintelligitur im verbum pugnant vel praesumunt. Contentio quo- e insignis est, fide pura et firma incedens: Illi in uis, nos in nomine domini, illi in virtute visibilium, s in nomine invisibilis, illi sensu, nos fide nitimur c. Quando autem interpres voluit reddere: Invoca- nus, rectius dixisset: Nomen domini invoca- mus, licet enim Hebraeus dicat: Invoco in nomine mini, et audio in voce domini, video in turba, latine men: Invoco nomen domini, et audio vocem domini, deo turbam, dicemus. Hoc loco autem pro invoca- mus Hebraeus dicit: Memores erimus, et Hiero.: No- inis domini Dei nostri recordabimur.

Mira vere exhortatio et congressio belli, ut ho- es equis et curribus, justi solius nominis Dei memo- a armati pugnent. Magna certe fides, quae tanta adet memoria nominis domini. Habet et ipsum quo- ue usus bellatorum usque hodie, ut congressuri in emoriam revocent vel fortia facta patrum, vel pri- res victorias, et alia, quibus corda sua exhortentur t concitent. Nostrorum autem principum est, nomi-

nis Dei meminisse, in quo universa salus et victoria consistit. Proverb. 18.: „Turris fortitudinis nomen domini, in ipso currit (sicut accinctus in bellum) justus et exaltabitur," id est, superabit et victor erit, „currit autem in ipso," id est, in memoria et fide ejus.

Emphasis autem insignis est in verbo: Memores erimus, nulli cognita nisi experto, sine dubio enim propheta hic experientiam suam signat. Quis enim putet quenquam sola memoria nominis domini victorem fieri, nisi expertus fuerit? Sed et quam arduum id ipsum sit, ut nominis domini non obliviscantur, quis credat? cum ibi urgeat mors, ignominia, conscientia et mille pericula, quibus ut multo violentioribus copiis intus oppugnatur cor, quam corpus foris, ut distractum in praesentia et circumstantia et irruentia amittat nomen domini. Neque satis est, semel ab initio cogitasse et invocasse, sed perseveranti atque constanti memoria meminisse oportet, usque in finem victoriosum adversus omnia terribilia et periculosa occurrentia. Sicut enim impossibile est, ut nomen domini succumbat, cum sit aeternum et omnipotens, ita impossibile, ut is cadat, qui in ipso haeserit et perseveraverit.

Verum impius, in cujus auribus nomen domini apparet vile, ut quod sit nonnisi flatus et literae transeuntes, haec tam grandia et insignia ejus magnalia non capit. Ideo relicto ipso ponit carnem brachium suum, confidit in homine, recedit cor ejus a domino, confugiens ad baculum arundineum Aegypti, sicut de Saule dicitur, quod mortuus sit in peccatis suis, quia in dominum Deum Israel non speraverit. Cetera mi-

rabilia nominis domini affectibus et experimentis relinquenda sunt, quando verbis et auribus ea nemo potest consequi.

Ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus.

Hoc non dicitur historice, vel non solum historice, sed magis prophetice, imo fideliter. Soli enim fidei de Deo praesumenti licet canere encomium ante victoriam, et rumorem ponere ante salutem, ut cui prorsus omnia licent, dum enim credit, jam habet, quod credit, quia fides non fallit, sicut credit, sic fiet ei. Sic Moses Exo. 14. trepidantem populum ab insequentibus Aegyptiis roborat certissima victoria, dicens: „Nolite timere, state et videte magnalia domini, quae facturus est hodie. Aegyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in aeternum. Dominus pro vobis pugnabit, et vos tacebitis." Et ita factum est, Pharaone in curribus et equis praesumente, per aquam consumto.

Pro „obligati sunt" melius Hiero. et Hebraeus: Incurvati sunt, seu incurvaverunt, absoluto verbo, ut sonet defectum praesumentis de se virtutis, quae subtracta manu Dei in se ipsa deficit et incurvatur, adversario etiam non incurvante. In quo et antithesis pulchrius apparet, incurvari enim et surgere opposita sunt, sicut et cadere et stare, quod „erecti sumus" hic dicitur. Porro per incurvari et cadere ita defectum, sicut per surgere et stare profectum significat. Incurvari enim est infirmari et cadere penitus vinci, surgere est praevalere, et stare est vincere. Quibus verbis rem velut ob oculos ponit, et velut

coram gestam describit ad provocandam fidem in Deum, sic enim res habet, ut primum incurventur, et tandem cadant, primum surgant, et tum subsistant.

Sed quid hoc? Qui fatetur adversarios curvari et cadere, certe simul fatetur eos prius surrexisse et stetisse. Numquid et pios, dum surrecturos et staturos facit, simul iadicat prius curvatos et lapsos? Absit, verba enim sunt fidei, de futuris tanquam praeteritis securissime praesumentis, et rem, ut geritur in oculis hominum, pronuntiantis, in congressu enim hostium, dum impii fidunt in curribus et equis, videtur certe surgere et stare, contra pii in nomine domini fidentes videntur velut longe impares curvari et cadere. At fides huic phantasmati sensuali reluctata sic jactat: Etiamsi illi surgant et stent in curribus et equis, nos vero curvemur et cadamus, sicut apparet, certi tamen sumus, mutata paulo post rerum facie, eos, qui surgunt et stant, curvandos et casuros, nos autem, qui videmur curvari et cadere, vere surrecturos et staturos, imo jam surreximus et erecti sumus. O pulcbrum fidei exemplum!

Domine salvum fac regem, et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

In nostra translatione hic versus potest velut epilogus vel confirmatio haberi, sed Hebraeus sic distinguit: Domine salva, rex exaudiat nos, die qua vocabimus. In quo nescio quid mysterii lateat, non enim „exaudi nos," sed: exaudiat nos, in tertia persona dicitur, sicut in principio Psalmi: „Exaudiat te," eadem persona eodemque verbo dixit. Rex etiam in nominativo ponitur, non in accusativo, pronomen „te"

in fine versus non habetur. Ego, si quid secreti habeat, spiritualibus relinquo, simplicissimo sensu contentus, quo Deum ipsum hic regem vocari arbitror in tertia persona, more hebraico, sicut et in principio Psalmi: „Exaudiat te dominus." Et Moses Numeri 14.: „Magnificetur fortitudo domini, sicut jurasti," pro: fortitudo tua. Et Ps. 3.: „Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua." Et Numeri 27.: Provideat dominus hominem, qui sit super hanc multitudinem," id est, provide tu domine. Et Gen. 30. Joseph ad Pharaonem: „Provideat rex virum sapientem."

Ita et hic: Exaudiat nos ille rex. Ponitur enim articulus notae insignis, hoc est, tu exaudi nos, qui vere es ille rex noster. Nam David, qui ministrat tibi, non est rex, nec suum regnum regnat, sed tuum, tuum enim sumus nos regnum, et tu rex noster es, quo affectu vehementer movet, hoc est, movere nos docet Deum, qui tunc movetur, quando nos movemur. Quomodo enim non exaudiat, quando regnum suum, res sua, gloria sua periclitatur? Hoc est, tunc nos ardentissime oramus, quando nos regnum et partem rerum Dei esse confidimus, tunc enim non nostra quaerimus, et certi sumus, non derelicturum eum rem, quae sua, et regnum, quod suum est, praesertim invocantibus nobis, de quo affectu Ps. 7. latius dictum est. Petit ergo hic versus generalem et perseverantem salutem a Deo hoc modo: Sicut jam salvasti et exaudisti nos, ita fac, ut semper et quacunque die invocaverimus, salves et exaudias. Sic enim, qui semel expertus est auxilium domini, optat illud perpetuum esse, metuens ne quando se deserat.

Exposuimus hunc Psalmum pro exemplo fidei, de rege quocunque, nec dum certum habeo, an legitimum sensum attigerim. Quamvis enim vexilla, equos et currus sonet, quae cogere videntur, ut ad externam pugnam trahas Psalmum, non tamen ausim negare de Christo intelligendum, et de vexillis in spiritu eum loqui. Movet me quam maxime cum multis aliis Ps. 109. [110.], in quo Christus rex sedere jubetur et in medio inimicorum dominari, et sceptrum ejus emitti ex Zion, item reges terrae conquassari, et reliqua, quae etsi carnaliter sonent, tamen penitus in spiritu dicuntur et intelliguntur. Similia Ps. 71. [72.] liceat adducere, et Ps. 2. virga ferrea in spiritu dicitur. Ita et hic vexilla facile fuerit in spiritu accipere, nihil enim obstat mihi, quominus de Christo exponam, nisi quod allegoriam vitare propositum est, quantum fieri potest, tum quod in novo testamento non allegatur hic Psalmus, quemadmodum ceteri. Rursus Psalmus sequens valde urget se de Christo intelligi, et verisimile est eum de eodem rege loqui, de quo hic loquitur, ut videbimus.

Tutius forte fuerit in judicium et arbitrium lectoris et alteram de Christo breviter afferre intelligentiam, qua in populi fidelis persona, qui carnalia bella nescit, propheta orat pro suo quoque rege, qui cum eodem populo ipse dux belli spiritualis pugnat adversus potestates et portas inferi. Incomparabiliter enim majoris momenti res est certamen verbi et fidei, quo colluctamur non contra carnem et sanguinem, sed contra spiritalia nequitiae in coelestibus, non pro vita aut rebus istis momentaneis, sed aeternis, hoc est, pro justitia contra peccata et errores.

Praeterea quis novit, an Ps. generali sententia utrisque aptetur? quemadmodum illud 4. Reg. [2. Sam.] 7.: „Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium," de Salomone simul et Christo intelligitur, et quaedam alia Matth. cap. 2., ut vox in Rama de filiis transmigrationis, et simul de parvulis ab Herode interfectis.

Ponamus ergo ob oculos Christum cum turba martyrum, pro veritate et regno Dei certantes et morientes, adversus violentiam tyrannorum, qui viribus et armis superiores fuerunt, et tamen victi sunt, et ex praedictis facilis erit sensus. Eadem enim est fides, sed diversa causa. Hic enim corporaliter succumbunt Christus et martyres, illic superant, utrobique eodem spiritu operante, qui pro Christo et sanctis interpellans gemitibus inenarrabilibus, simul adjuvans eorum infirmitatem, dicit:

„Exaudiat te dominus in die tribulationis." Cum enim nullus sit, qui consoletur, solusque patiaris in die ista passionis tuae, et tecum sancti tui, soletur te dominus et exaudiat, salvum facturus ab inimicis. Hoc enim affectu inenarrabili Christum et sanctos suos gemuisse per spiritum, non est dubium, quo et nos in morte et tribulationibus gemere oportebit.

„Protegat te nomen Dei Jacob." Nihil enim reliquum est nisi solum nomen Dei, cujus invocatione velut tenuissimo filo aegerrime pendere et servari putatur salus patientis, cum omnia alia non modo non servent, sed perdentibus cooperentur.

„Mittat tibi auxilium de sancto." At hoc ipsum mire discruciat, solo nomine Dei haerere, et auxilium exspectare nonnisi invisibile et ab invisibili Deo, qui

in sancto separatissimo habitat," et tamen spiritus hoc gemitu adjuvat patientes, ut se exspectare (etsi maximo cum labore) auxilium ineffabile et innominabile sentiant.

„Et de Zion tueatur te." Idem Zion, quod sanctum, ut diximus. Exspectat enim, et nihil aliud potest, quam quod sentit se exspectare robur de Zion, habitaculo abscondito Dei, quo non modo ferat, sed superet tandem tribulationem.

„Memor sit omnis sacrificii tui." Ejus scilicet, quo te ipsum offers Deo in mortem. Nam et hic, nisi gemebundus spiritus utcunque suggereret, nondum esse eos in oblivione Dei penitus, certe infirmitas ipsorum, hoc ipsum, quod patiuntur, et quo se offerunt *) reprobari et damnatum oblivioni tradi crederet. Sic enim caro murmuraret, d.: Frustra pateris, non erit aliquando Deus memor hujus sacrificii tui.

„Et holocaustum tuum pingue fiat." Id est, abundans, fructiferum et plenum fiat. Holocaustum autem hic sicut et sacrificium in spiritu accipi oportet, ut diximus. Sic enim Christus se totum in cruce obtulit absumendum igne caritatis. Potest hic pro „omnis sacrificii" dici: Totius sacrificii, sicut „holocaustum" totum igne combustum, quo gemitu spiritus eos erudit, ut orent et sperent nihil frustra sese passuros, sed omnia grata, memorata et plena fore, id quod tam tenui spe exspectant tribulati, maxime infirmi, ut magis optare quam sperare videantur sibi ipsis.

„Tribuat tibi secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet, seu impleat." Et hoc exspec-

*) In edit. princip. leg.: offeruntur.

e eos facit spiritus, licet infirmitas eis dictet tam ideria irrita, quam consilia vana fore. Puto his quar versibus vim et naturam gemitus illius inenarrabipulchre tradi, velut praxi et exemplo quodam. Sentur nunc laetiora, vergente tribulatione in victoriam.

„Laetabimur in salutari tuo, et in nomine Dei tri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiotuas.“ De ista jactantia et vexillorum erectione superius diximus. Sic enim Christus et martyres etiamsi moriantur, confidunt sese in salute Dei re, jactare, et vexillum sustollere, eo majore fidupraedicare et confiteri Christum, quo magis prentur, atque etiamsi ipsi occidantur, alios vice eo- idem facturos confidunt, cum quibus ut unum pus, ita eandem hanc vocem communem habent, dubitant impleri etiam invitis tyrannis, quae polavit Christus. Quae postulat autem? Ps. 2.: „Pola a me, et dabo tibi gentes in hereditatem, et sessionem tuam terminos terrae.“ Hanc enim polationem obtinuit ovantibus et vexillificantibus (ut dixerim) martyribus, id est, cum fiducia confitens, praedicantibus, morientibus.

„Nunc cognovi, quoniam salvum fecit dominus ristum suum, exaudiet illum de coelo sancto suo. potentatibus salus dextrae ejus.“ Exponatur, ut ra. Salvum enim fecit Christum et exaudivit, dum tiplicata ecclesia implevit postulationes ejus. Exauit autem „in fortitudine salutis dextrae suae,“ id quomodo solet dextera ejus salvare, quae non vat nisi impotentes. Potens enim est Deus in inis, bonus in malis, blandus in adversis. Sic praei de Deo docet spiritus, adjutor infirmorum.

„Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri memores erimus." Satis ex praedictis patet sensus. Tyranni enim viribus, martyres sola nominis Dei memoria et assidua invocatione vincunt.

„Ipsi curvati sunt et ceciderunt, nos autem surreximus et stamus." Sic enim ecclesia crevit et firmata est eo ipso, quo oppressa est, et impii tyranni vastati, dum potentissimi erant, ut omnia haec experientia videmus impleta. Quanquam alii sint, qui cadunt martyres, et alii, qui surgunt fideles, tamen quia unus populus est, per synecdochen, usitatissimam figuram in sacris literis, id quod partis est, totum sibi vendicat, quanquam revera et martyres in spiritu surgunt, dum multi in eorum fidem succedunt.

„Domine salvum fac regem, rex exaudiat in die, qua vocaverimus." Sensus idem, qui superius datus est.

PSALMUS VICESIMUS,

heb. XXI.

Ad victoriam Psalmus David.

Domine in virtute tua laetabitur rex, et super salutare tuum exsultabit vehementer.

Similis fere per omnia Psalmus est praecedenti, ut et hic non satis certus sim, de solo ne Christo, an quovis rege intelligi debeat, mirumque tam apertis infiguratisque verbis tam obscuram inesse intelligentiam. Omnino tamen videtur esse gratiarum actio quaedam super acceptis iis, quae praecedente postulata sunt, ut sit epinicion quoddam Christi a mortuis

surgentis. Atque ut Psalmum praecedentem inter-
etati sumus primum de rege figurali, ita hunc
ontra, primum de rege figurato Christo interprete-
ur, cum revera David et quivis rex belliis et victo-
is suis Christi passionem et resurrectionem figurave-
nt, et facile sit figuram et rem figuratam ex se in-
cem intelligere. Forte et hic Psalmus generali sen-
ntia de utroque rege simul loquitur, sicut in praece-
ente visum est.

Rex Christus victa morte laetabitur in virtute
ua, qua eum resuscitasti et victorem fecisti, qui in
firmitate carnis mortuus omnibus subjectus fuit, seu
t apostolus ait 2. Cor. ult.: „Nam etsi crucifixus
st ex infirmitate, sed vivit in virtute Dei."

Idem est, quod altera pars dicit: „Et in salu-
ari tuo exsultabit vehementer," id est, ubi a morte
alvus factus fuerit. Interpres noster libenter vertit
salutare" pro salute, nescio quare. Virtus autem et
alus Dei sicut ubique fere pro ea re accipitur, qua
os Deus salvos et validos facit, ut sint donorum
ei vocabula magis quam auctoris, sicut saepius dixi
e sapientia Dei, de justitia Dei, et similibus.

Multa autem sunt nomina non solum in hebraea
ngua, sed et graeca et latina et teutonica, forte et
omnibus aliis, quibus vires seu fortitudo significan-
ur, quorum differentiam alio forte loco inquiremus,
t verba laetitiae et exsultationis Ps. 5. et 9. tractavimus.

**esiderium cordis ejus tribuisti ei, et vo-
luntate labiorum ejus non fraudasti
eum. Sela.**

Periphrasis gemina orationis, prior cordis, altera

oris. Rhetoricatur enim propheta. Quid est oratio mentis, nisi desiderium cordis? Quid oratio oris, nisi voluntas labiorum? Alii tamen pro voluntate labiorum eloquium seu prolationem labiorum, sed segnius orationis vim significant, hoc enim labiorum eloquium oratio dicetur, quo aliquid peti significatur. Aptius ergo noster voluntatem seu desiderium labiorum dixit, ut responderent labia cordi et eorum voluntas illius desiderio, ut exprimat orationem vocalem ne orationem quidem dici, nisi et ipsa desideret, e cordis desiderio et affectu prolata. Voluntas enim labiorum viva et fervens est oratio, quid enim vivacius voluntate seu desiderio? Nescio, si hunc tropum Davidici eloquii usquam in scripturis invenire liceat.

Ordo sane pulcher est, quod oratio cordis primo loco habenda sit, sine qua labiorum oratio inutile murmur est, et ut vocalis oratio negligenda non est, ita curandum, ut ab oratione cordis proficiscatur. „Psallam spiritu, psallam et mente," ait apostolus.

„Non fraudasti," intelligitur non privasti, non removisti, hoc est, curasti, ut non frustra oraret, nec orationem ejus avertisti, ut non exaudires, per negativam maxime affirmativam orationem faciens. Quid autem desideravit cor? quid voluerunt labia? Sequitur.

Quoniam tu praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Interpres noster perpetuo lapidem pretiosum reddit pro פָּז, id est, auro ophirizo et optimo, ut Ps. 18. [19.] quoque vidimus. Denique Ps. 118. [119.] *super* aurum et topasion dicit, ubi eadem dictio פָּז

allusione sui fecit eum topasion cogitare, cum dicendum fuerit: Super aurum et ophirizum, sunt enim prorsus eadem ibidem vocabula, quibus Ps. 18. dicitur: „Super aurum et lapidem pretiosum." Et hoc loco coronam de obrizo Hiero. transfert, id quod cogit communis omnium sensus et usus. Neque enim coronae regum gemmae, sed aurum sunt. Manifestum autem est, quod de regia corona loquatur, reddimus itaque ad verbum sic: Quoniam praevenies eum in benedictionibus bonitatis, pones in caput ejus coronam ophirizi, id est, auri pretiosissimi.

Verbum „praevenisti" quid velit, non satis intelligo. Quantum ex hebraeo augurari licet, comparative dicitur, hoc est, Christum sic esse benedictum, ut princeps esset omnium, qui benedicuntur, ejusque benedictiones tales, quales nullorum aliorum; juxta illud Ps. 44. [45.]: „Unxit te Deus, Deus tuus, prae consortibus tuis." Et Paulus Ro. 8.: „Ut esset primogenitus in multis fratribus." Et iterum, 1. Cor. 15.: „Christus resurrexit primitiae dormientium." Et Ps. 88. [89.]: „Quis similis erit Deo in filiis Dei?" Omnino ad personam ista praeventio refertur, quanquam et hoc pulcherrimo et verissimo sensu dicatur, quod Christus primus omnium resurrexerit, ut et hic locus sit unus eorum, qui de resurrectione Christi praedictus sit, ut non solum ad dignitatem personae, sed simul ad praeventionem temporis pertineat. Neque enim Paulus eum primitias dormientium et primogenitum vocat dignitatis tantum personalis respectu, sed et temporis.

Sit ergo sensus: Praevenisti eum, id est, primum fecisti in benedictionibus illis optimis, quod con-

firmat pars sequens, quae eum regem coronatum eloquitur, velut explicans istam praeventionem.

Diximus enim hoc versu incipere prophetam, ut recitet, quae sunt illa, quae cor regis hujus desiderasset, et voluntas labiorum ejus postulasset, nempe salutem ex morte, et virtutem ex infirmitate, hoc est, optimas benedictiones. Oportet enim hebraismo isti assuescere, quo benedictiones bonitatis dicuntur, quae latine dicerentur benedictiones bonae vel potius optimae. Nam interpres noster non raro טוב hebraicum vertit dulce, quod proprie bonum significat, et hoc versu dulcedinem vertit, quod latinus, quid sit, vix intelliget, cum latine benedictionem dulcedinis dicamus eam, quam dulcedo conferat vel habeat, sicut justitiam Dei vocamus, quam Deus largitur.

Benedictiones vero item hebraico idiotismo dicuntur, quae nos beneficia vocamus, sicut Jacob 49. Gen. dicit de benedictionibus uberum et vulvae etc. 1. Reg. 15. [1. Sam. 25.]: „Suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua," quod omnia benedicente Deo proveniant, ut Gen. 1. scribitur. Discernit itaque propheta benedictiones has Christi ab omnibus aliis, dum eas appellat טוב, id est, bonas et suaves, cum nusquam hoc epitheto benedictiones commendentur, in quo absque dubio de bonis futuris se loqui ostendit, in quibus nulla tristitia, nulla amaritudo sit. Nam quae hoc vitae tempore possidemus quantumlibet optima, non sine malitia possidemus, dies enim mali sunt, et „sufficit diei malitia sua," ait Christus, quando et electis suis praedixit, quod in mundo pressuram essent habituri, nec ipsam gratiam Dei sua-

vissimam sine labore possessuri. Quo verbo praeoccupat, ne quis coronam auream Christi intelligere praesumat temporalem, ceteris similem faciens eum regem verbis allegoricis, sed nonnisi in rebus bonis, hoc est, futuris et spiritualibus.

Allegoriam ergo nobis extorquet ipsa circumstantiae, consequentiae et sententiae vis, ut per impositionem aureae coronae aliud nihil περιφραστικῶς intelligamus, quam eum regem esse constitutum in rebus sacris, spiritualibus et optimis, quae periphrasis non rara est in sacris literis, Judic. 5.: „Qui adscenditis super nitentes asinas," id est, patricii et optimates. Item: „Qui sedetis supra in judicio," id est, vos judices, et „qui ambulatis in via," id est, proletarii, vulgus et plebei, Gen. 49.: „Inviderunt ei habentes jacula," id est, balistarii. Ita hic: Pones in caput ejus coronam obrizi, id est, constitues eum regem regum et dominum dominantium.

Quae enim esset ista magnificentia Dei? quae tam grandiloquo sermone coepit describi, ut regem hunc non in hominum, sed Dei virtute et salute vehementer laetantem, deinde praeventum in optimis beneficiis ac donatum longitudine vitae, positumque in benedictionem perpetuam fecerit, et inter medias has divinas pompas caderet in eas sordes, ut et auri istius corruptibilis jactaret gloriam, cum tales coronas passim possideant propria virtute et arrogantia, ut quique sunt impiissimi et sceleratissimi, digni non quos in sua virtute et salute Deus laetificet cum vultu suo, sed in ira sua conturbet et devorandos igni tradat, ut prosequetur Psalmus. Quare majestas tum coronantis tum coronati aliaeque circumstantiae monere debent,

coronam hanc auri esse etiam majestatis insolitae et nulli regum aliorum attributae.

Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum et saeculum saeculi.

Arbitror hic partiri prophetam, ut praedictas benedictiones dulcedinis ordine percenseat, et quid per auream coronam voluerit, exponat. Enumerat enim vitam, gloriam, regnum, sacerdotium, beatitudinem, et haec omnia aeterna, deinde victoriam et vindictam sempiternam in hostes ejus, his enim expeditis clarum erit, quid desiderarit cor regis, et quid voluerit voluntas labiorum ejus, nempe has optimas benedictiones. Prima ergo benedictio est, quam petiit, ut a morte eum salvum faceret. Et fecit sic. Non solum enim suscitavit eum, sed et longitudinem dierum dedit ei, in saeculum et ultra, id est, vitam aeternam. Et hinc intelligimus de Christo Psalmum loqui, quod vitam petiisse scribitur et datam ei aeternam. Morituri enim est iste affectus, qui vitam petit, quod Christum fecisse scribit apostolus ad Hebrae., et exauditum prò reverentia, habenti enim vitam non datur, sicut nec petitur.

Explicat autem se ipsum propheta, dum vitam petitam et datam esse longitudinem, dierum non aliquo fine terminandam, sed in saeculum et in saeculum saeculi dicit.

Duas istas dictiones, עוֹלָם et עַד, varie transferunt, quae mihi tropo Hebraeis proprio aeternitatem videntur significare, sicut nos alemannice dicimus:

immer und ewiglich. De עוֹלָם quidem superius diximus, quod incertum tempus significat, qua tamen ipsa significatione aeternitatem intelligimus, sicut in Melchisedech nullam originem nullumque finem habente aeternus sacerdos Christus Paulo intelligitur. Posset, qui vellet, alteram dictionem עוֹלָם referre ad regnum Christi in ecclesia militante, alteram עַד ad ecclesiam triumphantem. Hoc autem observa, quod majora reddi, quam petamus a Deo, prophetam voluisse ostentare, dum simplicibus verbis vitam petitam, et mox augustioribus longitudinem dierum in saeculum et in aeternum tributam dicit. Ita semper petitio nostra minor est, quam dona*) accipienda, ut apostolus Ephe. 3. docet.

Magna est gloria in salutari tuo, gloriam et magnum decorem impones super eum.

Mira varietas et inconstantia interpretationis. Has hebraeas dictiones, הוֹד וְהָדָר, Ps. 8. reddidit: Gloria et honore, hoc loco: Gloriam et magnum decorem, Ps. 44. [45.]: „Specie tua et pulchritudine tua,“ et 96. [97.]: „Confessio et pulchritudo,“ et 103. [104.]: „Confessionem et decorem induisti,“ Ps. 109. [110.]: „In splendoribus sanctorum.“ Interim nos dicimus: Laudem et splendorem. Splendorem enim dicimus regium illum apparatum et abundantiam rerum, sicut in evangelio Lucae dives ille quotidie epulabatur splendide, et poeta: Et domus interior regali splendida luxu, quem et megaloprepiam,

---

*) In edit. princip. leg.: est repetita et.

magnidecentiam dicere possumus, quod noster interpres voluit, cum magnum decorem, duabus dictionibus unam hebraeam הָדָר imitatus est. Est autem splendor et magnidecentia Christi, quod in regno suo magnos, multos nobilissimosque principes et populos, omni sapientia, veritate aliisque spiritualibus dotibus ornatissimos habet, ipse omnium splendidissimus et ornatissimus, quibus omnes pretiosissimae res abundant largissime, tamen cum decore et reverentia, quales apostolus Corinthios laudat, dum dicit eos divites factos in omnibus. Laus autem ejus est, quod ab iis omnibus honoratur, omnes ei confitentur et gratias agunt, quod illius dono haec omnia habeant.

Est ergo sensus: Christus rex, qui in morte sua fuit omnium despectissimus, novissimus virorum, ab omnibus derelictus, in salute tua, seu dum tu eum a morte salvum facis, recipit pro hac ignominia, solitudine, despectu summam gloriam, quia ponis in eum laudem et splendorem. Isa. 53.: „Propterea dispartiam ei plurimos, et fortium spolia dividet.“ Proverb. 14.: „In multitudine populi dignitas regis,“ ubi eadem dictio, הָדָר, dignitas transfertur, sicut ejusdem 20.: „Exsultatio juvenum, fortitudo eorum, et dignitas senum canicies.“ Ego germanice הָדָר dicerem Pracht und Herrlichkeit, magnidecentiam, venerabilem pompam, splendorem. Nam כָּבוֹד proprie δόξαν et gloriam, פְּאֵר autem καύχημα, jactantiam, gloriationem activam significat, ut supra exsultatio juvenum pro gloriatio juvenum, fortitudo eorum. Et Ps. 88. [89]: „Quoniam gloria virtutis eorum tu es,“ id est, in te et tua virtute gloriantur. Summa,

laudem et decorem super eum posuit, id est, inclytum et principem et regem gloriae fecit, quod de David non facile intelligas, tot malis assidue vexato, quare de Christo glorificato et praedicato et credito et adorato intelligemus.

Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi, laetificabis eum gaudio cum vultu tuo.

Regem gloriosum audivimus, nunc sacerdotem salutarem et aeternum audimus. Aliqui putant Christum datum in benedictionem, quod ab omnibus in aeternum benedicitur, quo tropo saepius in prophetis de populo Israel dicitur, quod in fabulam, in proverbium, in sibilum, in similitudinem tradatur, et Gen. 12. ad Abraham: „Erisque benedictio,“ (sic enim Hebraeus habet) quod noster dicit: Erisque benedictus. Isa. 19.: „Erit Israel in medio terrae benedictio, cui benedixit dominus.“ 65.: „Quomodo si inveniatur granum in botro, et dicetur: Ne dissipes illud, quia benedictio est, sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum.“ In quibus locis et aliis multis benedictio passive accipitur.

Hebraeus autem hic dicit: Quoniam dabis eum benedictiones in aeternum, numero plurali, quod etsi passive accipi possit, quod hic rex a plurimis benedicatur, et a Deo multis benedictionibus repleatur, tamen puto active accipiendum, juxta illud Gen. 22.: „Et in semine tuo benedicentur omnes gentes.“ Nam benedictiones, quibus in persona sua a Deo benedictus est, superiori versu abunde cecinit, ubi ait: „Quoniam praevenisti eum in benedictionibus optimis.“

Quare benedictiones aeternales et coelestes hic intelligo, quibus Christus ut sacerdos aeternus accepto spiritu benedicit suos, sicut 2. Cor. 1. apostolus dicit: „Benedictus Deus et pater domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo.“ Idem enim arbitror, in Christo nos benedici spirituali benedictione coelestium rerum, et Christum dari benedictiones in aeternum. Sacerdotis autem est benedicere hoc genere benedictionis, quo bona conferuntur. Ceterum vulgare illud benedicere, quo laudamus bona habentes, et felicitatem imprecamur, omnium est, etiam inferiorum, et omnino illa majorum, ista minorum est.

Atque haec nostra est gloria et jactantia, quod episcopum habemus, per quem maledicta, quibus in Adam sumus mulctati, mutantur et absorbentur, adeo, ut nulla nobis maledictio temporalis, sive sit illa peccati, sive hominum maledicentium, nocere possit, quin potius prodesse per abundantem et aeternam illam in Christo benedictionem cogatur. Certe dulcissimum verbum omnibus, qui in Christum credunt, habere proprium pontificem et omnia nobis benedicentem.

Laetificabis eum in gaudio vultus tui. Hoc non potest intelligi nisi de beatitudine, quam revelata gloria majestatis habet. Gaudium enim vultus Dei gaudium est de revelata facie Dei. Noster autem interpres praepositionem „cum“ recte omisisset.

Quoniam rex sperat in domino, et in misericordia altissimi non commovebitur.

Haec omnia dicta venient ei, quia speravit et non est motus. Atque hic pulchra et propria spei

riphrasis seu potius diffinitio ponitur, sola omnes
pias opiniones de spe traditas confutare potens.
perare enim in domino, idem est, quod non moveri
misericordia altissimi, sed stare et exspectare.
ane gaudere et delectari in misericordia praesente
cillimum est, sed absente et malis undique praesentibus, quae tribulant, impellunt, commovent, ad desperationem non moveri, non cedere, sed contraria exspectare, hoc demum est vere sperare, sed ardua res
ta, de qua Ps. 5. plura.

Quocirca caveant, qui spem ex meritis provenientem docent. Spes certe, ut hic docemur, misericordiam Dei spectat, sicut timor iram et judicium. Sperans enim in misericordia Dei non commovetur, timens item ab ira Dei non quiescit. Si ergo Christus innocentissimus in domino sperare, et in misericordia Dei non motus scribitur, qui sumus nos, qui judicium Dei nostris viribus et studiis, ac non potius sola misericordia Dei superare conamur? Scripta sunt haec ad doctrinam nostram. Avertendus ergo timentibus nimium a judicio et ira Dei oculus mentis, et ad misericordiam vertendus, rursus inphrynitis et duris frontibus a misericordia ad judicium vertendus, ut humilientur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Prosequitur regis hujus victoriam in hostibus subjectis. Noster interpres varietate solita idem verbum activum utrobique „inveniat“ passivum fecit „inveniatur,“ est enim tautologia, sicut Ps. 2.: „Qui habitat

in coelis, irridebit eos, et dominus subsannabit eos." Potius autem inimicos et osores Dei, quam Christi eos appellat, ea causa, qua saepius dixi, ut sciremus Deum pro nobis vindicare et pugnare, sicut dicit: „Mihi vindicta, et ego retribuam." Et Ps. 109. [110.]: Donec ego ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum." De manu Dei Ps. 16. [17.] abunde diximus in versu: „A viris manus tuae," potestiam enim et opus vindictae significat. Igitur de Judaeis Christum occidentibus loquitur, qui adversus dominum et adversus Christum ejus convenerunt, et adhuc in eadem impietate perseverant.

Sed quid hoc? Amisitne eos manus Dei, ut necesse sit eos inveniri a manu Dei? Verum hoc tropo apte ostenditur praesumtio et securitas inimicorum Dei, qui ita secure et confidenter agunt, ac si non essent in potestate Dei, quin zelo stultitiae suae promittunt sibi non tantum impunitatem, sed et praemium, arbitrati se obsequium praestare Deo, ut jam nihil minus quam manum Dei suspicentur, sed in sinu Dei sibi nidum collocasse videantur. His ergo continget sicut impiis, qui subito, dum non sperant, inveniuntur. Sic 2. Cor. 2. [13.]: „Timeo, ne, cum venero, non quales volo, tales inveniam, et ego inveniar a vobis, qualem non vultis."

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Ponit rem pulchre ob oculos propheta. Sic enim agitur, quando impii subito inveniuntur, visitantur et comprehenduntur inter angustias, ut fugere conspectum

illum irae, seu revelationem judicii justi Dei velint, et effugere non possint, dicantque illud Oseae 10.: „Montes cadite super nos et colles operite nos." Sed frustra, coguntur enim diem illam et revelationem aeternam sustinere, ibi tum incipit pavor, fuga et horror intolerabilis, qui facit eos aestuare igne illo interno inaestimabili. Nihil est externus ignis ad hunc ignem internum comparatus, ita ut propriissime eos figuret per clibanum ignis, seu, ut latine dicimus, clibanum ardentem, qui non igne circumposito, sed intus aestuante et ardente saevit. Sic et Abraham Gen. 19. videbat Zodoma et Gomorra sicut fumum fornacis.

Hanc principem et intolerabilem poenam solo vultu suo inferet Deus, id est, revelatione irae suae, sicut hic dicit: „In tempore vultus tui pones eos clibanum ignis" et 2. Thess. 1.: „Qui poenas dabunt in interitu sempiternas a facie domini, et a gloria virtutis ejus." Et Ps. 33. [34.]: „Vultus autem domini super facientes mala." Denique haec est poena illa, quam nisi damnati, qui sentiunt, nemo comprehendit, ita ut sit horrendum etiam cogitare verba hujus versus, adeo proprie eam depingunt, nec memini alium locum veteris scripturae tam clare damnationis malum referentem. Clibanus est a solo conspectu Dei intolerabili succensus, in aeternum perseverans. Neque enim dies judicii ad momentum durabit, sed in aeternum stabit, nunquam deinceps in occasum itura, perpetuo judicabuntur, et perpetuo cruciabuntur, et perpetuo clibanus ignis erunt, hoc est, summa angustia et tribulatione torquebuntur intus. Non quod impii Deum videant aut vultum ejus, quomodo pii videbunt, sed praesentiam virtutis suae sentient, quam ferre nequibunt, et ferre cogentur,

sicut et nunc est videre in judiciis temporis hujus. Justus ut leo confidit, veritatem etiam cum gaudio exspectans revelari, quam tamen injustus summopere exhorret. Ita dulcis erit illa dies sanctis, horribilis autem impiis.

„Dominus in ira sua turbabit eos.“ Eadem sententia cum praedicta, ac velut expositio clibani, quia revelabitur ira ejus, quo vultu (ut dixi) succendit eos igne illo clibani. Hebraeus diceret: Dominus in ira sua absorbebit eos, quia comprehendit eos, ut effugere nullo modo possint. Non enim mordebit tantum, sed totum, quod sunt, devorabit, ut nulla sui parte effugere queant. Magnae certe et hoc ipsum verbum epitasis et emphasis est, devorari ab ira Dei, et haec omnia ad internam poenam pertinent. Sequitur altera pars versus:

„Et devorabit eos ignis.“ Heb.: Et comedet eos ignis. Hoc jam de externo igne intelligitur, in quem mittentur cum diabolo et angelis ejus, Matth. 25.: „Ite maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis ejus,“ sic cum corpore et anima intus et foris arsuri. Quis huic prophetae tam clare omnia dixit? neque enim ullus alius infernum tam clare descripsit. Sed priorem partem experientia cognovit, posteriorem revelatione. Qui enim in hac vita posuerunt sese ut hortum refrigerii et quietis, illic clibanus ardens erunt et cibus ignis.

Fructum eorum de terra perdes, et semen eorum a filiis hominum.

Et hic versus cogit hunc Psalmum de Christo et suis hostibus intelligi, quem ad sensum videmus ubique

impleri. „Fructum eorum" sive prolem sive quidquid in hac vita possederunt, (quae fructus manuum dicuntur) imo et bona, si qua faciunt in lege domini laborantes, licet intelligere. Omnia enim per Romanos vastata sunt, et de terra patria dispersa in omnem terram. Nec hoc satis, etiam semen et posteritas eorum non tantum de terra illa perditur, sed ubique ab hominibus propellitur, ut impleatur illud Oseae 9.: „Abjiciet eos dominus Deus meus, quia non audierunt eum, et erunt vagi in nationibus." Et Mich. 7.: „Lingent pulverem sicut serpentes, et velut reptilia terrae turbabuntur de aedibus suis." Ubicunque enim homines sunt, si Judaei ibi sunt, incertam sedem habent, atque si etiam non assidue corpore vagentur, assiduo tamen timore vagandi et migrandi carere non possunt.

Quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilia, quae non potuerunt stabilire.

Heb. sic: Quoniam declinaverunt super te malum, cogitaverunt cogitationem, non potuerunt. Ubi pronomen quam pro idiotismo vitando adjectum, et infinitivus „stabilire" appositus est pro clariore sensu. Significantius tamen verbum absolute ponitur in hebraeo, non potuerunt, id est, nihil potuerunt efficere, seu impotentes facti sunt, quomodo et Ps. 140.: „Audient verba mea, quoniam potuerunt," id est, quia valida et potentia facta sunt. Mala autem et cogitationes illa sunt, quae pontifices ad Christum abolendum cogitaverunt, meditantes inania, ut Ps. 2. est dictum, dicentes „Venite, occidamus eum, et nostra erit hereditas." Sic et

Hieremias 11.: „Cogitaverunt super me consilia, dicentes: Venite et mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra.“

Commode autem dicit „declinaverunt“, ut significet magis conatum quam effectum impiorum, id quod altero verbo exponit „non potuerunt“. „Sic enim posuit mari terminum suum, ut in littore confringerentur tumentes fluctus ejus,“ ut in Job. dicit. Ita impiis, ut velint et tamen non possint mala facere, sicut in Isaia dicit, 41.: „Bene quoque aut male, si potestis, facite, et loquamur, et videamus simul.“

Quoniam pones eos dorsum, in reliquiis tuis praeparabis vultum eorum.

Hierony.: Quoniam pones eos humerum, funes tuos firmabis contra facies eorum. Mira significatio et proprietas. Si quaeras: Quid ergo agetur deinceps cum Judaeis incredulis? respondet: Tantum ad onera vivent, ut sese multis, vanis gravibusque operibus legis fatigent frustra sectando justitiam et ad justitiam non perveniendo, uno verbo brevissime laboriosum et inutile studium eorum in lege et operibus ejus edisserens. Potest Hebraicus dupliciter reddi: Quoniam pones eos humerum in reliquiis tuis, diriges contra faciem eorum, vel sic: Quoniam pones eos humerum, in nervis tuis diriges contra faciem eorum. Nam quod noster dicit: „Praeparabis vultum eorum,“ non placet, cum praepositionem ad omiserit, et verbum hoc positum loco frequentius dirigere aut firmare significet. Unde Hiero. sic reddidit: Quoniam pones eos humerum, et funes tuos firmabis contra facies eorum. Funes autem appellat nervos tensos in arcu

ad sagittandum, ut Ps. 10. [11.]: „intenderunt arcum, direxerunt sagittas suas super nervum.“ Jam quis erit sensus? Quancunque translationem sequaris, difficultatem invenies.

Ego cum Hierony. pro „reliquiis“ nervos hic accipio, ad quod me movet verbum diriges seu firmabis contra facies eorum. Videturque mihi duplicem poenam impiorum Judaeorum signare, quarum prior est, quod ponuntur in dorsum, hoc est, in fugam, Gen. 49.: „Manus tuae in cervicibus inimicorum tuorum.“ Altera est incursus majoris mali, quod fugientibus et faciem ponentibus, ut effugiant, occurrat et intentet nervos suos dominus, sic ut ante et retro puniantur. Onera cogunt eos fugere et arcus occurrens cogit eos retrocedere, ita comprehenduntur inter angustias, et sic positi sunt, ut assidue, dum fugiunt Scyllam, cadant in Charybdim.

Nihil aliud ergo hac humeri et vultus antithesi mihi velle videtur, quam eos, quoquo sese vertunt, ut effugiant, magis involvi malis, dorsum sit eorum fuga, facies nervis directis objecta sit incursus. Exempla sint Aegyptii in mari rubro submersi, quos posuit dorsum, dum respexit super eos et subvertit eos. Deinde fugientibus ac dorsum dantibus occurrerunt aquae, et sic involuti sunt in mediis fluctibus. Item aliud Josuae 8. de viris Hai, quibus ad urbem fugientibus occurrerunt ex insidiis armati filii Israel in faciem, et medios ad internicionem deleverunt. Sic et Judic. 20. filiis Benjamin contigit. Et quis novit, an propheta ad haec exempla respexerit, dum hunc versum ederet?

Videmus enim ita Judaeis contingere, quod nunquam infelicius ruunt, quam dum aliquid pro se contra

nos moliuntur, sicut eis praedixit et Moses, d.: „Et nihil habebis prosperum," quo significat eos multa conari pro sua salute, et tamen magis inde perire. Ita nihil usque in hodiernum diem omittunt pro sua liberatione, et tamen semper magis incurrunt, et implent illud capitulum Levi. 26. [16.] per totum, ubi pertinacia illa incurrendi late describitur.

Verum dum haec in re spirituali fiunt, atrociora sunt, videlicet, ubi per justitias operum et sapientiam suam conscientias suas coram Deo a peccatis, morte et inferno liberare et satisfacere anhelant. Hic vere in dorsum ponuntur miserrime, multis studiis אָוֶן et עָמָל sese fatigantes, quibus salvi fiant, cum hinc nihil nisi martyres diaboli fiant et duplici contritione conterantur. Occurret enim eis nervus et arcus divini judicii, et repellet eos in aeternum, dicens: „Discedite a me omnes operarii iniquitatis." Hanc duplicem contritionem superius Ps. 13. [14.] sic posuit: „Contritio et infelicitas in viis eorum etc." Sic urgentur multis malis, positi in dorsum, et tamen bonis suis infelices incurrunt in nervos, qui firmantur et diriguntur contra faciem eorum, quocunque sese vertunt.

Haec meae temeritatis sit sententia in hoc versu, quae ad consequentiam satis mihi facere videtur. Cum enim dixisset perdendos eos a filiis hominum et omnibus malis onerandos urgendosque eo merito, quod mala in Christum cogitarint, quae tamen efficere non potuerunt, recte sequitur eos poni in dorsum, et nervos in faciem eorum firmari, quia non cessant mala in eum cogitare, sicut semel coeperunt, et eo magis cogitant, quo magis premuntur, aliud non quaerentes, quam ut Christus aboleatur, et ipsi serventur. Ita

n cessat illis occurrere judicium Dei, et nervos os in hanc faciem et hoc studium eorum dirigere, ut mper multa conentur, et frustra, imo in majus malum um laborent.

De quo Oseas 5.: „Et ego quasi tinea Ephraim quasi putredo domui Juda, et vidit Ephraim languom suum, et Judas vinculum suum, et abiit Ephraim Assur, et misit ad regem ultorem, et ipse non terit sanare vos, nec solvere poterit a vobis vincun vestrum, quoniam ego quasi leaena Ephraim et asi catulus leonis domui Juda, et capiam et vadam tollam, et non est, qui eruat. Vadens ad locum um revertar, donec deficiatis et quaeratis faciem am." Sic Ps. 8. destruendum inimicum et ultorem aedixit. Quid enim aliud quam ultionem in Christum que hodie quaerit populus iste induratus? et tamen il habet prosperum. Sentit dorsi onus, sentit retentiam faciei suae, nec sic tamen sapere volunt, ia posuit eos sic dominus.

Nunc locutionem videamus: In nervis tuis diriges. ebraice dicitur per verbum absolutum hoc modo: Tu iges, director eris, seu directionem facies, nervis is in faciem eorum. Et quod magis nervos quam cum directum dicit, velocitatem et praesentiam mali gnificat. Sic Ps. 7. quoque dixit: „Arcum suum tetent et paravit illum, et in eo paravit vasa mortis." elociter enim reddit malum super eos, ut experientia lemus. Quomodo autem arcus, nervus, sagitta divim sententiam et judicium significant, Psalmo 7. abunde ctum est.

Nostra translatio potest hoc modo concinnari, si liquias acceperimus non feces et vilissima quaeque,

solita relinqui ablatis melioribus, ut fere usus habet, quomodo reliquias Israel salvas factas apostolus dicit, id est, feces et abjectos populi ejus, ut Isaias vocat, sed pro superfluis et superabundantibus, quomodo Ps. 16. [17.] diximus: „Dimiserunt reliquias suas parvulis suis." Has enim proprie significat verbum hebraeum hoc loco. Tunc erit sensus: In reliquiis tuis praeparabis, id est, parata habebis abunde judicia et vindictas, quibus in faciem eorum reddes, quoquo sese verterint, ut non tantum possint illi conari contra te, quin tu superes et plura eis reddere queas, sicut Ps. 108. [109.] de eis dictum est: „Fiant contra dominum semper" et cetera. Verum hoc sensu addenda est nostro textui praepositio in vel contra, ut in faciem eorum, nisi voles dicere, quod praeparet vultum eorum in reliquiis suis, id est, parat eos, et quidquid moliuntur, ut in vindictis suis copiosis assidue vexentur, ut, sicut ponit eos dorsum, sic ponat faciem eorum in reliquiis suis.

Exaltare domine in virtute tua, cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Hoc in favorem Christi dicitur contra Judaeos, et pulchro epiphonemate Psalmum claudit, ac si dicat: Illi volunt te oppressum in impotentia, ut ipsi exaltentur in virtute sua, vellentque regnum tuum et potentiam tuam omnibus vituperiis et blasphemiis humiliatam, sed frustra et impie, quia haec est summa rerum omnium: Tu exaltaberis in virtute tua, et glorificaberis in regni tui potentia, id quod nos optamus et gaudemus, ululent illi, nos cantabimus, et strideant illi et *fremant* dentibus, nos psallemus. Desiderium pecca-

torum peribit, virtus tua et regnum tuum stabit, quia regnum tuum regnum omnium saeculorum, et dominatio tua in omni generatione et generatione, Ps. 144. [145.]

Inter multa hebraeae linguae, nomina, quae potentiam sive virtutem significant, duo hoc versu observata mihi sunt, עֹז et גְּבוּרָה quorum prius proprie vim seu naturalem virtutem, qua quaelibet res potens est in suo genere, significat. Hanc graecus interpres δύναμιν aliquoties, sed non constanter reddit, latinus et ipse inconstans frequentius virtutem, alemannice Kraft. Hoc modo de viribus seu virtutibus gemmarum, metallorum, herbarum, aliarumque rerum loquimur. Sic Ps. 45. [46.]: „Deus noster refugium et virtus." Et Paulus 1. Cor. 1. Christum appellat virtutem Dei, et Ro. 1.: „Evangelium virtus Dei est in salutem omni credenti." Rursus Daniel. 8. de antichristo: „Stabit rex fortis faciebus," id est, cujus virtus et totum (quod ajunt) posse erit in faciebus, non in armis nec verbo, sed in specie, pompa et externa conversatione et superstitione, quod Hiero. vertit: Rex impudens facie.

Ex quo patet, quod virtus Dei hoc loco ea est, qua in sanctis suis per spiritum potens est, per quam omnia possunt sancti, quaecunque possunt, cum sit eorum haec velut naturalis et verbo Dei ingenita virtus, sicut calor igni et lapidi gravitas, et similia. Sic 2. Cor. ulti. de Christo: „Qui non infirmatur in vobis, sed potens est in vobis." Ephe. 3.: „Ei qui potens est facere omnia superabundanter, quam petimus aut intelligimus," hoc est, ei, qui vim et virtutem habet, seu cujus proprium est facere plusquam petimus aut intelligimus. Non enim arbitrii, sed naturae modum

in Deo commendat, quando dicit: „Ei qui potens est,“ unde nec verbum posse respondet apud latinos huic vocabulo, cum ad contingentiam seu arbitrium, ut graecis ex οὐσίᾳ sua, saepius referatur. Multo minus recte versum est, ubi pro fortitudine vertitur, ut Ps. 23. [24.]: „Dominus fortis, dominus potens in proelio.“ Fortitudo enim aliquid impetus et concitatioris animi ultra virtutem illam naturalem importat.

At haec virtus quietam illam et genuinam rerum vim, quia velut sponte sua omnia possunt et faciunt, quae suae naturae conveniunt, significat, ut sic virtus Dei significet totum, quod nos sumus et possumus, illius dono nos posse. Sic b. virgo: „Fecit mihi magna, qui potens est,“ id est, cujus sunt omnes omnium vires.

גְּבוּרָה vero alterum verbum, quod graecus aliquoties, nec male δυναστείαν, latinus potentatum reddit, ut Psalmo praecedente: „In potentatibus salus dexterae ejus,“ Ps. ultimo: „Laudate eum in firmamento virtutis,“ id est, viribus ejus. „Laudate eum in virtutibus ejus,“ id est, dynastiis ejus, ad dominium spectat, alemannice Macht. Sic Gen. 10.: „Iste coepit esse גִּבּוֹר in terra,“ id est, potens, ut Hiero. transtulit. Et iterum: „Hic fuit גִּבּוֹר venator coram domino,“ id est, coepit dominari aliis robustus venator. Latina enim vocabula, robustus, fortis, potens, fere sunt impetuosiora et ferociora, quam ut his verbis hebraeis componantur, sicut congruit ferreo illi imperio et populo tyrannico, quem sive Isaias sive interpres ejus populum alti sermonis mihi appellare videtur, c. 33. Et Ps. 11. [12.] dictum est: „Linguam nostram magnificabimus,“ quod Hiero. vertit: roboremus, aptius

ntem: dominari faciemus, scilicet ut sola regnet et ossit omnia. Sequitur enim: „Quis noster dominus st?" Et Ps. 23. [24.]: „Dominus potens in proelio," l est, in cujus potestate est sita victoria et omnes elli eventus. Idem enim apud eum est salvare in ultis et in paucis, ut Ps. praecedente visum est.

Pulcherrimus itaque ordo. Prius exaltatur virtus : posterior cantatur גְּבִירָה, ex virtute enim nascitur t facile tum augetur tum servatur potentia seu גְּבִירָה, cut econtra nulla stat גְּבִירָה, ubi nulla est עֹז seu rtus. Et Ps. 23. [24.] prius dicit: „Fortis dominus," einde: „potens in proelio." Ab hac virtute patermilias vocatur גְּבִיר et materfamilias גְּבִירָה, Gen. i.: „A facie Sarai גְּבִרְתִּי" id est, dominae meae, ego gio. Et iterum: „Revertere ad gibirtha tuam," id t, dominam tuam. At Ps. 18. [19.]: „Exsultavit : גִּבּוֹר ad currendam viam." Et 33.: „Non salvatur x per multam virtutem et גִּבּוֹר non salvatur in ultitudine virtutis suae," teu. ein mächtiger Herr, de Gabriel fortitudo Dei, sed non satis apte.

Aliud vocabulum Hebraeis חֵזֶק, quod Ps. 17. [18.] dimus: „Diligam te domine, חִזְקִי, fortitudo mea." oc proprie mihi eam virtutem significat animi, quam tini fortitudinem, Graeci ἀνδρίαν vocant. De qua ter virtutes morales sermo frequens, quae, quia hortationibus et usu rerum difficilium paratur, fere ique transfertur pro confortatione. Deutro. 31.: 'iriliter agite et confortamini, nolite timere." Item Josue ibidem: „Confortare et esto robustus." „Et sue 1.: „Tu ergo confortare et esto robustus." : Daniel. 10. saepius eo utitur, cofortasti, con-

valui etc., item confortare et esto robustus, ubi idem verbi geminatur, ac si dicat: Confortare, confortare. Et Ps. 26. [27.]: „Exspecta dominum, viriliter age et confortetur cor tuum. Ecce חָזַק, viriliter age, transfert. Sic Anani propheta ad Asa regem Juda, 2. Paralip. 16.: „Oculi domini contemplantur universam terram, et praebent fortitudinem iis, qui perfecto corde credunt in eum.“ Hinc Hezechielis prophetae nomen, fortitudo Dei vel virilis audacia Dei, et Hezechias rex Juda, audacia domini, cui nomini pulchre opere satisfecisse legitur, 4. [2.] Regum 18., dum ausus fuit in fiducia Dei sui, rebellare regi Assyriorum. Patet ex his omnibus חֹזֶק fortitudinem esse adversus timorem, pusillanimitatem et scrupulos animi.

Quartum est כֹּחַ et ipsum frequentissime occurrens, versum pro virtute, quam audeo affirmare eam esse propriissime, quam apostolus operationem, graece energiam vocat, ubi dicit 2. Thessal. 2: „Nam mysterium iniquitatis operatur et mittet illis Deus operationem erroris.“ Et Gal. 2.; „Qui operatus est Petro, operatus est et mihi.“ Hanc latine efficaciam, seu ut vulgo dicitur, vim exsecutivam dicemus, ut sit effectus virtutum praedictarum prodiens in opus. Sic Ezechias 4. [2.] Reg. 19.: „Venerunt filii ad partum, et vires non habet parturiens.“ Heb.: Et virtus non est ad pariendum. Daniel. 8.: „Et roborabitur virtus ejus non in virtute ejus.“ Job. 30.: „Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo.“ Pertinet haec virtus ad felicitatem potentis et fortis viri, ut conficiat, quae tam viribus quam animo praesumsit. Ita enim Paulus operationem erroris antichristianam praedixit felicem, et Daniel. 8. de eadem: „Prosperabitur et faciet.“

Quintum est generale illud, quod hoc Psalmo licit: „Quae non potuerunt stabilire." Gen. 45.: „Non poterat se continere Joseph." Hoc mihi proprie videtur respondere nostro latino, quod est facultas vel possibilitas, et graeco δυναμεῖν, in quo jus, arbitrium, eventus, contingentia includitur, ubi etiamsi virtus sit vel non sit in persona operante, multis tamen aliis impeditur vel juvatur, quo fiat vel non fiat, quod molitur. Psalmus 128. [129.]: „Saepe expugnaverunt a juventute mea, etenim non potuerunt." Sunt et alia, quae a petra, ossibus, duritia derivantur, quae passim reperiuntur et pro firmitate, constantia, robore transferuntur. Sed ea relinquo, cum sint ferme allegorica, ut et alius suae industriae fructum faciat, si volet.

Finem hic facio secundae decadis totius Psalterii, et ingenue ac fideliter confiteor me plurima tentasse supra vires nec habere hanc apostoli gloriationem, qua ad Romanos scribit: „Non audeo aliquid loqui eorum, quae non effecit Christus per me." Nam vitae sanctimonia nihil consecutus sum, quod tamen scio, quam fuerit et sit necessarium, ne docerem antequam facerem, eruditione vero parum, cum et ipse discipulus hactenus fuerim, non solum in linguis, sed et propheticis spiritibus discendis. Utrumque enim tractatori scripturarum necessarium est, magis tamen spiritus quam lingua.

Unde etsi in lingua hebraica non uno loco me videam errasse, metuo tamen, ne pluribus in spiritu erraverim, quanquam mihi conscius non sim, sinceram et catholicam fidem a me uspiam laesam, ut gloriari possim errores meos esse prorsus sine periculo, cum

in lingua ista peritissimi et maximi, in spiritu autem et summi et sanctissimi viri erraverint.

Quocirca per communem Christum eruditiores rogo, mea negligant, tum chalcographos aut quosvis invulgatores librorum, ne ista evulgent, donec vel ego vel alius errores aliquot crassos emendaverimus. Satis enim hactenus feci, si occasionem sapientioribus dedisse inventus, et officio necessitatis functus fuero. Laborem enim, quem insumsi, et fastidium non jacto.

Hoc autem didici, scripturam esse eam, quae nullius ingenium, nullius eruditionem, nullius diligentiam, nullius sanctimoniam non in multis partibus fallat et superet, atque cum omnibus etiam parvulis sit exposita ad satietatem usque, magnis tamen semper seposita est ad esuriem, ut verissime et sapientissime dixerit Grego., scripturam esse fluvium, in quo agnus peditat, et elephas natat. Nec in ea foedius nec perniciosius erraverunt, quam qui se nihil in ea errasse praesumserunt. Nec felicius et salubrius in ea profecerunt, quam qui timuerunt se in omnibus errare. Sapientia enim est, cujus principium timor Dei, quae intellectum dat parvulis, et sapientiam sapientum reprobat.

Quare meos errores sic judicet frater meus quisque, ut sese etiam alicubi errare non dubitet, ne forte superbus nusquam non erret. Porrigamus potius summis viribus mutuas operas in domino, praesertim in scripturis sanctis tractandis, etiam sic errores non evademus, donec in vita hac sumus immunda. Solus hic se glorietur non errare in ulla parte, qui sine peccato fuerit in hac vita. Vale christiane frater, et gratia Christi sit tecum. Amen.

PSALMUS VICESIMUS PRIMUS.
heb. XXII.

Ad victoriam super cerva matutina, Psalmus David.

Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, longe a salute mea verba delictorum meorum.

Titulum hujus Psalmi LXX. sic verterunt: In finem pro susceptione matutina, Psalmus David. Qua vero occasione susceptionem sive assumtionem e cerva fecerint, consequi non possum. Certe Hebraeus cervam aurorae in foeminino genere habet, licet Hierony. cervum matutinum masculine verterit. Nisi spiritus apertius in LXX. forte voluerit id explicare, quod propheta occultius significavit. Christus enim in passione sua, (quae hoc Psalmo canitur) utique assumsit sive suscepit in sese omnium peccata. Et haec susceptio matutina, id est, prima omnium fuit, quam aemulantur omnes sancti, invicem onera portantes. Sed negotiosum fuerit tam remota petere pro illorum defensione, cum ipsum hebraeum textum habeamus.

Notum autem est praepositionem hebraicam עַל graece reddi εἰς vel ἐπί, latine ad, in et super. Ideo hic recte ad propheticum morem diceremus: Ad victoriam in cervam aurorae, sicut Petrus Actu. 2.: „David enim dicit in eum," licet non male vertatur: de cerva, omnia enim dicuntur in eum, et omnia pertinent ad eum, quae hoc Psalmo canuntur, ut veniens ea impleret.

Cervam autem absque dubio Christum passum appellat, quia Judaeis in die carnis suae captus et

gentibus ad dilaniandum traditus est, sicut cerva a canibus venaticis capitur et venatoribus traditur excarnificanda. Hac, inquam, ratione ego hoc loco arbitror cervam eum dici, ad quod totus Psalmus facit, praesertim ubi dicit: „Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me.“ Nam quod Hierony. huc trahit naturam cervi, serpentes naribus extrahentis et interficientis venenaque consumentis, egregie dicitur in Christum, sed non loco suo, ut mihi videtur, licet revera per passionem suam id fecerit Christus. Passionem enim simpliciter, non fructum passionis mihi titulus indicare videtur. Alia est comparatio cervae ad canes, alia ad serpentes, hac vincit, illa patitur.

Cervam autem dicit potius quam cervum satis tempestive, ut Christum significet passionem subiisse apostolis et discipulis velut hinnulis suis jam congregatis, hoc est, jam praedicantem, pascentem et salvantem, de quibus Prover. 5.: „Cerva carissima et hinnulus gratissimus, ubera ejus inebrient te omni tempore, et in amore ejus delectare semper.“ Quae enim cerva amantium (sic enim Hebraeus dicit), nisi Christus amantissimus suis? Et qui hinnuli gratiae seu favoris, nisi discipuli ejus? Ubera autem hujus cervae verba sunt vitae aeternae, quibus omnes pascit et inebriat, in quibus delectari mandat Salomon, ne meretrix illa et aliena, synagoga adultera, cujus guttur nitidius oleo et labia favus distillans, ullos seduceret secum in mortem, in hanc sententiam enim toto ille capitulo mihi videtur loqui. Ideo David et tempus et aetatem et studia Christi patientis uno verbo comprehendit.

Aurorae autem seu matutina, quid est quaeso? astriores patres hinc susceptionem illam de resurrectione Christi intellexerunt, quae in aurora unius bbati facta est, alii susceptionem matutinam, capnem Christi hora matutina factam, alii cervam matinam, id est, primam et principem omnium cervarum, c est, Christum caput et principem martyrum. Jam i ad mane trahunt matutinam illam cognitionem in rbo, juxta Aug. super Genesin, possent cervam matinam facere Christum hominem et Deum, ut filium i in hoc titulo significent passum et mortuum. illum horum mihi placet satis, et tamen in ista calie quid faciam nescio.

Meditabor et ego. Videntur mihi prophetae ferme mes delectati in aurora et ortu solis, et mysteria i in iis cognovisse, inter quae insigne illud est m. 32., ubi Jacob cum viro luctabatur, donec adscenret aurora et benediceretur ab eo. Et David 2. eg. [2. Sam.] 23.: „Dominator hominum justus, minator in timore Dei, sicut aurora oriente sole ane absque nubibus rutilat.“ Et Ps. 109. [110.]: Ex matrice aurorae tibi ros infantiae tuae,“ quae nnia Paulus magnifico sensu Christi Ro. 13. sic exnit: „Nox processit, dies autem appropinquavit, jiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma cis.“ Quare vesper est tempus legis, peccati, mors, veteris testamenti et ipsa synagoga, in qua opera eccati per legem abundabant, mane autem tempus vangelii, gratiae, vitae et novi testamenti, indeque urora ecclesiae, seu populus novus evangelii.

Quare David, sicut cervam, ita et auroram alleoricam posuisse videtur, ut fidelem lectorem traheret

a cerva carnali ad spiritualem, quae Christus esset. Quid enim diceretur cerva aurorae potius quam cerva cujuscunque alterius temporis? Christus autem cerva aurorae est, quia ipse passus legem superavit, peccatum delevit, mortem vicit, et novum oriri saeculum novumque diem fecit, in quo incepit gratia, vita et salus. Est ergo sensus, hunc Psalmum esse dictum in Christum auctorem renovationis omnium, per passionem suam superata vetustate. Sic nox processit, et aurora adest, et dies appropinquavit. Transitum autem et mutationem istam noctis in diem et vesperae in auroram Judaei neque hodie cognoverunt, et ante impleverunt quam impletam audierunt. Ideo sic obscure eam David significavit, ut caecitatem eorum hoc titulo praefiguraret, quem legerent et non intelligerent, nisi spiritu magistro velamen cordis eorum auferretur. Qualis enim erat cordis eorum facies, talis et scripturae eis propositae, obscuris enim omnia obscura et dicuntur et fiunt, illuminatis autem nihil obscurum. Ideo nos titulum hunc intelligimus facile, quem illis nulla opera possemus illustrare, ut caperent, illuminarenturque et ipsi.

Haec de titulo. Ad Psalmum veniamus.

Versum primum hujus Psalmi, ne quis dubitaret, totum de Christo intelligendum esse, ipsemet in cruce oravit, quando, ut in Hebraeo est, clamavit: אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Ubi clarum est, per nostros interpretes omissum esse pronomen „meus“ primo loco, et adjectum illud: „respice in me,“ et ubi nobis tradiderunt: „Longe a salute mea verba delictorum meorum,“ Hebraeus dicit: Verba rugitus mei, decepti scilicet

ocabuli similitudine, quod sine א medio delictum et ignorantiam significat, ut in titulo Psalmi 7. et Ps. 8. [19.] vidimus: „Delicta quis intelligit?"

Esse autem aliquid singularis affectus et sensus his verbis, argumento est, quod evangelistae data opera hunc versum hebraicis verbis reposuerunt, pro signi emphasi indicanda. Deinde non memini alio scripturae loco ejusdem hujus nominis אֵלִי אֵלִי ingeminationem. Nam quod ab aliis dicitur, non derelictam est, non separatam fuisse humanitatem a divinitate, sed subtractum auxilium divinitatis, rectissime dicitur, sed pro rudioribus, quibus expedit pro captu eorum volvi tam sublimia verbis humilioribus. Revera enim obscurius est dictum, humanitatem auxilio Dei esse destitutam, quam id quod verba ipsa habent, scilicet Deo se esse derelictum. Quis enim illud auxilium tis aperiet, quod rudes solum id cogitant, si Deus Christum de manibus Judaeorum per miracula eripuisset. Sed hoc nihil ad versum istum.

Ego video quosdam satis morosos, qui ut quaeque duissima et reconditissima egerint vel audierint, ita atim ea sola passim coram omnibus jactant, tantum nova et mira afferre videantur, nullo prorsus habito, que rerum neque auditorum neque locorum delectu respectu. Quorum intempestiva sapientia, dum non pit ad sobrietatem, plurimos sine causa offendit, et rbo ac ministerio nostro non parum vituperii parit. ui si in mensura donationis suae servirent Christo, berent abunde, quod utiliter docerent, et multiformem ei gratiam sicut boni dispensatores honorarent. Fecent ii sane, ut inceperim timere et taedere, in iis

versari, quae communem captum excedunt, praesertim quae scitu necessaria *) adeo non sunt vulgo.

Scimus quidem theologiam esse omnibus fidelibus communem debere, sed rursus scimus alios lactis esse participes tantum; alios capaces solidi cibi, et unam eandemque veritatem capi diversis modis, quos omnes attemperari omnium capacitati possibile non est, cum interim tamen ipsa veritate non fraudentur. Paulus etiam infirmos cerimoniarum scrupulis vexatos non vult robustae fidei exemplis et doctrinis offendi. Sed quid moror? Longum iter per praecepta, compendium habet caritas, quae facile nos omnia in omnibus erudiret.

Dicam tamen nonnihil, ne penitus transeamus tam divitem versum. Primum, quid sit derelinqui a Deo, non intelligitur melius, nisi antea sciamus, quid sit Deus. Deus autem est vita, lux, sapientia, veritas, justitia, bonitas, potentia, laetitia, gloria, pax, beatitudo et omne bonum. Derelinqui ergo a Deo, est in morte, tenebris, stultitia, mendacio, peccato, malitia, infirmitate, tristitia, confusione, turbatione, desperatione, damnatione, et in omnibus malis esse. Quid hinc sequitur? Numquid Christum faciemus stultum, mendacem, peccatorem, malum, desperatum, damnatum? Hoc est, quod dixi, recondita et ardua haec esse.

Verum tu ipse vide. Conceditur ab omnibus, in Christo simul fuisse summum gaudium et summam tristitiam, item summam infirmitatem et summam virtutem, ita summam gloriam et summam confusionem, ita summam pacem et summam turbationem, ita summam vitam et summam mortem, quod satis et hic versus indicat,

*) In edit. princip. leg.: praesertim scitu non necessariis.

i velut contradicens sibi sese derelictum a Deo clamat, et tamen Deum suum vocat, ac per hoc non relictum sese confitetur. Nemo enim dicit ad Deum: Deus meus," qui omnino derelictus est. Si ergo quae partes Dei (ut sic dicam) dereliquerunt Christum, r non omnes et totus Deus eum dereliquisse dicetur? que enim hic obstat, nisi usus et sensus vulgi. ioquin quid absurdius etiam gentibus erat, antequam rsuasio praevaleret, quam dici eundem hominem simul ere summa vita, et simul mori summa morte?

Quid ergo dicemus? simul Christum summe justum summe peccatorem, simul summe mendacem et summe acem, simul summe gloriantem et summe desperana, simul summe beatum et summe damnatum? Nisi m haec dixerimus, non video, quomodo a Deo derelictus quando hoc modo multi sanctorum, Job, David, echias, Jacob, derelicti sunt, multo ergo magis ristus, caput sanctorum, qui portavit omnes languos nostros in semet ipso.

Hic divinat meus animus: Christus revera justus t et permansit, qui nec peccatum fecit, nec invens est dolus in ore ejus. In hoc enim de virgine r Spiritum sanctum concipi et nasci voluit, ut esset e omni peccato, alioquin quomodo nos a peccatis erare potuisset? Sed hoc temporis, quo passus t, ita suscepit nostra omnia, ac si revera fuissent a propria, passus etiam pro eis, quae pro peccatis s pati oportuisset, et quae damnati jam patiuntur, ut Paulus e Ps. 68. [69.] dicit: „Improperia improrantium tibi ceciderunt super me." Et Isaiae 53.: 'ere languores nostros ipse tulit, et infirmitates noas ipse portavit. Propter peccata populi mei per-

cussi eum, eo quod peccatum non fecit, nec est inventus dolus in ore ejus."

Cum autem percussio Dei, qua pro peccatis cutit, non solum poena mortis sit, sed et pavor horror perturbatae conscientiae, quae iram aete sentit, et sic habet, ac si in aeternum esset de quenda et projicienda a facie Dei, sicut David tetur dicens Ps.: „Ego dixi in excessu meo: jectus sum a facie oculorum tuorum," certe pr sequitur, et ipsum fuisse passum pavorem horrore conscientiae perturbatae et iram aeternam gust Dicit enim apostolus ad Heb. 4., quod tentatu per omnia in similitudinem absque peccato, et ite „Debuit per omnia fratribus assimilari, ut miser fieret." Hoc et apostolus docet Gal. 3.: „Factus lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret." Et sus: „Christus factus pro nobis maledictum, ut maledicto legis redimeret." Neque enim sub lege moniali factus est tantum, alioqui redemisset Judaeos, et non gentes, quae sub illa non bantur, neque sic sub lege decalogi etiam factus, eam impleret solum, sed ut pateretur ea, quae pati tur ii, qui sub lege sunt. Esse enim sub lege spiri tuali et dominante, est occidi et damnari, sive in mort et inferno esse, hoc est, mortem et infernum sentir quae res summum odium legis et blasphemiam co movet.

Ita esse maledictum, non tantum hoc facit, coram hominibus maledictus sit, nam Paulus ibid indicat Mosen dicentem generali sententia etiam Christum dicta (maledictus Deo omnis, qui pendet ligno), sed quod et a Deo se maledictum sentiat

tia, quo affectu illud Ps. 3. dicit: „Multi dicunt
neae, non est salus ipsi in Deo ejus. Verbum
ledicorum queritur animam suam penetrasse,
m fieret, nisi anima Deum sentiret iratum.
im conscientia metuens non cogitat mali de
e autem absurditas Christo tribuisse conscien-
tuentem ad paulum tempus, ut nostram hanc
, licet innocens, sentiret?

quidem eadem poena torquemur, sed juncta
vera, quod ut clarius dicamus, peccatum habet
in nobis habitum, dum enim in actu est, non
esse peccatum, id quod pessimum est in peccato,
icet oblivio et contemtus Dei, hic enim lex
iescit et peccatum mortuum est. At veniente
catum reviviscit, conscientia mordetur, et non
ossibus a facie insipientiae nostrae. Haec
itio peccati per legem et revelatio spiritualis
anc habent damnati, hoc est mors et descen-
nferos. Hoc peccatum Christus passus est,
prius, de quo Paulus 2. Cor. 6. [5.]: „Eum
tum non novit (ecce conscientia innocens a
llo priore) peccatum fecit" (ecce conscientia
acta et assumta pro nobis).

m in hoc quoque a nobis Christus differt,
magis autem damnati, hanc peccati et legis
ferimus, ut simul peccemus, quia peccato illo
fecti pravo nostri studio malum et iniquum
, quod patimur, et sicut in quolibet alio pec-
ranter peccamus, id est, non sentimus, quam
udicando faciamus. Christus vero nullo peccato
nec pravo sui studio dolet et aversatur id,
itur, sed pura meraque innocentis naturae

teneritudine, sicut in crasso exemplo: Nos frigus carnis et objecta sensuum tristia pravo voluptatis affectu vitiosi exhorremus, non tam naturae quam voluptati et vitio naturae concedentes, Christus vero sine malo affectu solius naturae incorruptissimae sensu exhorruit eadem objecta. Nos escas electiores sine vitio voluptatis malae innatae non percipimus, Christus easdem sine vitio voluptatis, sed solius naturae dulcedine percepit, per omnia qualiter Adam in paradiso egisset, ac passus fuisset omnia sine peccato. Hanc formam in Christo Paulus appellat passionem in similitudine absque peccato. Similia plane sunt omnia, sed in illo non fuit peccatum simul, quod in nobis simul est per omnia.

Ita illud: „Deus meus, quare me dereliquisti," et omnem illam iram legis nos sine murmure et blasphemia non ferremus, vitio scilicet occultissimo quaerentes quae nostra sunt. At Christus eadem sine blasphemia et murmure et dixit et tulit, ac per hoc,*) quod in nobis murmur et blasphemia est, in Christo per omnia simile, non tamen murmur nec blasphemia fuit, ut possimus dicere, id quod in Christo fuit, si per omnia similiter in nos poneretur, blasphemia et murmur esset, cum in illo non fuerit, nisi naturae infirmae motus quidam, per omnia similis nostrae blasphemiae et murmuri. Neque enim potuit peccare aut malum facere Christus, etsi ea, quae fecit ipse, si nos faceremus, vere peccata fierent, nec hoc mirum, cum, ut dixi, et opera, quae ipse fecit, si nos faceremus, peccata essent, licet simillima per omnia essent.

*) In edit. princip. † id.

Comedit ille, dormivit, ivit, vigilavit, et omnia fecit sine peccato, nos similia facientes, in omnibus peccamus, quia ille arbor erat bona, nos arbores malae, qualis persona, talia et opera.

Vox ergo illa: „Deus meus, quare dereliquisti me?“ similis est blasphemiae in Deum, sed blasphemia non est. Si ergo diceremus Christum esse factum blasphemiam Dei, sicut quidam illud Deutro. vertunt: Blasphemia Dei suspensus, seu contumelia Dei suspensus, de quo abunde Hiero. super Galatas, eodem sensu diceremus, quo illud: „Factus est maledictum et peccatum,“ quod blasphemiam, maledictum, peccatum in se senserit, sine blasphemia, sine maledicto, sine peccato, quae in nobis blasphemia, maledictum, peccatum vere blasphemans, maledicens, peccans esset. Adeo in omnia nostra immersus est Christus, sicut Ps. 68. [69.] et Ro. 15. dicit: „Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.“

Hic objicitur illud: Quodsi haec vera sint, videtur Christus non dilexisse Deum ex omnibus viribus, dum enim dicit: „Quare me dereliquisti,“ certe suam voluntatem opponit voluntati Dei, sicut et in horto dicit: „Non quod ego volo, sed quod tu,“ ubi manifeste se velle dicit contraria Dei voluntati, adeo fortiter, ut eandem voluntatem multa vi, etiam sanguineo sudore frangat et subjiciat voluntati Dei. Hoc si nos faceremus, nonne summa rebellione et inobedientia in Deum peccasse merito argueremur? Verum et hic motus *) summus et maximus est innocentiae, infirmae

*) In edit. princip. † est.

naturae, quem nos, quia vitioso nostri studio fermentati sumus, habere non possumus, et si haberemus, eodem fermento interveniente mox rebellio et inobedientia fieret. Munda manus mundam sindonem tangit nec polluit, immunda non polluere non potest, quia mundis omnia munda, immundis autem nihil mundum.

Dilexit ergo Christus patrem ex omnibus viribus, sed cruciatus illi, quia supra vires erant, coegerunt naturam innocentem et infirmam gemere, clamare, horrere et fugere, sicut si trabem supra vires oneres, necessitate naturae, nullo vitio suo, crepat. Nos autem etiamsi supra vires patiamur, tamen quia vires mundae non sunt, non ex totis viribus, etiam supra vires patiendo, Deum diligimus. Nonne damnati supra vires patiuntur? et tamen id quod crepant, blasphemia est, et Christus quod patitur, supra vires est, et tamen quod crepat, blasphemia non est, sed innocens clamor, similis tamen nostrae blasphemiae.

Non autem per haec negamus, quin Christus non aliter in anima sit pavefactus et discruciatus, quam nos vel damnati, dum se sentiunt horrere et fugere Deum. Similis enim fuit Christus etiam in suis ipsius oculis derelicto, maledicto, peccatori, blasphemo, damnato, licet sine peccatis seu culpa. Non enim ludicra aut jocus aut hypocrisis est, quod dicitur: „Dereliquisti me," vere derelictus est per omnia, sicut peccator derelinquitur, postquam peccavit, licet non derelictus fuerit, sicut peccator derelinquitur, antequam peccet. Veritas est, quae in Christo gesta sunt, nec licet extenuare et evacuare humanis temeritatibus verba manifesta Dei. Quodsi quis hoc non comprehendit, maneat cum turba in hoc loco campestri, sinatque

discipulos accedere ad Christum in montem. Neque enim pro omnibus ista hujus Psalmi dicta sunt, cum non sint omnium eadem dona nec eaedem omnium passiones. Habet scriptura in suis locis lac pro infantibus, habet vinum et solidum cibum pro robustis. Ut infirmioribus sua debentur solatia scripturarum, ita robustis et magna patientibus sua quoque danda fuerunt.

Verbosius haec egimus, quo fidei gratiam et Dei misericordiam commendatiorem haberemus, et Christum plenius cognosceremus. Nam hoc versu erudiuntur ii, qui profundis abyssi et portis mortis vexantur, ne desperent, rursum ii, qui in coelestibus versantur, et inter sidera nidos suos collocant, ne praesumant. Si enim ira legis, quae mors est et infernus, quempiam comprehenderit et pavefecerit, hoc versu ceu baculo fideli sustentabitur, memor Christi domini sui, qui in eadem tentatione probatus didicit compati omnibus, qui tentantur, cum non pro sua, sed pro nostra hac ipsa necessitate haec mala susceperit, volens et sciens per gratiam, in quae nos mersi sumus invite et ignari per nativitatem.

Neque enim praesentius tutiusque remedium habent mortis et inferni doloribus circumdati, quam hujus victricis infirmitatis et Christi memoriam, fidem et invocationem, fidem inquam, qua credas pro te tuaque hac necessitate eum talia passum, ut tuis mederetur malis, et tu cum fiducia eum in hoc ipsum invocares, ne de te dicat illud Isaiae 49.: „In vanum laboravi, frustra fortitudinem meam consumsi.“ Quomodo enim non in vanum laboravit et opera sua frustra perfecit, si non in ea confidimus nec in tempore opportuno invocamus? Evangelistarum ergo consilio verba ista hujus versus

velut commendata insigni nota, hebraicis etiam verbis, imis sensibus reponamus, in tempus opportunum.

„Longe a salute mea verba rugitus mei.“ Quid si hypallage sit hoc loco? pro eo quod dici debuit: Longe a verbis rugitus mei salus mea, cujus sensus foret: Salus non audit, non venit vocata rugitu meo, tam longe est, quia tu dereliquisti me. Ita enim exigere videtur versus sequens: „Deus meus clamabo per diem, et non exaudies,“ hunc velut explicans. Sed sine figura et melius pro consequentia sensus sic intelligitur, quod is, qui a Deo derelinquitur, longe fit a Deo, in quo solo est salus, Deus autem a nemine fit longe, qui ubique praesens est. Ideo et Christus deserente Deo tam ipse quam sua verba longe fiunt a salute sua, quae in Deo fuit et mansit prope, ut imagineris quendam discessum Christi a Deo deserente longissime vergentis. Derelinqui enim a Deo, hoc est, a vita et salute ire in regionem longinquam mortis et inferni, quod nemo nisi similiter affectus capit. Quis enim capiat, simul posse constare, ut salus in Deo sit proxima, et in nobis remotissima? Nisi enim prope esset, non diceret: „Deus meus.“ Nisi esset longe, non diceret: „Dereliquisti me.“ Itaque nos longe sumus a salute, dum patimur, sed ille est prope, ut auxilietur, quia, quod nobis impossibile et desperatum est, illi possibile et facile est, ut universa longinquitas sit ex parte infirmitatis nostrae patientis, id est, derelictae, quae aliud non est, quam ipse sensus cruciatuum. Sed, ut dixi, demus ista affectis et affectibus, neque enim satisfacit, quod aliqui patrum nunc divinitatem nunc humanitatem Christi faciunt hic loquentem, et salu-

m non Christi, sed populi intelligunt. Christum im hominem toto Psalmo loqui credendum est.

Sed cur non dicit: Longe a salute mea ego, d: „Verba rugitus mei", cum non dixerit: Dereliisti verba rugitus mei, sed „me"? Forte ut castiget il exponat id, quod dixit: „Dereliquisti me." Cum im Deus sit e propinquo et non a longe, ut in ieremia dicit, non sic derelinquit, ut non prope aneat, et in manu sua retineat, sicut Ps. 138. [139.] cit.: „Si adscendero in coelum, tu illic es, si scendero ad infernum, ades, si habitavero in extreis maris, illic tenebit me dextera tua etc." Tantum fectus et verba rugitus talia sunt, ut indicent se se longe a Deo, hoc est, etsi praesentissimum, n tamen sentiunt. Sic nos longe nobis esse videur, dum solus affectus, rugitus et verba longe sunt Deo, id est, dum non sentiunt, quod volunt et tunt. Verum, ut testatus sum, ego succumbo vers hujus Psalmi, neque satis capio, neque si capem, satis tradere possem.

„Longe" autem potius dicit quam diu, quia innsionem, non durationem cruciatus propheta praedit, sciens, quoniam minueretur paulominus ab anges, nempe triduo, Ps. 8. Veruntamen ictus oculi et omentum hujus derelictionis et longinquitatis, intorabile malum, cogit rugire et fortiter ululare. Ideo on verba clamoris, sed rugitus dixit, amarissimum lum et inenarrabilem spiritus gemitum significans. t hac parte versus promicat id, quod diximus, hristum pro nobis factum esse peccatum, quod deerente Deo, sine culpa, factus est similis per omnia

novissimo peccatori, cui nonnisi ira Dei in conscientiam irrueret, et in desperationem urgeret.

Qui verba delictorum meorum legunt (id quod forte possunt, cum litera א queat hic accidentalis esse sicut in aliis locis), sic intelligunt, quod nostra delicta sua delicta fecit, ut suam justitiam nostram justitiam faceret, ut Aug. ait. Sic verba delictorum meorum ferme id valebit, quod nunc dicitur oratio peccatoris, nisi quod cavendum fuit, ne Christus peccator diceretur, etiamsi delicta sua confiteatur, et vere sua facta sint. Quodsi quispiam verba hoc loco pro re et negotio accipiat, more Hebraico, ut verba delictorum Christi sint negotia et merita delictorum suorum, non resisterem, merita quidem nostra sicut et delicta, sed Christi sunt delicta et non merita. Mala enim pro delictis debita ipse tulit, et sic aliena delicta fecit sua, sicut dicit Isaiae 43.: „Servire me fecisti in peccatis tuis, et laborem mihi praebuisti in iniquitatibus tuis."

Atque hoc est mysterium illud opulentum gratiae divinae in peccatores, quod admirabili commercio peccata nostra jam non nostra, sed Christi sunt, et justitia Christi non Christi, sed nostra est. Exinanivit enim se illa, ut nos ea indueret et impleret, et replevit se nostris, ut exinaniret nos eisdem, ita ut jam non modo objective (ut dicunt) sit nostra Christi justitia, sed et formaliter, sicut non tantum objective Christi sunt peccata nostra, sed et formaliter. Quomodo enim ille in nostris peccatis dolet et confunditur, hoc modo nos in illius justitia laetamur

et gloriamur, at ipse revera et formaliter in illis dolet, ut hic videmus.

Et ego, licet soli LXX. mecum faciant ex omnibus interpretibus, paene malim dici: Verba delictotorum meorum, quam: „Verba rugitus mei.“ Hic enim sponsus et sponsa fiunt una caro, quod sacramentum nunquam satis dici, praedicari, audiri, cogitari intelligique potest, prae magnitudine divitiarum et gloriae ejus, absconditum prorsus omnibus saeculi hujus, etiam prudentibus et sapientibus, nec revelatum nisi parvulis, quibus solis assiduum est memoriale, quo vivunt, gaudent et gloriantur. In cujus comparatione foedissime sordet, stercus et detrimentum est justitia, quae ex lege est, etiam sine querela incedens, ut Coloss. 2. [Phil. 3.] dicitur.

Deus meus, clamabo per diem et non exaudies, et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Et hic miror, unde LXX. acceperint εἰς ἄνοιαν, ad insipientiam seu amentiam, cum nihil hoc loco neque analogiae neque etymologiae Hebraeus habeat, quod amentiam indicare possit, violenta autem sit allegoria, per silentium intelligi amentiam, ubi amens et stultus est, qui passionibus victus tacet laudem Dei, cum Deus mandarit nocte canticum suum, et in tribulationibus invocari et laudari velit, sicut dicit Ps. 48. [50.]: „Invoca me in die tribulationis.“

Majores nostri, praesertim Aug. sic intellexerunt, quod haec vox non capitis, sed membrorum sit, quae cum tribulantur, non exaudiuntur. Sed hoc non audiri proficit eis ad salutem et sapientiam, non ad damnationem et insipientiam, hoc est, bonum est non exau-

diri, ut homo per experientiam discat Deum esse medicum, quod non disceret, sed amens maneret, si statim exaudiretur et non derelinqueretur.

Omitto alia multa, quae huc congesta sunt a patribus, omnia plane inconstantia sibique pugnantia. Laboraverunt enim et ipsi, sed non elaboraverunt illaborataque nobis reliquerunt hujus Psalmi tum verba tum sacramenta. Ego simplicem sensum quaero, quem et Christo capiti dari liceat, cui profuit non exaudiri, nec ad insipientiam, sed ad sapientiam cessit clamor non exauditus. Didicit enim ex iis, quae passus est (ut Hebraeos apostolus docet), obedientiam. Neque enim, ut August. putat, homo discit sapientiam, quando non exauditur, imo contra tribulatus et exauditus discit, quam bona sit tribulatio. Tentati enim et liberati cognoscunt, quam bonus sit dominus, tentati autem et derelicti, (quod hic versus sonat) non cognoscunt.

Quare ad Hebraeum veniamus, qui dicit: Et nocte, et non silentium mihi, quod Hieronymus per Aquilam Judaeum deceptus multa et infelici copia verborum eo trahit, quod Deus non tacuerit Christo, sed exaudierit eum, faciens sensum posterioris partis contrarium prioris, quasi die non exaudiat, nocte autem exaudiat Deus. Quod dico, ut homines fuisse sanctos patres noverimus, cum silentium hoc ad Christum pertineat, et sensus sit, eum clamasse die et nocte, et neutro tempore exauditum esse. Vult enim dicere: Non est silentium mihi, id est, non est, qui me exaudiat, consoletur et faciat, ut sileat et cesset rugitus et clamor meus, sed cogor incessanter clamare die et nocte, velut ad te inexo-

bilem et implacabilem. Tu non audis, et ego clamare non cesso, ut sit versus tautologicus.

Rectius ergo Aug., de gratia novi testa. ad onoratum, saltem generalem sententiam Psalmi tant (quamvis mire torqueat et retorqueat paene sinulos versus singulaque verba), hoc Psalmo differenam describi rerum novi et veteris testamenti, pasones enim novo testamento propriae sunt, non suscipere redemtionem, ut meliorem inveniat resurrectioem, et usque in mortem relinqui, ut futuram vitam dipiscatur, sicut et Ps. 43. [44.] dicit: „Propter mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves ccisionis." Ita res novi testamenti sunt duae, mors ujus vitae et vita futurae gloriae. Contra res veeris testamenti erant passiones quidem, sed substanae et corporum usque ad vitae et penuriae periculm. Sed dabat illis Deus patres, judices, duces, eges, per quos liberavit eos, et in vita ista et subtantia hujus mundi conservavit, ut duces illorum uces vitae, divitiarum, gloriae hujus, sicut ecclesiae uces duces mortis, penuriae et ignominiae possis icere. Non quod et in*) illo testamento nulli uerint, qui novi testamenti rebus excelluerint, sed uod totius populi status sic haberet, in quo nonnulos sibi habuit similes novi testamenti formae, ut rophetas ab impiis illis occisos, denique Abel priium novi testamenti membrum fuit, sicut econtra in ovo testamento multi rebus veteris testamenti excellunt, dum patiuntur multa, et tamen superant in

---

*) Haec praepositio in edit. princip. deest.

hac vita. Ipse tamen status novi testamenti talis est, ut nonnisi victos, occisos, confusos et derelictos habeat. Hoc est, quod hic sese clamat derelictum, longe a salute, non exaudiri, non silere, et tamen inferius sibi veteris testamenti res comparans, dicit illos clamasse et exauditos sperasse et liberatos sperasse et non confusos esse, quorum omnia contraria sibi et suis eveniant.

Cum autem Christus sit princeps et principium novi testamenti et caput populi illius novi, id est, occidendi, deserendi et confundendi, et ut titulus habet, cerva hujus aurorae, oportuit et ipsum primo omnium haec experiri et pati, ut derelinqueretur et non exaudiretur, et sic novam rerum faciem et novam populi formam ostenderet mundo, quod ante eum nullus potuit, quantumlibet similis formae fuerit. Huic enim repositum erat, ut Spiritu sancto misso in mundum non solum ipse moreretur, sed universi populi sui statum sibi similem, totamque ecclesiam suam, non ut synagogam ad tempus patientem, sed penitus secum morientem et consepultam exhiberet. Ex quo patet horrendum illud spectaculum, quod hodie sub imperio papae ne vestigium quidem ecclesiae reliquum sit in orbe toto, quod saltem appareat, sed omnia ille vastator antichristus vastaverit, et ne synagogae quidem faciem reliquerit, et plusquam mundi formam ubique restituerit et Hiericho damnatam olim rursus exaedificaverit, amisso filio primo et novissimo.

Illud superest, quomodo Christus clamasse per diem et noctem intelligatur, cum nonnisi semel circa horam nonam in cruce ista clamaverit, nec admitto

llam partem hujus Psalmi in persona membrorum uorum a Christo dictam esse, quod multi patrum ontenderunt, sed omnia in propriam personam vole uadrare. Possumus dicere, quando Hebraeis futuum indicativum pro optativo habetur, hoc loco poentialem esse optativum, affectum derelicti epithatice ignificantem, hoc modo: Adeo me derelinquis et ideo longe a salute mea verba rugitus mei, ut, si etiam die ac nocte clamem aut clamare queam, frustra tamen clamem, quia nec exaudis, nec silentium mihi erit, sed omnino moriendum et ad inferos descendendum est mihi, in quo iterum aeternam illam iram sese sentire profitetur.

Tu autem in sancto habitas, laus Israel.

Hebraeus ad verbum sic: Et tu sanctus, habitator, laudes Israel, ubi idiotismo hebraico conjunctio et interponenda est in altera versus parte, hoc modo: Habitator et laudes Israel, plurali enim numero dicit תְּהִלּוֹת, laudes seu hymni, carmina, cantica. Tribus nominibus Deum praedicat. Tu es sanctus, et habitator, et laudes Israel. Quis vero erit sensus? Ego per contentionem dici arbitror, hoc modo: Ego derelictus et longe factus, datus sum in manus peccatorum, omnibusque malis subjectus, et ut infra dicit: „Ego vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis." Tu autem sanctus, reverendus et inaccessus, qui altissimum posuisti tabernaculum tuum, ut non ad te accedat malum.

Sic enim sanctum in scripturis dicitur, quod separatum est, et a quo cum timore ac reverentia abs-

tinetur, nec temere appropinquatur, sicut Mosi ad rubum, Exo. 3.: „Solve calciamenta tua, locus enim, in quo stas, terra sancta est.“ Et 1. Reg. [1. Sam.] 6.: „Quis potest stare in conspectu domini Dei sancti hujus?“ Josuae ult.: „Non poteritis servire domino, quoniam Deus sanctus est ipse.“ Heb. כִּי־אֱלֹהִים קְדֹשִׁים plurali numero. Vehementer ergo contraria sunt, esse sanctum et vermem, separatum et non hominem, inaccessum et opprobrium hominum abjectionemque plebis, quae est exaggeratio querelae.

Simile est, quod habitatorem eum nominat, id est, talem, qui in pace et quiete sedeat secure, cum ipse derelictus econtra, pavore, fuga, inquietudine sit perturbatissimus, nusquam certo consistens, et sicut dicit: Non est silentium mihi, non enim fuit pax ossibus ejus*). Magnus et hujus tentationis proprius est affectus angustiae, nec nisi expertis cognitus, sicut et Isaiae 38. Ezechias eadem passus queritur dicens: „Dixi, non videbo dominum in terra viventium, non adspiciam hominem ultra cum habitatore quietis.

Laudes vero Israel dicit, quia, ut diximus et versibus sequentibus patebit, cum populo Israel sic egit, ut eos liberaret semper in vita, nec in mortem et infernum ire sineret, et hunc locum ex illo Mosi Exod. 15. sumsisse videtur: „Fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem.“ Christum vero sic dereliquit, ut in mortem, in qua non est, qui memor sit ejus, et in infernum iret, in quo nemo confitetur et laudat Deum. Sic et Eze-

---

*) In edit. princip. leg.: suis.

chias, ubi supra: „Quoniam non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.“

Atque hic clare videmus, Christum passum esse poenam peccatis proprie debitam, et gustasse mortem et infernum. Qua enim causa et necessitate Deum appellaret laudes Israel? nisi quia sensu praesentissimo inferni tactus timuit, ne non esset similis Israel laudatori, nec posset dicere: „Fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem“? Haec enim passis hanc angustiam est summa cura, ne cum damnatis, quibus sese assimulari sentiunt, Deum maledicant et blasphement, sicut Psalmo 6. vidimus, et cum hic laudes alienas alleget et suam taceat, indicat, quam prope et similis sit damnatis maledicentibus, atque id ipsum quoque auget querelam et dolorem, quod Israel toties salvatus dominum laudarit, ipse vero penitus derelictus in periculum venerit non laudandi sed maledicendi.

Coartatur ergo magno agone, ut laudator perseveret cum Israel, etiamsi non servetur cum Israel, utque faveat Deo sanctitatem, licet ipse manibus peccatorum hominum et daemonum ceu vilissima pars rerum contaminetur, et ut habitatorem quietum Deum praedicet, licet ipse vagantissimis pavoribus inquietissimisque affectibus sit perturbatissimus, pulvis ante faciem venti, nusquam habitans sive consistens.

In hanc sententiam et nostra translatio facile venit, cum idem sit, in sancto habitare, quod sanctum et habitatorem esse. Quod autem Hebraeus laudes Israel, ubi nos „laus Israel“ habemus, linguarum facit proprietas. Vult enim ostendere Israelem saepenumero fuisse servatum, ut laudaret Deum, se vero

prorsus derelinqui, ut mortuus et damnatus non possit laudare, cum a mortuo (ut Sap. ait) tanquam ab eo, qui non est, pereat confessio. Atque hanc querelam latius et copiosius prosequitur dicens:

In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt. In te speraverunt, et non sunt confusi.

Quam simillima verba invidiae et murmuris adversus Deum. Nam cum idem sit Deus, tamen patres sperantes et clamantes exaudivit liberavitque, hunc autem sperantem et clamantem avertit et dereliquit. Gravissimum est enim et ad desperationem et maledictionem vehementer sollicitans, quod idem Deus aliter cum illis, quam cum istis agit, nulla prorsus eorum culpa, ita enim sentit, qui hac tentatione urgetur. Apparet robusta et magna specie, non parum iniquitatis in Deo esse. Ita enim et damnati accusabunt Deum, quod cum in hominibus sint omnia paria, tamen hos servat, et illos derelinquit mera voluntate sua. Vides ergo, quam hic in Christo promicet tentatio blasphemiae et maledictionis. Tentatus enim est*) per omnia. Et ipse sensus, sine tamen consensu tentationis hujus, cogit eum prorumpere in haec verba, quo nostram istam tentationem in semet ipso vinceret.

Igitur merito tu es laus Israel, qui toties eos in te sperantes liberasti, quo fecisti, ut esses eorum psalmus et hymnus. At mihi, qui itidem spero

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

t clamo, quid es? Non audet dicere: Non es laus nea, et tamen id non fit, unde sit laus ejus. Ita idetur in semet ipso absorbere tentationem blasphemiae, quae paene eruptura videbatur, velut inter lauiem et blasphemiam fluctuans et obmutescens. Corruit enim hic baculus ille solatii, quo populus Israel, iixus cantabat, Ps. 118. [119.]: „Memor fui judiciorum tuorum, et consolatus sum.“ Et Ps. 126. [77.]: ,Memor fui operum domini, quoniam memor ero ab nitio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis exercebor.“ Ps. 142. [143.]: „Memor fui dierum antiquorum, neditatus sum in omnibus operibus tuis, et in factis nanuum tuarum meditabar.“ His enim cogitationibus armati vincebant omne malum, sicut et illi 1. Mach. 4.: „Mementote, quomodo salvi facti sunt patres nostri.“

At Christo et christianis ea spes praecisa est velut a texente, et dicitur eis: Illi salvi facti sunt, sed vos derelinquemini, seu ut Petrus 1. Pet. 4.: „Christo in carne passo, et vos eadem cogitatione armamini.“ Alia passio, alia consolatio, alia salus novi testamenti. Ita hic Christus recurrit quidem ad opera domini, et memor est mirabilium ejus ab initio, exerceturque in adinventionibus ejus, sed non hinc consolatur, imo magis contristatur, cum contraria sint omnia, id quod pavidam conscientiam inaestimabiliter cruciat. Sicut enim reverà dicitur: Gaudium est miseris socios habere poenarum, et exemplum similia passi vehementer consolatur, sicut et Petrus dicit 1. Pet. 5.: „Scientes eandem passionem ei, quae in mundo est, fraternitati vestrae fieri,“ ita econtra solitudo et passio sine exemplo, praesertim Deo auctore illata (quod sentit, qui patitur) inconsolabilis est cru-

ciatus. Hic enim oculus (ut dicitur) iniquitatis aliena felicitate et sua miseria male vexatur, et contra Deum fortiter irritatur, quale et Job legimus contigisse, qui tamen et ipse in iis omnibus non peccavit, nec stultum aliquid contra Deum locutus est, ingens certe praeconium fidei inaestimabilis.

Quod autem toties ingeminat, speraverunt, speraverunt, clamaverunt, speraverunt, liberasti eos, salvi facti sunt, non sunt confusi, puto ego prae vehementia tentationis fieri, quae novum hoc suae passionis genus, collatum priscis patrum adversitatibus, non queat satis deplorare. Tamen si quis ea velit distribuere diversis patrum saeculis, non resistam. Potest forte iste versus: „In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos," ad patriarchas, Abraham, Isaac et Jacob, referri, qui in domino sperantes mirabiliter servati et custoditi sunt, sicut Ps. 104. [105.] dicit: „Et transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite indignari." Et Deutro. 32.: „Circumduxit eum et custodivit eum, sicut pupillam oculi etc."

Alter versus: „Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt," ad exitum populi de Aegypto et ad judices Israel pertineat. Nam de filiis Israel in Aegypto scribitur, quod clamaverint ad dominum et clamor eorum pervenerit ad dominum. In Judicum autem libro saepius dicitur: „Et clamaverunt ad dominum et misit eis salvatorem, qui liberaret eos," ita ut Ps. 77. [78.] de eisdem dicatur: „Saepe liberavit eos."

Reliquum vero: „In te speraverunt, et non sunt

confusi," pertineat ad tempora regum, praecipue Samuel, Saul et David, quando praeclara multa feliciter gerebat populus iste in fiducia domini sui, nec solum non premebatur, ut clamaret, sicut tempore judicum, sed ut victor ubique imperium suum propagabat. Unde et dicit: „Non sunt confusi," id est, excellenter glorificati et exaltati, ut sic Christum per haec tria intelligamus comprehendere omnes historias patrum ab Abraham usque ad se ipsum, in quibus mirabilia Dei claruerunt, ut fieret laudes Israel.

Observatum est et illud, quod „patres nostri" dicit, sese faciens sicut unum e populo illo, propter assumtam carnem, qua verus et naturalis filius patrum erat, sed non carnaliter nec naturaliter genitus.

Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis.

Christum hoc loco vermem dici (id est) sine patre, sine concubitu de sola matre natum, et non hominem (id est) Deum, ut aliqui patrum volunt, arbitror intempestive dici, cum hic non nativitatis nec naturae, sed passionis suae modum velut purus homo indicet. Sed tropum illum vulgarem assumsit, credo, quo proverbialiter vermes et putredinem appellare solemus eos, quos vehementer contemtos et abjectos significamus, sicut et Job 15. dicitur: „Quanto magis homo, putredo, et filius hominis, vermis? Et Isaiae 41.: „Noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel." Rursus Job 17.: „Putredini dixi: Pater meus es, mater mea et soror mea vermibus." Vermis enim (ut meum spiritum sequar) non modo res est nullius spei aut usus, sed etiam nausea et abominatio, in putredine et foetore natus, vivens et morans.

Ita Christus derelictus in passionibus ignominiosis, ceu vermis in putredine, nullius spei et usus amplius erat in oculis hominum, imo nausea et abominatio, propter vehementem putorem et ignominiam crucis, sicut et tota ecclesia similibus passionibus desperata vermis apud Isaiam dicitur, ut vidimus. Affectum enim hominum pingit esse versus in passionibus Christi scandalisatum et offensum, his enim, etiamsi boni videantur, putet, sordet, sicut vermis et putredo, et abominabilis est passio et crux Christi et suorum, sicut figurat Moses, fugiens virgam suam in serpentem versam, Exo. 4.

Eodem tropo vulgi dicit: „Et non homo", ubi cavit spiritus, ne naturae nomen אָדָם, sed virtutis אִישׁ poneret, ne quis veritatem naturae humanae hic negari calumniaretur. Sic enim et vernacula nostra dicimus de vehementer infirmis aut contemtis: Ist nit eins Menschen mehr werth. Et Isai. 53. dicit eum novissimum virorum, ut infirmitatem et inutilitatem ejus inter homines declaret, ubi iterum loquitur pro affectu hominum contemplantium passiones Christi, in quorum oculis jam nullius virtutis, ne homo quidem censendus ac desperatus omnino videbatur.

Haec autem dicit per contentionem (ut coepit). Patres (inquit) speraverunt et liberasti et servasti eos, me vero clamantem et sperantem sic derelinquis, ut vermis et non homo sim in omnium oculis, quia illi (ut Aug. recte exponit hoc loco) in hac vita reparaverunt salutem, dominus autem flagellabatur, et nemo subveniebat, sputis deturbabatur, et nemo subveniebat, spinis coronabatur, et nemo subveniebat, levabatur in ligno, nemo eruit. Haec ille, nihil enim vir-

tutis in eo fuit, ut nullus hominum adeo fuerit derelictus. Nec id satis.

„Patres speraverunt et non sunt confusi," imo honorificati et celebres in orbe facti, sicut de David dicit, 2. Reg. [2. Sam.] 7.: „Fecit tibi nomen grande, juxta nomen magnorum, qui sunt in terra." At Christus factus est opprobrium hominum et abjectio plebis, id est, tale, quod homines ceu vituperium fugere et aliis imprecari solent, ac si dicat: Sum factus in proverbium et exemplum malae imprecationis. Active enim et passive hic opprobrium accipiendum est, quo homines opprobrantur, et opprobrant seu convitiantur et imprecantur invicem. Sic abjectio, qua abjiciuntur et abjiciunt, sive contemnuntur et contemnunt, quod Pau. 1. Cor. 4. clarius dicit: „Facti sumus tanquam purgamenta hujus mundi et peripsima omnium usque adhuc."

Sic Christus maledictum factus est, ut non majore opprobrio discipuli ejus maledicerentur, quam quod essent christiani, sicut Ps. 30. [31.] dicit: „Factus sum opprobrium viciais meis valde, et timor notis meis." Et 87. [88.]: „Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi." Et Ps. 68. [69.]: „Extraneus factus sum fratribus meis et peregrinus filiis matris meae." Usque hodie enim et in finem mundi perseverat hoc opprobrium et abjectio ejus, quod scandalum crucis Paulus appellare solet, ita ut pauci sint, qui non erubescant eum coram hominibus, et non scandalisentur in eo, id quod in patribus non contigit, qui a morte praeservati, praesertim ignominiosa, semper in gloria et reverentia hominum permanserunt.

Observemus autem pondus, horrorem simul et

solatium verborum. Homines et populum allegat, quibus opprobrium et abjectio factus sit. Quis non homo? quis non est de populo? quis ergo in Christo non scandalisatur? Horror est verbis istis intendere, et tamen solatium est similia passis ea novisse. Prudentia carnis, lib. arbitrium, ratio ad optima deprecans, vires naturales, et id genus hominum studia, quid faciunt? Christum habent pro summo convitio, opprobrio, contumelia, maledicto. Haec est praeparatio eorum ad gratiam. Ubi hic argumentum multitudinis, magnitudinis, longitudinis, quo nituntur sophistae illi gratiae Dei inimici?

Vides ergo confessorem Christi et praedicatorem evangelii Dei talem esse oportere, qui non miretur, si omnes homines et totus populus eum exhorreat et abominetur, imo nisi abominetur, nondum esse perfectum Christi confessorem. Argumentum enim salutis suae est, esse opprobrium hominum et abjectionem plebis. Sic enim et Hiere. 20. queritur: „Et factus est mihi sermo domini in opprobrium et in derisum tota die.“ Et Christus: „Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.“ Et Matth. 5.: „Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter me.“

Et notandum, quod homines et populum per extenuationem et tapinosin dicit, quomodo Johann. 2.: „Ipse enim sciebat, quid esset in homine.“ De iis enim loquitur, quos communi sensu bonos et pios arbitramur, quos et veritati videmus applaudere et adhaerere, quales erant tempore Christi turbae laudantes et magnificantes Deum in omnibus, quae gloriose fiebant ab eo, ut habent evangelia. Donec enim veritas in gloria regnat et prospere procedit,

mire ardent ejus studio et favore, quos Christus significavit semine parabolico in petrosa jacto, quod natum aruit, quia non habebat humorem, Lucae 8. Sic enim eos ipsemet depingit, dicens: „Qui supra petram, ii sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt, et hi radices non habent, quia ad tempus credunt et in tempore tentationis recedunt." Et Johann. 2. egregie eos describit: „Cum esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quae faciebat. Ipse autem Jesus non credebat semet ipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, et quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine."

Hi ergo licet non persequantur veritatem, doleantque eam opprimi, non tamen ei assistunt, sed erubescunt, formidant, derelinquunt, tacent, sinuntque eam opprimi, sicut diximus e Ps. 68.: „Factus sum timor notis meis," de quibus Christus Matth. 10.: „Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo." Lucae 9.: „Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam et ego eum coram angelis Dei." Ideo eos appellat homines et populum, ac si diceret: Es sein Menschen, und der unnutz Haufe. Ubi simul discimus, quam sit ignominiosum coram Deo, non esse plus quam hominem et populum, et quam pauci, qui in cruce domini nostri glorientur. Hi enim non homines, sed dii, non populus, sed exercitus sunt. Unde dictus dominus exercituum, hoc est, electissimorum e populo bellatorum, populus autem fex et vulgus hominum ignavorum.

Debet ergo opprobrium hominum et abjectio plebis accipi tam in genitivo quam dativo casu, ut

Christus sit opprobrium hominibus et hominum et abjectio plebi et plebis, ut tam activam quam passivam significationem comprehendamus. Et apte plebis magis, quam populi dicitur, latino saltem usu, quod plebs sit pars et infimum vulgus multitudinis alicujus, populus vero totam multitudinem, in qua principes et nobiles includuntur, significat. Et propheta quoque non hic vocabulum virtutis אִישׁ, sed naturae אָדָם posuit, non dicens opprobrium אִישִׁים, sed opprobrium אָדָם, id est, terrenae istius massae hominum, in qua nonnisi naturae sensus viget, expers virtutis et gratiae. Igitur bis Christus est opprobrium et contemtus, sic enim haec nomina transtulit Ps. 118. [119.]: „Aufer a me opprobrium et contemtum," persecutoribus vero et oppressoribus quid sit, sequitur.

Omnes videntes me, deriserunt me. Locuti sunt labiis, et moverunt caput. Speravit in domino, eripiat eum. Salvum faciat eum, quoniam vult eum.

His non est opprobrium neque contemtus, quia non erubescunt eum; quem nunquam acceperunt, sed derisio et subsannatio, quorum furor facit, ut infirmis illis sit opprobrium et contemtus. Et insigniter notandus ordo, quod, antequam mala recitet, quae patitur, blasphemias queritur, et ante has contemtum publicum hominum, ante omnia vero desertionem Dei, quia revera et hic ordo gravitatis est passionum, quod atrocior est blasphemia persecutorum, quam ipsa persecutio, quam auget contemtus hominum publicus, cum non sit, qui saltem consoletur. Super omnia vero affligit, quod ne Deus quidem taliter passum, blasphematum, contemtum et abominatum solatur, qui

imen novissimum est miserorum refugium. Licet
sque nullus ferme ordo fuerit passionum Christi, fu-
ntibus in eum et omnia confuse agentibus Judaeis,
se tamen pulchre eas in ordinem redigit, incipiens
gravissimis, procedens ad finem usque omnium pas-
onum suarum, resurrectionem scilicet et gloriam
gni. Unde et apte sequitur versus hic praeceden-
m, dum dicit:

Omnes videntes, deridebunt me. Non quod
tiam mater et noti ejus eum deriserint, sed affectu
lo communi id dicit, quo videt sese publicum oppro-
rium et abominationem esse, quem nemo audebat
onsolari aut tueri. Quo tropo Ps. 6. dicitur: „Inve-
ravi inter omnes inimicos meos.“ Ita hic: Non est,
ui me tueatur aut consoletur, adeo me omnes non
odo affligunt, sed afflictum etiam deridént. Hoc
ffectu et nos diceremus: Ei spotten sie mich denn
lle, ist denn Niemand, der mich tröstet? Non quod
ullus assit, qui faveat, sed quod non sentiat nec
xperiatur eum favorem, et ejus sensus seu expe-
ientiae vox est: „Omnes videntes me, deriserunt me.“
ossis et hic synecdochen facere, „omnes“ pro multi
x illis, quae figura frequens est in sacris literis,
ed meo judicio affectum patientis prior sententia
lenius tradit.

Emphasin habet et epitasin verbum „videntes me“,
uod novissimum blasphemiae genus sit, palam in fa-
iem derideri, et in os contumelias congeri. Levius
nim audiuntur irrisiones et contumeliae ad absentem
er alios relatae, sed videre et videri, nec posse
eclinare faciem a derisoribus vehementer angit.
Quae autem fuerit derisio, sequitur: „Locuti sunt
abiis, et moverunt caput.“ Aptius Hieronymus:

Demittunt labium, significat enim hoc verbum proprie gestum deridentis, qui demisso porrectoque labio inferiore os detorquet in eum, quem deridet. Noster autem, quia os aperire in sacris literis significat loqui, ideo transtulit: „Locuti sunt labiis." Verum aliud aperiendi verbum hic locus habet. Nimia autem his verbis exprimitur fiducia furentium, quae et ipsa non parum auget afflictionem, ubi furori jam velut parta victoria nullum negotium est persequi patientem, qui tamen ipse vexetur summis angustiis.

Sunt autem isti duo versus ab evangelistis de Christo manifeste adducti, ut non sit in hoc necessaria nostra opera. Dicit enim Matth. 27.: „Praetereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua, et dicentes: Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult, dixit enim, quia filius Dei sum."

Et obiter notandum, quod evangelistae nullam ferme passionis dominicae portionem pluribus et gravioribus verbis tractant, quam hanc ipsam derisionem et blasphemiam, insultationem et quidquid his versibus dicitur. Sed et verba ipsa versuum istorum satis indicant vim ignitam et atrocissimam istorum jaculorum violentiam. Dicunt enim repetitis et incessanter urgentibus vicibus: „Speravit in domino," et iterum: „Eripiat eum," et iterum: „Salvum faciat eum," et iterum: „Quoniam vult eum," per iteratas istas ironias affirmatae salutis insuperabilem molem negatae salutis opponentes. Incredibile enim est, quot ictibus iisque validissimis concussum sit cor ejus per has voces.

Haec sunt illa tela ignita poniru, (id est) nequissimi adversarii, de quibus Paulus Ephe. 6. docet. Quid enim violentius, quam spem in Deum labefac-

re, nec labefactare modo, sed velut labefactam et orsus inanem non saltem narrare, sed gaudere, inltare et deridere?

Porro ultimum suppliciorum, intentare immobilem i praedestinationem seu potius odium, dum dicunt: luoniam vult eum.“ Nam et hoc non simpliciter nuntiant, quod abunde satis erat mali, sed insultant rident. Neque enim haec nequissimorum ignitisna jacula Christum nonnisi aure tenus attigisse, d in medullas et ima cordis penetralia impetu praelido irruisse credendum est. Id enim necessarium at propter nos, ut mala haec victa in Christo nobis noxia redderentur.

Et quando hic locus vocat et res utilis est, grediendum est paulum, quo nobis ex hoc Psalmo um paremus harum rerum in tempus opportunum. tque inprimis intelligere nos et gratias agere oport, quod Christus has omnes passiones non modo noxias, sed et sanctas salutaresque reddiderit in met ipso, sui cordis optimi et sanctissimi amplexu sensu, ut deinceps, qui christianus est, eo sit felior et beatior, quo similiores et plures pertulerit, felix autem et plane a Christo alienus, qui pertinater eas abjecerit et fugerit. Hic enim impletum it, quod dictum est Malachiae 2.: „Benedicam madictionibus vestris, et maledicam benedictionibus estris.“ Si enim per contactum mundissimae carnis mnes aquas sanctificavit ad baptismum regenerationis, quanto magis voluntatis et Spiritus sui pussimi contactu sanctificasse credendus est omnes as aquas fluminis fortes, passiones et mala, ad inoitum aeternae salutis?

Et breviter, totus mundus christiano sanctarum

reliquiarum thesaurus est. Quodsi reliquias vulgares, passim festis, pompis et diebus celebramus, quanto magis has multo sanctiores, quae et illas reliquias sanctas esse fecerunt, suis pompis celebrabimus, pompis inquam spiritualibus, quae sunt laus et gratiarum actio in mediis his malis, seu potius optimis bonis, sicut dicit Ps. 33. [34.]: „Benedicam dominum omni tempore.“ His enim solis pompis honorantur istae reliquiae, non auro, non purpura, non gemmis.

Depicta est itaque nobis in hac tabula, bellum illud novissimum, quo in morte cum diabolo, atque adeo cum ipso Deo universaque creatura pugnamus, ubi Satan ut ultimis ita instructissimis copiis nos impugnat. Non enim hic ad desperationem urget, sciens hoc impulsu nos excitari ad resistendum sibi, sed ipsam resistentiam aggreditur, atque velut jam diu victam spem irridens, conatum ad spem excitandam opprimere molitur. Hoc non fit in aliis tentationibus, ubi spes et fides pugnant. Hic fides et spes, quae pugnare debent, impugnantur, et de certamine certamen est, bellum alio bello defendendum, pugnandum, ut pugnare liceat, et resistendum ei, qui resistere dissuadet, majoreque labore superandus, qui a bellando retrahit, quam qui bellare cogit.

O Deus, quid hic facient operarii illi et legistae justitiarii, qui fidem et verbum, quid sint, nunquam cognoverunt, quando hic justus vix salvus erit, qui vim et verbi et fidei probe callet? Quid igitur faciet anima justa his circumdata angustiis? Domini sui recordetur, qui dixit: „Non est servus major domino suo.“ Si ipse clamavit et non est exauditus, et

omnia haec audivit, quae hic dicuntur, gaudium aut saltem patientia sit, et servo talia contingere.

Et totam larvam Satanae, qua desperationem molitur operari in morituris, videamus. Primum est, videri omnibus, secundum, derideri, tertium, labium torqueri, quartum, caput moveri, quintum, audire: „Sperat in domino, eripiat eum," sextum: „Salvum faciat eum, quoniam vult eum." Hic queas illud Job. 5. dicere: „E sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum."

Primus terror est, dum aperiuntur oculi animae, et sentit sese nudari revelarique in conspectu universae creaturae, cum ignominia totius suae gestae malae vitae, et hic etiam ea, quae optima et honorabilis in mundo fuit, foeda et ignominiae plena inveniatur, nec invenit latibulum aut refugium, quo se occultet aut tegat. Egreditur enim jam et egressa omni corporali creatura ceu vestimento quodam exuitur, cogiturque videre et videri permittere quaeque occultissima dedecoris sui. Tunc impii, vestimenti hujus sui tenaces et cupidi, nudari summa aversione recusantes, et tamen resistere non potentes, dicunt: „Montes cadite super nos et colles operite nos." Tunc sentit, quid sit dicere: „Omnes videntes me, nihil enim opertum, quod non reveletur, et occultum, quod non sciatur, quoniam quae etiam dixistis in tenebris (nedum fecistis) in lumine dicentur, et quod in aure locuti estis in cubili, praedicabitur in tectis.",

Secundus cum derident, non solum enim non tegunt, sed irrident, non quod creaturae Dei bonae derideant, sed quod impiis animabus aut talia patientibus omnia sic videntur sese deserere adeoque non

misereri, ut etiam deridere videantur, sicut monstratur Matth. 25. in virginibus sapientibus, stultas irridentibus, dum dicunt: „Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes et emite vobis.“ Cum enim anima operibus malis et vita impia sit ignominiosa, singuli universae creaturae adspectus activi et passivi erunt velut voces malam vitam ejus detestantes, exprobrantes, et insipientiam ejus ridentes, quod non alia fecerit et meliora meruerit, dum in vita licuit. Atque ita suae justitiae et illius iniquitatis intolerabili comparatione foedissime derisam statuent in medio omnium, sicut Judaei Christum erga se velut justos inter sceleratos velut iniquissimum statuerunt, derisum coram omnibus, maxime vero daemones hic instant dirissimis ejus generis cogitationibus animam fatigantes.

Tertius est, si haec duo parum sunt, et anima fortis fide haec aut tulerit aut superarit, ad majora venitur, et terroribus potentissimisque scripturae divinae sagittis res incipit agi. Allegant autem nonnisi minaces terribilesque auctoritates cum exemplis horrendis irae Dei, quales sunt illae: „De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die judicii.“ Item: „Virum injustum mala capient in interitu.“ Item: „Vae vobis hypocritae,“ et omnia illa in impios jaculata dura verba et facta. Posita autem hac majore, facile et pronum est, cooperante uniuscujusque propria et naturali conscientiae infirmitate et scrupulositate, minorem subsumere et dicere: Tu autem es talis, hoc est, quod hic dicit, demittunt labium.

Sequor enim hic elegantem eorum sententiam,

qui duo labia interpretantur duo testamenta, labium inferius verbum legis, quod, cum per se operetur iram, augeat peccatum, et sit verbum mortis, rhomphaea cherub terribilis prohibens ingressum paradisi, astu tamen et nequitia daemonum in hac tentatione distorquetur et in speciem longe, quam per se sit, deformiorem et terribiliorem deformatur. Ideo enim et leviathan vocatur, quod peccata nostra augeat et benefactis etiam addat reprehensionem, nihil relinquens non accusatissimum, quantis viribus potest. Qui aliquando haec senserit, facile intelligit, quae dico, sicut Job, qui dicit: „Sagittae domini in me, quarum indignatio ebibit spiritum meum," cum tamen esset innocens etiam Dei ipsius testimonio, et rursus: „Inimicus meus intuitus est me oculis terribilibus." Huic potest et nostra translatio aptari: „Locuti sunt labiis," id est, tantum litera mortis et terroris, non etiam spiritu vitae et solatii.

Quartus, dum movet caput, hoc est, si anima nitatur et superioris labii solatio sese juvare, id est, verbo evangelii Christi, qui caput omnium est, adversus violentam legis iratae et occidentis sagittam inique et depravate intentatam, occurrit Satan et movet hoc caput ac dubium reddit. Quanquam enim labia et capita Judaeorum impiorum mala essent, tamen rei bonae malum usum non inepte significant, cum utraque sint bona opera Dei, licet usu malo per impios occupata. Ita lex bona, evangelium bonum potest per daemones male et perverse tum tractari tum obtrudi, praesertim in hac hora novissima, in qua nihil vellent salutare et integrum relictum miserae animae.

Non autem abjiciunt sed movent caput. Christus enim justitia nostra est, 1. Cor. 1., in qua per fidem constanter gloriamur, tanquam nostra propria, quando nostra satisfacere legi et stare in hac hora non potest, et tamen hoc caput nobis audet movere, et labium infernum legis in tantum porrigere, ut praeminent superno labio evangelii, et anima in Christo incipiat nutare, non quod credat ipsum non esse caput, sed ut dubitet sibi esse caput, cum hoc motu et dubio jam simile sit abjiciendo capiti. Solent enim derisores illi simul labium porrigere et simul caput movere, ut monstretur, quomodo ira legis exaggerata et vehementer amplificata etiam fidem Christi robustissimam concutiat et tremefaciat, ut videmus in morituris. At ista concussio, cum sit periculum amittendi Christi, in quo uno sita est salus ejus, incredibili cruce torquet animam. Sic et Christo suum caput, id est Deum, mobile fecerunt, ut similis nutanti clamaret: אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי.

Nec solum per verbum legis, quod infernum labium est, caput hoc movent, sed multo maxime per evangelium, quod supernum labium est, quod fit istis et similibus verbis: „Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum.“ Et iterum: „Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur.“ Item „semen, quod cecidit super petrosa.“ His enim fulminibus sic concutitur anima, ut dubitet, an fides sua sit ex Deo plantata, vel ex naturalibus simulata. Sic enim retrahitur ab ea evangelii solatium in Christo, quod significant derisores, quando porrecto inferno labio supernum simul reductum dentibus involvunt.

Quintus, quando cogitat anima Christum non facere nisi quae Deus ordinarit, et audit illud: „Non sum missus, nisi ad oves, quae perierunt domus Israel," et iterum: „Non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus." Hic ablatus negatur Christus esse caput, et in solo Deo speratur, qui faciat Christum sibi reddi. Hic sine mediatore agitur res, et disputatur de Dei beneplacito ac voluntate, in quam sese Christus refert, illud dicens: „Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhabita, et in Israel hereditare, et in electis meis mitte radices." Concluditur hic, quod Christus nonnisi in electis idque immutabili Dei praecepto sit caput, ubi jam ad summum itur praedestinationis periculum, hoc est, quod hic dicunt: „Confidit in domino, eripiat eum," ac si dicant: Christum non esse tuum, jam vides, quia desereris, et dubium an te Deus de numero eorum habeat, quibus Christus caput est. De hoc dubio proceditur ad novissimum malum, quod sequitur.

Sextus et novissimus est dubii praedicti conclusio, non esse eum praedestinatum, et ut praecedenti terrore portae inferi aperiuntur, et gustus inferni sentitur, ita hoc novissimo jamjam intruditur et absorbetur, urgetque puteus super eum os suum, et paulominus habitat in inferno anima sua. Hoc faciunt, quando dicunt: „Salvum faciat eum, quoniam vult eum." Neque enim simpliciter dicunt: Quoniam vult, potest aut novit, sed vult, nec solum vult, sed addunt „eum", cum nemo dubitet Deum posse, nosse, velle salvum facere, sed an et eum velit, hoc moliuntur illi dubium, imo nihil facere. Hic igitur cum sce-

leratis et perditionis filiis reputatur, nec tunc aliud sentit homo miser. Hic blasphemiae et murmura et maledicta prope sunt in januis, et Deus incipit judicari iniquus, saevus et crudelis, et ea quae his malis comitantur.

Quid ergo hic faciet anima angustiis plenissima et victa penitus? Ante omnia caveat, ne cum cogitationibus et daemonibus super iis rebus disputet nec respondeat, sed obsurdescat ad ista objecta, sinatque praeterfluere, sicut illi Daniel. 3., cum rex Babylonis dixisset: „Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea?" dixerunt: „Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, et de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia Deos tuos non colimus." Sic oportet piam animam velle nescire Dei secretum super se, nec scrutari majestatem, ne opprimatur a gloria, Prover. 25., nec permittere, ut inducatur ad hoc impossibile, quo pelagus inscrutabile divinae sapientiae exhauriat et Deum tentet. Hoc enim conantur daemones, dum urgent, ut homo certus esse cupiat et curet de sua praedestinatione. Ein fährlicher Furwitz ist das.

Ita et Christus prorsus tacet, et ne syllabam quidem iis blasphemiis respondet, nobis in exemplum, ut et nos ita faciamus. Neque enim alia via vincemus hoc mali, quam qua Christus vicit. Etsi arduum sit hic tacere, quiescere et sinere, ut irritantissimae et acerrimae voces praeterfluant, tamen cum non sit alia ratio, laborandum et audiendum illud Esaiae. 7.: „Vide ut sileas," et 30.: „In silentio et spe erit

fortitudo vestra," et Thren. 3.: „Bonum est praestolari cum silentio salutare Dei, sedebit solitarius et tacebit, quia levavit super se, ponet in pulvere os suum, si forte sit spes." Hoc enim silentium saluberrimum Satan iniquissime ferens summo illo tumultu interturbare nititur. Ne ergo Christi exemplum ab oculis unquam seponat.

Deinde fide contra fidem pugnet. Cum enim fides sit rerum non apparentium et substantia sperandarum, vehementer repugnat, imo fidem expugnat curiositas ista scrutandae majestatis, posse et nosse salvare Deum, non est fides in hac hora, id enim experimento evidentissime sentit. Item s. Petrum salvum fieri Deo volente, et omnes sanctos et electos aeque, jam non credit, sed scit. Verum te et me velle salvum facere, hoc non apparet, nec apparere debet. Haec voluntas incomprehensibilis est et esse debet. Ideo sola fide hic opus est, et ea fide, quae non dubitet Deum facere et facturum esse secum, quod justissimum fuerit, sive servet, sive perdat. Hic enim manet gloria et laus Dei in ore nostro, cum Deo nonnisi justitiam tribuimus in omni voluntate ejus, etiamsi hanc ipsam justitiam non videamus, sed tantum credamus, tam potenter contrarium suadente humano affectu et daemonum persuasione. Impossibile autem est eum perire, qui Deo gloriam tribuit et eum justificat in omni opere et voluntate sua, sicut dicit 1. Reg. [1. Sam.] 2.: „Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum."

Manifeste ergo patet, nequitiam Satanae esse hanc tentationem de praedestinatione, tantum ut fidem exstinguat, cui consilio apostoli scuto fidei occur-

rendum, et tela hujus iniqui ignita in eo extinguenda. Vere iniquus, id est, versutus est et ignita sunt ejus jacula in hac hora novissima, quia astutissime hominem retrahit ab iis, quae non apparent, ut statuat eum in iis, quae apparent. Vult enim hominem facere et judicare secundum quod sentit, non secundum id, quod non sentit. Sentit autem sese derelinqui, et non sentit sese praedestinari. Si ergo secundum sensum agat, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus, non potest fieri, ut servetur. Agat ergo secundum fidem, id est, insensibilitatem, et fiat truncus immobilis ad has blasphemias, quas in corde suo suscitat Satanas. Non enim sua sunt, sed Satanae ejusmodi objecta et sensa cordis. De hoc satis.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae. In te projectus sum ex utero, de ventre matris meae Deus meus es tu.

Hic incipit mitescere tribulatio et ad victoriam inclinare spes, satis tenui anxieque quaesito et invento sustentaculo. Postquam enim sine exemplo sese pati sensit, ut nihil eum juverint inspecta mirabilia Dei patribus exhibita, ad propria venit, et in iis apprehendit Dei benevolentiam, quae sibi soli singulariter aliquando exhibuit, ut qui singularis fuit prae toto Israel in omnibus aliis, etiam singulariter passus, singulariter salvaretur. Itaque invenit tandem omnibus frustra lustratis mirabilia Dei in se ipso gesta, et his sese animat ad fiduciam orandi et deprecandi, ut sequetur, scilicet tam acute et exquisite quaerere docet angustia et tam tenues rimas.

Duobus autem versibus repetit et inculcat hoc
us Dei, quo eum de ventre eduxit, ut spem firmet
sese corroboret. Sic enim solet anxius repetere
quo nititur, ut fixa mente in Deo perseveret. Hic
im vere ingeminatur sententia propter vehementiam
ectus. Quo autem efficacius infigat opus Dei in
rde suo, non simpliciter nativitatem et educationem
am recitat, sed periphrasi, imo definitione aliisque
uris eas explicat, nativitatem appellans extractio-
m sui de ventre, et educationem sui spem ad ube-
matris etc. Credendum est enim hoc dici in sin-
lare miraculum Dei commendandum, quo supra na-
ram conceptus est de Spiritu sancto, natus ex vir-
ne matre, ut emphasis sit in verbo „extraxisti" et
itasis in „ventre", hoc modo:

Ceteri filii hominum de mare et foemina nascun-
r, utriusque ventre non modo non invito et re-
ente, sed libidinoso impetu cogente et confluente,
etumque effundente e penetralibus naturae. Me
ro de ventre casto et sterili (quia virgine), qui
n modo non fluxit sponte, sed nonnisi repugnante
tura tuamque solius manum patiente extraxisti.
cut enim apis e flore trahit favum prudentissime
rem non violans, ita Spiritus sanctus e ventre vir-
nis, non violans, extraxit Christum, ita habentem
re naturam carnis sine peccato, sicut favus habet
turam floris sine corruptione. Non ergo natura
udit hunc partum, sed Deus extraxit et auxit e
tura, incorrupta et inviolata ipsa. De nobis vero
citur crassum illud Job. 10.: „Sicut lutum fecisti
e, nonne sicut lac mulsisti me? et sicut caseum
agulasti me," ubi carnis generationem paene im-

pudenter, nisi spiritus pudicissimus lóqueretur, edisserit.

Et „de ventre“ inquit, non utique de lumbis viri, „extraxisti me“, ut mater virgo fuerit illaesa in conceptu et partu, et ego singularis prae ceteris sine peccato et merito tantarum tribulationum conceptus et natus. Innocentiam enim hic suam intuetur, qua et consolatur se ipsum, videns quod nihil in eo esset, quare pateretur, sed aliorum tantum peccata ferret, sicut alio Ps. dicit: „Congregata sunt super me flagella et nescivi,“ id est, non eram mihi conscius meritorum flagellorum.

„Spes mea ad ubera matris meae,“ id est, qui me fecisti sperantem etiam tum, cum ad ubera matris meae penderem et alieno officio alerer, velut impos mei ipsius, hoc est, ab initio mei. Quanto magis nunc me non deseres in finem, qui tunc mei curam habuisti solus, etiam nunc idem et solus habebis, quando iterum mei impos et solus sum. Iterum hic Christum sine peccato iste versus facit, dum eum sperasse docet, etiam infantem, cum spes sit gratiae, non naturae opus, id quod non convenit ceteris filiis hominum, qui nascuntur filii irae et diffidentiae. Quos cum et ipse curet gratuito munere, non tamen sperantes et spiritu plenos facit, donec alia nativitate immutentur et extrahantur denuo de ventre ecclesiae, tum ad ubera ejusdem sperent in eum, ut sint id in spiritu, quod Christus carne et spiritu.

Idem est, quod sequitur: „In te projectus sum ex utero,“ per repetitionem (ut dixi) positum, nisi quod clarius explicat spem Christi in Deum. Projici enim super Deum, est prorsus sese committere et

t dicunt), resignare cum fiducia in manus Dei, sicut
. 36. [55.] docet: „Jacta super dominum cogita-
m tuum (id est, curam seu sollicitudinem tuam) et
se te enutriet.“ Et 1. Pe.: „Omnem curam proji-
entes in eum, scientes quoniam ipsi cura est de
bis.“ Et Ps. 39. [40.]: „Ego autem egenus et
uper sum, et dominus sollicitus est mei.“ Et 26.
27.]: „Pater meus et mater mea dereliquerunt me,
minus autem suscepit me.“ Tale est, quod et hic
ristus se ipsum exhortans commemorat Deum fuisse
ratorem et tutorem ab infantia, quam dulcibus et
tensis periphrasibus recitat, ventrem, uterum, ubera
minans. Valde enim consolantur haec opera Dei,
ento studio ruminata, ut si diceres in Christi per-
na: Adeo mei fuisti sollicitus Deus, ut in ventre
tris me formares, deinde mox, ut haberem, unde
matus viverem et alerer, lacte replevisti ubera
tris, et gremio sinuque ejus me fovisti.

Similibus affectibus pulchre ludit Aug. suarum
nfess. li. 1. laudans et admirans creationem sui
(ut dicit) suscipientes se miserationes Dei per mi-
terium matris. Et Ps. 138. [139.]: „Non est oc-
ltatum os meum, quod fecisti in occulto, et sub-
ntia mea in inferioribus terrae. Imperfectum meum
lerunt oculi tui etc.“ Quae cogitationes licet
eriles sint et muliebres, tum vehementer intempe-
vae, ut quae non loco suo memorentur in tantis
lis (sic enim sapientia carnis de neglecto decoro
nsatur, quae virilia cogitare doceret), tamen expe-
ntia, imo exemplum Christi hoc loco nos recte in-
tuit, in mollibus istis et delicatissimis operibus Dei
moriam nostram involvere et inter durissimas robu-

stissimasque offas irae et flagelli Dei recurrere ad molliciem lactis, ventris, affectus materni, et omnium tenerrimarum illarum miserationum, infantili aetate exhibitarum, ut, sicut in die malorum memores esse jubemur bonorum, ita in die robustorum memores simus tenerrimorum, et dum patimur viri, recordemur eorum, quae acceperimus pueri.

Breviter quam potens et efficax sit ista memoria lactis, affectus et ventris materni, et quam tunc omnia fiant castissima et electissima, quae extra tentationem vel foeda vel contemta sunt, experientia et affectus solum docent. Christus ad ubera matris pendens vel in praesepio positus, si intento corde coeperit spectari, quod malum non mox fugat, quam infirmitatem non confortat? Fac periculum et intelliges, quid sit divinam illam majestatem videre versantem in puerilibus, id est, infimis et fere ludicris operibus, et ad spectaculum magis, quam ad serium aliquod paratis.

Solus tamen Christus dicit: „In te projectus sum ex utero," cum nos in diabolum projiciamur ex utero quoad vitam spiritus, licet et nos in Deum projiciamur quoad vitam naturae. Ipse enim vult omnes homines salvos fieri, et multiplicat gratiam suam, ut salvet homines et jumenta, aperiens manum et implens omne animal benedictione. Ita et solus Christus dicit: „De ventre matris meae Deus meus es tu," cum nos idololatrae nascamur, in peccatis concepti et aliti. Sic innocentiam suam et patris tenerrimam sollicitudinem contemplans, paulatim recedentibus majoribus cruciatibus animi, venit ad cruciatus corporis, jam longe fortioribus affectibus orans

am a principio, ubi se derelictum et non exaudien-
m conquestus est. Jam vero et orare incipit et
erare exauditum iri sese, licet alio modo, quam a
incipio narravit, eruditus enim scit sese exaudiri
n ad hanc vitam servandam, sed meliorem redden-
m. Dicit itaque:

e discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est, qui adjuvet.

Hierony. et Heb.: Ne longe sis a me: Non
im significat Deum discedentem, quasi prope fuerit,
m superius derelictum sese clamarit, sed id potius
lt, ne Deus perseveret longe esse, sed approperet
ndem, qui jam nimio discesserat, id quod et se-
ens sententia indicat: „Quoniam tribulatio proxima
t," quae proxima non esset, nisi Deus longe disces-
sset. Accedat ergo Deus, ut discedat tribulatio,
ope fiat ipse, ut ista longe fiat. Nam tribulatio
opinqua non intelligitur de tempore, quasi futura
t de proximo, sed de violentia, intensione et vehe-
entia cēu loco, quod non sit amota ab eo, imo
olenter instet, et premat eum, ut sequitur, se ipsum
xponens: Quoniam non est adjutor, sicut supe-
us salutem longe positam queritur, non tempus sed
tensionem passionis significans. Ita et hic sentien-
ım. Et hic vides, quomodo omnes videntes, qui
eriserunt eum, pertineant ad persecutores, quia
cet mater et amici praesentes essent, tamen quasi
on essent, videbantur, cum nullus eorum adjuvaret,
uod et ipsam auxit tribulationem potius quam miti-

gavit, cum jam et super eos pateretur, et illi secum cruciarentur animo.

Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.

Hic incipit ordine narrare, quae sit tribulatio illa proxima, et quomodo non sit, qui adjuvet, quia, inquit, solus sum in medio multorum vitulorum et pinguium taurorum, id est, ferocientis populi judaici et principum ejus. Non solum enim non est, qui adjuvēt, sed nec fugere potest undique obsessus, ut Ps. 2.: „Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae et principes convenerunt in unum." Populum enim vitulos vocat et tauros Basan principes, ut e Ps. 67. [68.] patet: „Congregatio taurorum in vaccis populorum."

Sed numquid impatiens Christus contumeliis retaliat suos persecutores, dum eos vitulos et tauros vocat? Nequaquam, sed allegoricis nominibus brevissime et mores et violentiam eorum, tum causam quoque passionis suae ostendit. Vitulus enim et taurus doctorem et verbi ministrum significat, ut 1. Cor. 9. probatur: „Non alligabis os bovi trituranti." Nam et sese Christus videtur eadem allegoria hic vitulum et taurum subindicare, dum se unicum vitulum inter multos vitulos et unicum taurum inter pingues et crassos tauros pati queritur. Sic enim Gen. 49. de eo scribitur: „In furore suo occiderunt virum, et in voluntate sua subnervaverunt taurum," quod corrupte legimus: suffoderunt murum, vitio scriptoris facile taurum in murum vertentis. Et Ps. 68.: „Placebit Deo super vitulum novellum,

cornua producentem et ungulas" (id est, super Christum passum et evangelica praedicatione clarificatum).

Causa ergo passionis est verbum doctrinae sive ministerium evangelicum, propter quod ab initio mundi in finem insaniunt magistri humanarum legum et ministri operum. Ita et Christus ob solam doctrinam occisus est, nonnisi ab impiis illis magistris populorum. Porro quod illos multos, crassos et pingues facit, sese unicum tenellumque sine adjutore, hoc est, quod diximus saepius, impios adipem suum concludere, Ps. 16. [17.] multitudine et magnitudine niti, ubi veritate inanes sese viderint, et cum ratione vincere nequeant, vi et tumultu opprimere pauperes et solitarios verbi ministros. Id unicum enim habent suae impietatis argumentum, quod multi et magni stent a sua parte, et solus sit verbi minister, cum scriptura contra hoc ipsum accuset, et suum argumentum faciat contra ipsos stare. Itaque verbi apostolos erudit spiritus hoc exemplo Christi, ut sciant multitudinem vulgi et altitudinem mundi adversarios sese habituros, ne in hoc scandalisentur. Sic Ps. 118. [119.]: „Principes persecuti sunt me gratis." Et iterum: „Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur."

Apte autem singulis sua tribuit, populum vocat פַּר, quem et alemannice dicimus Farr, bovem scilicet juvenem, juvencum, robustum et lascivum atque adeo indomitum, quod vulgus et multitudo populi robur sit sine intellectu, sine judicio sineque disciplina. Quis enim belluam illam commotam domet aut sedet? Unde et Ps. 2. fremitum et tumultum illis tribuit d.: „Quare fremuerunt," id est, tumultuatae sunt gentes. Deinde

multos vitulos dicit, quod vulgus sola multitudine constet sine judicio (ut dixi), tantum ad incurrendum et tumultuandum idonea, moderationis plane impatiens et expers. Principes vero tauros Basan, id est, pingues appellat.

Et satis infamis est Basan, sive terrae vocabulum proprium, sive generale pinguedinis acceperimus. Divitias enim, opulentiam, voluptatem, potentiam, gloriam, et quidquid in mundo crassum et eminens est, significat, ut rex Moab, Eglon Jud. 3. Amalec et Agag 1. Reg. [1. Sam.] 15. et pingues Israel, Ps. 77. [78.] et Og, rex Basan, figurant. Igitur multitudo, magnitudo, altitudo, opes, favor, deliciae, gloria, hoc est, totus mundus adversatur evangelio Dei et ministris ejus, solitariis, parvis, paucis, humilibus, pauperibus, afflictis, contemtis et odiosis. Epitasin illam „circumdederunt," „obsederunt" satis in Psalmis superioribus diximus, ne ubique omnia eadem repetamus.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens.

Hoc fecerunt, quando clamaverunt: „Tolle, tolle, crucifige eum," de quo et Hiere. 12.: „Facta est mihi hereditas mea quasi leo in silva, dedit contra me vocem, ideo odivi eam." Indicat enim propheta impetuosam et praecipitem iram Judaeorum, quod, sicut leo rugiens et rapiens aperto ore non tentat aut cogitat, quid facturus sit, sed anhelo impetu id unum agit, ut rapiat, laceret et devoret, ita impii in Christum pontifices prae furia neque cogitant neque vident neque audiunt, quid faciant aut faciendum sit, sed hoc unum anhelant, ut quantocius et quam cru-

fissime perdant. Majoris enim furoris significatio t, quod os leonis apertum, quam ungulas porrectas sit, non enim lacerasse et occidisse Christum satis at Judaeis, sed devoratum et absorptum voluerunt, ejus memoria aboleretur de terra penitus. Sic t omnis impius affectus contra pium. Prover. 1.: Deglutiamus innocentes, sicut infernus viventes, et maculatos sicut descendentes in lacum." Sic . 7.: „Ne quando rapiat sicut leo animam," et 10.: Sicut leo in spelunca sua," et 16. [17.]: „Similido ejus sicut leonis desiderantis rapinam." Hoc tem versu in hebraeo non additur adverbium icut", sed absoluta allegoria appellat populum Jueorum leonem rapientem et rugientem, forte propr epitasin furoris judaici indicandam.

icut aqua effusus sum, et dispersa sunt mnia ossa mea, factum est cor meum sint cera liquescens in medio ventris mei.

Hanc effusionem Christi aptant multi ad sanguism ejus, quod prae ceteris liquoribus aqua ad novismas usque guttas penitus effunditur, ita sanguis hristi penitus sit de corpore exhaustus. Verum hoc ominis commentum esse videtur ad crassos tantum lei et mellis liquores respicientis, cum et vinum et lii multi liquores non minus quam aqua penitissime ffundantur. Melius diceretur, si hunc sensum acceps, sanguinem Christi copiosissime, prodigalissime et ilissime esse effusum sicut aquam, qua nihil vilius et rodigalius effunditur, ut intelligas sanguinem Christi ontemtissimum et nullius pretii fuisse in oculis funlentium illum, sicut Ps. 78. [79.] eodem sensu dicitur: „Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam

in circuitu Hierusalem." Ceteri enim liquores cum cura et observatione et aliis vasis excipientibus funduntur, ut vinum, oleum, balsamum, myrrha et similes.

Mea tamen sententia etiam vel magis proprie ad totum Christum ista pertinet effusio, quomodo 2. Reg. [2. Sam.] 14. dicitur: „Omnes morimur et quasi aquae dilabimur in terram, quae non revertuntur," et Gen. 49.: „Sicut aqua effusus es, non crescas." Quo significetur Christus sicut aqua vilissime projectus, et omnibus passim ad projiciendum expositus, et quod magis affectum praesentem attingit, qui a nullo exceptus et reservatus, sed velut desperata resurrectione irrecuperabiliter projectus sit, sicut aqua profusa denuo non colligitur. Quibus verbis significat, qualis esset in oculis hominum, praesertim justorum et optimorum, nam illis videbatur actum esse de eo, quod a nemine vel servandum vel denuo reducendum sperabant, sicut illi Lucae ult.: „Nos sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel."

Quodsi et hoc velit quisquam his verbis significari, quod effusus sit viribus, hoc est, ut Daniel loquitur, nihil in eo relictum sit virium, sed exinanitus profusissime et vilissime, sicut aqua, omnibus viribus effusus, fuerit nonnisi inane infirmitatis vasculum, qui ante erat omni virtute plenissimus, sic enim et Petrus appellat mulierem vasculum infirmius, et hoc verbo velut generali themate incipiat passiones sensuales narrare, quas deinceps ordine singulatim persequatur, hic lectoris arbitrium esto, mihi hic sensus paene omnium potior est.

„Dispersa sunt omnia ossa mea," id est, divisa, separata ab invicem. Quod etsi ad crucifixionem videatur pertinere, arbitror tamen infra de hac re dici:

numeraverunt omnia ossa mea," et hic effusam
utem declarari, quae erat, quod ossa tum terrori-
praedictis ex interna spiritus angustia tum externis
sionibus essent infirmata, ut nullum os alterum
iret, sed velut sejunctae essent compages, quod-
t per se infirmaretur. Sanis enim ac robustis ossa
sunt compacta, quod alterum altero mutuis officiis
itur. Et experientia docet, vehementer aegrotis
supra modum exterritis ossa debilitari et gravari,
nullo operi sint idonea. Non ergo sunt ossa Christi
ersa, quod ab invicem fuerint separata, sed officia
um separata sunt, et mutuo sese dereliquerunt in
corpore.

„Factum est cor meum sicut cera liquescens in
io ventris mei." Non est proprie venter in hebraeo,
cor non sit in ventre, sed in visceribus seu intestinis,
is enim cor sub pectore reconditum est, Pertinet
em et haec afflictio non ad spiritum, sed ad sensum,
cor, organum scilicet primum spiritus, spiritualibus
et sensualibus cruciatibus contritum tremit, nutat
fluctuat etiam sensibili motu. Quae frequens est
rela per Psalterium, Ps. 39. [40.]: „Et cor meum
eliquit me," et 37. [38.]: „Cor meum conturba-
est," cujus verbi mira est emphasis, quae liquen-
cerae allegoriam hoc loco tributam cordi abunde
let, significans cor verti, reverti, volvi et gyrari,
ar trochi, ut nusquam invenire possit quietem.
lici tremorem cordis habent, sed dissimilem huic,
ntum ad affectus et causas attinet. Hi enim, qui
fidunt et jucundi sunt, dicuntur corde confortari,
it rupes solida indurari et immobiliter stare, ut Ps.
[27.]: „Exspecta dominum, viriliter age et con-
etur cor tuum, et sustine dominum." Ita econtra

contritis et exterritis cor mollescit et labescit, ut similis sit cerae liquenti. Econtra de impiis tabescentibus et conturbatis Micheae 1.: „Sicut cera a facie ignis, et sicut aquae decurrunt in praeceps," et Ps. 67. [68.]: „Sicut fluit (id est, liquescit, tabescit, eodem hoc verbo) cera a facie ignis, sic pereant impii a facie Dei."

Quam tabescentiam Ps. 38. [39.] sic eloquitur: „Propter iniquitatem corripuisti hominem, et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus," ubi idem verbum liquescendi ponitur, hoc modo: Tabefecisti sicut tineam desiderium ejus. Volunt autem id verbi proprie significare exustionem, arefactionem, exsiccationem, qualia fieri solent ab igne magno. Sic Isai. 64.: „A facie tua montes defluerent, et sicut exustio ignis tabescerent, et aquae arderent igni," ut et hoc versu dici possit: Factum est cor meum sicut cera tabescens, quod cera sit ignis impatientissima, nec nisi ad consumtionem exsiccationemque sui ad ignem adhiberi possit. Ita hic Christus cordis sui defectum, imminutionem, tabescentiam ante faciem internae illius et externae passionis indicare putandus est.

Quod autem: In medio intestinorum, addit, perissologia esse videtur, qua uti solent querulosi et afflicti, nisi dictum sit ad differentiam earum passionum, quae ab extra invadunt, et per objecta et sensum affligunt, ab iis, quae ab intra torquent, spiritualibus illis praedictis, quae sine objectis sensu perceptis, incomprehensibili tamen modo cor intus comprehendunt, tabefaciunt et ad nihilum redigunt, ut sentiat sese perire quidem et tabescere, nec possit tamen dicere aut intelligere, unde veniat aut quo vadat spiritus ille procellarum,

quod facit, ut nec fugam nec remedium quaerere ssit, sed in medio sese relinquere cogatur.

ruit tanquam testa virtus mea, et lingua ea adhaesit faucibus meis, et in pulverem mortis deduxisti me.

Prosequitur passiones sensuales (ut dixi), mira tem metaphora testae aridae ad virtutem infirmatam. it hoc loco virtus mea כֹּחִי, id est, energia, efficacia, eratio seu virtus exsecutiva, ut sit sensus: Effusis mibus ossibus, humiliatis viribus, corde tabefacto atilis factus sum ad omne opus, prorsus nihil facere ssum universis membris meis, ut si etiam aliquid gitavero et dictavero faciendum, deest tamen virtus, ae id impleat et faciat. Quando enim spiritus praens fuerit, exsultat homo et germinans germinat, ceu bor fructuosa fructus plurimos et prospere agit, et rtus ejus roboratur, sicut Prover. 20. dicit: „Exsultio juvenum virtus eorum." At recedente spiritu et rde tabescente arescit et desinit operari, sicut arbor escens desinit fructificare.

Christus vero vehementem suam infirmitatem notam cturna comparat suam ariditatem non arbori arescenti, d testae aridae, qua nihil est aridius et succo inanius sitienlosius. Sic enim exhaustus fuit omni vitali cco et incremento naturali, ut totus aridus et sitilosus esset, de qua re Isaias 53. videtur loqui: Et sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra ienti." Nam ex hac arida testa et infirma infirmite crevit illa arbor succulentissima, florentissima, ictuosissima ecclesia. Non ergo haec arida virtus irmitatem, morbum aut aliquod positivum, sed impo-

tentiam operandi privative significat, ad quam mox sequitur illud:

„Lingua mea adhaesit faucibus meis," quod non eget interpretatione. Testa enim arida, siticulosa et bibula est, ita Christus in cruce prae ariditate sitivit. Venit autem et ista sitis et ariditas magis ex spiritualibus illis angustiis, quam ex corporalibus afflictionibus. Incredibile est enim, quam extorreat, exsiccet, tabefaciat subito omnem succum vitalem ea tribulatio per omnia membra, praesertim in lingua, in qua potissimum sentitur ea siccitas, ut non inepte hoc verbum tabescendi a nomine hamasim, quod magnum et excellentem ignem, vel econtra hamasim ab hemes, quod liquescere, tabescere, extorreri, exsiccari diximus significare. Est enim hic ignis, quem senserunt illi, qui dixerunt Deutro. 18.: „Ultra non audiam vocem domini Dei mei, et ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar." Et 5.: „Probavimus hodie, quod loquente Deo cum homine vixerit homo, cur ergo moriemur et devorabit nos hic ignis maximus." Hinc Deus noster ignis consumens vocatur, Deutro. 4. et Heb. 12.

„Et in pulverem mortis deduxisti me," seu posuisti me. Hoc velut epiphonema dici videtur, quo in summa concludit, omnes passiones eo pertingere, ut in pulverem mortis iret. Quis est autem iste pulvis mortis? Puto figurate hoc dici pro eo, quod est ad nihilum, quod est in morte, ut pulvis metaphorice nihilum significet. Sic Ps. 7. pulverem ignominiae indicare videtur, dum dicit: „Et gloriam meam in pulverem deducat." Et 3. [1.] Reg. 16. pulverem paupertatis sonat dicens: „Exaltavi te de pulvere et posui te ducem populi mei etc." Et Job. 7. pulverem aegritudinis: „Induta est caro mea putredine et luto pulveris etc." Sic videtur

sse scripturae tropus proprius, pulverem accipere pro e ad nihilum redacta.

Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me, foderunt manus meas et pedes meos.

Enumeratis duobus passionum generibus, scilicet, spiritualium et sensualium, hic tertium et ultimum enumerat, corporalium seu membrorum, et ad membra pertinentium, scilicet vestium et nuditatis. Nomen „multi" superfluit, et Hieron. pro canibus venatores reddidit, forte gratia explicandi et satisfaciendi titulo, ut canes venaticos et cervam captam et laniatam intelligamus. Plana autem sunt omnia ex evangeliis abunde cognita. Circumdederunt enim corpus ejus, ceperunt, tenuerunt et obsederunt, tandem et fossis manibus et pedibus ejus crucifixerunt.

Sed numquid et hic convitiatur Christus appellans eos canes et malignos? Sed convitia non ex nominum specie aut sono, sed affectu animi aestimanda sunt. Convitium enim non est, quod sine ira et odio profertur. Nam et Paulus Judaeos vocat canes, malos operarios, inimicos crucis, et Christus stultos apostolos, sicut e diverso laudes et praeconia ex animo, non voce probantur. Ideo canes hic appellat, qui eum iniquis latratibus morsibusque coram Pilato accusaverunt, laceraverunt, et in manus gentium ad mortem crucis tradiderunt, cum hoc nonnisi ex mera malitia sese facere scirent et ipsi. Nota est autem hujus animalis rabies et ira, quo ingenio ferme differt ab aliis animantibus, unde et Judaeorum furor et rabies ea metaphora fuit significanda.

Tractemus autem parumper et nos contentiosum hunc locum: „Foderunt manus meas et pedes meos," ne penitus intactum praeteriisse videamur. Judaei pertinaciter hic legendum contendunt non „foderunt", sed: sicut leo, causati, quod verbum „foderunt" hebraice scribatur per כ et ר et ה, sine א, cum hoc loco א ponatur inter כ et ר et legatur כָּאֲרִי, non כָּרוּ. כָּאֲרִי autem significat, sicut leo, כָּרוּ foderunt. Ad haec affirmant vocabulum כָּאֲרִי nonnisi bis in tota biblia reperiri, hoc Ps. et Isaiae 38., ubi dicitur: „Sicut leo sic contrivit omnia ossa." In ceteris omnibus locis dicitur, כְּאַרְיֵה, non כָּאֲרִי, ut Ps. 7.: „Ne quando rapiat כְּאַרְיֵה animam meam." Et 10.: „Insidiatur in abscondite כְּאַרְיֵה," id est, sicut leo. Et hoc Ps. versu superiore כְּאַרְיֵה rapiens et rugiens. Nec video, quomodo possint per grammaticam cogi, כָּאֲרִי hoc loco pro „foderunt" accipere, quando eandem dictionem Isaiae 38. ipsi nos cogunt pro, sicut leo, accipere. Certe species ab eorum parte stat fortis, pro nobis nulla, quantum ad grammaticam attinet. Et durum est dicere omnes libros eorum esse hoc loco depravatos. Nam quod punctis aliter variatis legi potest כָּאֲרִי et כָּאֲרוּ, non satisfacit, cum punctis non esse credendum satis constet, ut quae sunt recens inventum.

Nobis, qui in Christum credimus, et hunc Psalmum totum de Christo dictum auctoritate evangelica tenemus, facile est probare legendum „foderunt", non sicut leo. Nos enim non rem gestam e scripturarum

steriis, sed scripturarum mysteria e re gesta, hoc
t veterem scripturam evangelio illustramus, et non
contra, et illius sensum hujus sensu comparamus,
t in Christum ceu duos cherubim in propitiatorium
spectare facimus, sicut dicit Hier. 23.: „In novissimis
ntelligetis consilium ejus." Et ad Mosen: „Posteriora
ea videbis." Cum ergo certum habeamus, Christi
anus et pedes esse perfossos in cruce, nec minus
tum, hunc Psalmum in Christum quadrare, tum sen-
s mire consentiat, ac omnino exigat „foderunt" le-
ndum esse, praesertim cum nullus etiam grammatice
or huic resistat, absque contentione et cunctatione
imus „foderunt".

Adversarios vero primum urgebit sensus ipsius
surditas. Quid enim sonat: Sicut leo manus meas
pedes meos? Quodsi etiam repetendum dixerint
bum „obsedit", hoc modo: Concilium malignantium
sedit me, sicut leo obsedit manus meas et pedes
os, non effugient, imo majus incurrunt absurdum.
omodo leo obsedit manus et pedes, cui scriptura
et os apertum, rugitum et rapinam tribuere, ut to-
n devoret? aut quae nugatio spiritus ista, ut totum
essum concilio malignantium, addat etiam manus et
des obsideri a leone, quasi manus et pedes non ob-
eat, qui totum corpus obsidet. Eadem manent, si
odlibet aliud verbum subaudiant. Quidquid enim
ni tribuerint in manus et pedes, ipse communis sen-
s coget tribui eidem in totum corpus. Nostrae au-
n intelligentiae nihil prorsus absurdi obstrepit, sed
nia aptissime quadrant, ut si etiam nec כָּאֲרִי nec כָּרוּ
situm fuisset, tamen res gesta subintelligi doceret.

Deinde et hoc negotii manet illos, quod hunc

versum cogentur dictum admittere de aliqua insigni passione istarum manuum et pedum, cujuscunque fuerint. Proferant ergo sive Mardochaeum sive Esther, quae est ista insignis passio, quam in manibus et pedibus uter illorum tulerit? Sed nec universa scriptura ullius justi meminit, qui insignem persecutionem manuum et pedum passus sit. Aliam enim hanc passionem esse oportet, quam reliqui corporis fuerit, ac prorsus manuum ac pedum seorsim propriam. Quaenam ergo? Non dicent, quod nervis et compedibus vincirentur, quia sic non facit leo manibus et pedibus, nec aliquid simile, quo metaphorae ratio constare possit, nec tale quippiam Esther aut Mardochaeus pertulit, nec amputationem manuum ac pedum, et prorsus nihil possunt leoni et manibus dare, quod ullus sanctorum passus sit. Nos autem Christum habemus insigni manuum et pedum persecutione clarum, quam versus tota pronitate sequitur et capit.

Sola ergo superest grammatica, quam decet theologiae cedere, cum non res verbis, sed verba rebus subjecta sint et cedant, et vox merito sensum sequatur et litera spiritum. Primum sine punctis legi potest כארי pro כארים, id est, fodientes pro foderunt, ut sit nomen pluralis numeri, quod in statu regiminis abjicit ם finale, et mutat i vocalem in e, ut habet usus hebraeae linguae. Tunc nihil mutato sensu legetur: Concilium malignantium obsedit me, fodientes vel fodientium manus meas et pedes meos. Jam cum in omnibus talibus nominibus soleat post primam literam verbi sui originalis addi ו vel punctum holem, quo a verbo differat et derivetur, quis scit, an propheta usus licentia sua pro ו posuerit א, ob insignem rei novae

entum? Legimus enim et Isaiam capit. 9. eadem licentia usum ם finale in medio dictionis לְםַרְבֵּה contra ius linguae et grammaticae morem posuisse, aeque insigne regni Christi mysterium, quod clausum et rile in rebus istis, tamen multiplicatur et aperitur totum orbem.

Jam si sola pertinacia repugnat, nihil profuisset, etiam verbum כָּאֲרִי suis propriis literis et punctis uisset. Cum enim כָּאֲרִי sit ambiguum in hebraeo emendi, parandi, fodiendi significationem, quis pernaces eo cogere potuisset, ut fodiendi potius quam randi et emendi significationem admitterent? Imo qui gesta non moventur, et literis inhaerent, majori ae specie significationem fodiendi declinassent, cum nus intolerabile sit, manus et pedes disponi et emi, ut manus laborare, capi et invenire dicuntur. Si go tunc accessuri erant, si כָּאֲרִי positum esset, atemta aequivocatione propter evidentiam rei gestae, modo accederent, eandem rei gestae veritatem unielemento א facile praeferentes. Verum ut in litera pertinaciam quam tuentur, ita tunc in aequivocatione ati fuissent. Et quam veritatem etiam manifestisiam pertinacia non contemnit et eludit?

Quid autem si propheta dedita opera א interposuit, ut quivocationis elusionem ex ea parte praeveniret, et r absurditatem ex altera parte occurreret, ne כָּאֲרִי, est, sicut leo dicere auderent, et tamen velut ingni monitorio literae א eos ab aequivocatione revoret, et sic in medio conclusos teneret, ut sensum rmanum cum re gesta congruentem effugere non

possent? et tamen id, quod contra pertinaciam factum est, pertinacia pro se tuenda pervertit.

Et quis novit, an spiritus etiam eo consilio hanc dictionem mutarit, ut esset mysterium occultum, donec impleretur, sicut et titulum Psalmo dedit occultissimum, quem nonnisi res gesta, imo ipsemet aperiret, quem spiritum cum tota ecclesia habeat eruditorem, et hoc loco „foderunt" legat, cum re ipsa consentiens, pertinacibus valedicemus, sicut apostolus monet: „Haereticum hominem devita, sciens quoniam subversus est, qui ejusmodi est, cum sit suo judicio condemnatus," satis habentes, quod nostram fidem tenuerimus et nostram lectionem eatenus defenderimus, quatenus nullo neque grammatico rigore neque opportunitate sensus, neque argumento rei gestae nos cogere possunt, ut non legamus „foderunt". Nos autem praeter hoc, quod grammatica nobis non resistit, imo patrocinatur, praesertim syntactica, et sensum et rem gestam habemus aptissime et amicissime conspirantes. Illi contra solam grammaticam eamque et rigidissimam et orthographicam solum, nec hanc nisi incertam, unico totius exemplo bibliae duntaxat patrocinante, cum nulla rei gesthe, imo contrario argumento, deinde importunissimo et absurdissimo sensu, nulla denique syntaxeos constantia.

De sensu autem verborum nulla quaestio, cum toti orbi, etiam impiis sit notissimus. Videmus tamen hic spiritus Davidici incomparabilem gloriam, qui Christi omnia sacramenta adeo pernoverit, ut etiam crucifigendi modum praeviderit. Nam in spiritualibus illis malis et ipse non parum fuit eruditus et exercitatus, ut facile fuerit, et Christum similia vel majora passurum praenosse, sed fodi manus et pedes, nunquam expertus

rat, nec tale aliquid in alio quopiam viderat unquam, tamen ita pronuntiat, ut nullus alius scripturae locus [q]ue clare tradiderit, ne evangelia quidem cum toto [n]o testamento, et quod magis miremur, obscurissi[mu]s simul et clarissimus est eisdem verbis. Nam [an]tequam impleretur, quis perfossionem manuum et [pe]dum et ossium dinumerationem intellexisset cruci[fixi]onem? cum tot modis possint fodi non crucifixo [...]; post impletionem vero nihil aptius, nihil clarius [dict]um est, quam fodi manus et pedes, et numerari [ossa], ut et Aug. hic dicat, non potuisse melius de[scri]bi extensionem corporis in ligno.

[D]inumeraverunt omnia ossa mea, ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me.

Heb.: Numerabo omnia ossa mea, quod diceretur [...]ae per optativum potentialem, hoc modo: Queam, queas, vel queat quis numerare omnia ossa mea. versus et vernaculae nostrae proverbium vel de-, vel invenit, quo de vehementer macrescentibus [dici]mus: Man mocht ihm alle sein Gebein zählen. [Ne]que enim Judaei vel ulli alii negotium sibi dederunt, [ut] numerarent ossa ejus, neque ipsemet numeravit. [...]se autem patet intelligentia, ex re gesta omnibus [not]issima, quantum ad historiam pertinet, ceterum ig[not]issima, quantum ad sacramentum fidei et spiritus, quo inferius.

Duo ista verba „consideraverunt" et viderunt seu [in]spexerunt" sic mihi differre, saltem hoc loco videntur, [qu]od alterum, nempe „consideraverunt", significet vertere [vul]tum ad videndum, ut Ps. 110. [114.]: „Dominus de [co]elo in terram adspexit." Gen. 19.: „Noli respicere [po]st tergum tuum." Quo verbo etiam ad videndum

convocantur alii, ut Isa. 51.: „Attendite ad petram, unde excisi estis," sicut Cham *) suos fratres movit ad videndam patris nuditatem, Gen. 9. Alterum vero „viderunt" pertinet ad moram videndi et ad affectum vel voluptatis vel molestiae capiendae ex re visa, qua oculi pascuntur vel cruciantur. Sic Ps. 111. [112.]: „Donec despiciat inimicos suos," et 53. [54.]: „Et super inimicos meos despexit oculus meus." Contra „peccator videbit et irascetur," clarius Ps. 30. [31.]: „Euge euge viderunt oculi nostri," et Micheae 7. utroque affectu hujus verbi brevi textu variat: „Videbo justitiam ejus (id est, videns gaudebo in justitia ejus) et adspiciet in me inimica mea, et confundetur (id est, videbit cum dolore). Oculi mei videbunt eam, id est, delectabuntur videntes." Hoc modo illud Ps. 90. [91.] intelligitur: „Veruntamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis," ubi eadem verba hujus versus ponuntur.

Est ergo sensus: Talia mihi patienti non modo non compatiebantur, sed cum jam nihil superesset, quod facerent in meam ignominiam, sese mutuo ad videndum me exhortati sunt et commoverunt, sie weiseten mit Fingern auf mich. Deinde oculos suos in me cum summo tripudio, insultatione, voluptate paverunt et saturaverunt, compotes scilicet facti suae nequitiae. Hoc Ps. 88. [89.] vocat laetificare inimicos, sicut figuravit et Samson, ludens coram Philistaeis. Crudelissima scilicet rabies eorum arguitur, qui ultimo et tali supplicio etiam delectati sunt, vere hominum oculi insatiabiles, (ut Salomon ait) etiam in furiis exercendis. Hebraeus autem hunc affectum plenius tradit, quando idiotismo

*) In edit. princip. leg.: Canaan.

[illegible] dicit: Viderunt in me, videbo in justitia ejus, oculus meus videbit in hostibus meis, aut si absolute ponatur: Peccator videbit et irascetur etc.

Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Mirum, cur evangelistae hunc prae ceteris versum adducant, cum videatur minimum et ultimum passionis genus indicare, nempe spolium vestimentorum, praesertim Johannes, qui omisso primo versu, quem Matthaeus et Marcus inserunt, hunc minoris ponderis verbose et integra historia quadam recitat. Cur non cor, ossa, linguam, aut alia, quae hic narrantur, allegant? Sed et evangelistae forte moti sunt, cur nam propheta hanc injuriam Christi cecinerit, cum multa alia majoris momenti tacuerit, ut sputa, spineam coronam, flagella, observantes in ea insigne aliquod mysterium, quod prodere voluerunt. An ideo fecerunt, ut primo et novissimo versu passionum allegato indicarent, omnes intermedios quoque ad Christum pertinere, impletosque pro allegatis haberi debere? Nam primus versus primam et summam passionem Christi, hic ultimus ultimam et prae ceteris mitiorem tradit. De mysterio dicemus loco suo.

Sensus igitur prophetae est, adeo Christum traditum esse in manibus impiorum ac desperatum, ut prae nimia securitate vestibus ejus illuserint, tantum abest, ut resurrecturum sperarint aut vindicandum a Deo timuerint. Neque enim arbitror milites lucri gratia vestes divisisse, sed velut in re ludicra jocari, ridere et ludere voluisse, in signum vastati, perditi, aboliti et perpetuae oblivioni traditi, sicut novissimi virorum, ut cui post vitam et corpus ablata ne vestes quidem

in memoriale reliquae fuerint apud suos. Nota sunt verba Johannis de tunica inconsutili, desuper contexta per totum, quam hic vestem vocat, super quam projecerunt sortem, mal oder unmal worfen.

Finitis passionibus Christi dignum est pro Psalmi hujus omnium principis ampliore intellectu, paululum immorari et observare in eo, id quod Paulus dicit, in Christo esse absconditos omnes thesauros sapientiae et scientiae. Tentemus itaque ingredi in abscondita illa, si spiritus nobis ostium dignabitur aperire.

Primum non est dubium in Christo nobis non modo proposita esse omnia exempla christianae conversationis absolutissima, sed et commendata omnia sacramenta prophetiae, in ecclesia sua in finem usque mundi implenda. Sic enim b. Aug. li. 3. tri. 4. docet, Christum suo simplo respondere nostro duplo, hoc est, sua historia simplici nobis duplo fructu servire, exemplo et sacramento. Verum nos hoc tempore Augustinum augeamus, et procedamus nostro filo in quatuor facies Christum partientes, velut in quatuor cornua crucis. Duas dabimus piis, qui illo bene utantur, duas impiis, qui illo pessime abutantur. Piorum una sit credentium, altera imitantium, impiorum una sit apostatantium, altera persequentium. Sed omnia haec quatuor in absconditis, ut nonnisi fide percipi possint.

Prima facies Christi est notitia ejus in spiritu et fide, hoc est, ut non tantum scias historiam passionis ejus, in qua hodie solum laboratur, ut in nulla re superstitiosius, tot fabulis, nugis et mendaciis conspurcata, ut aegre historia permanserit, denique infelici, ne dicam impia digressione exspatiantes, et ii inter eos laudatissimi, paene totam vel saltem potiorem ejus

artem obtinent, ut si quid historiae reliquum est, nihil tamen superest simplicitatis evangelisticae, quae sola hac re omnium maxime et valet et servanda fuit, propter fidem spiritus formandam, quae curiosis et superstitiosis impeditur, imo perditur, sola autem simplicitate itur et salvatur, sicut scriptum est Proverb. 3.: „Cum simplicibus sermocinatio sapientiae," seu ut Heb. habet, ad rectos secretum ejus. Tunc autem noscis in spiritu passionem Christi, quando pleno affectu fidei in ipsam aperis, non dubitans, pro te esse Christum haec omnia passum, poenasque illius tua esse peccata, quae super se accepit et tulit, resurgensque a mortuis in semet ipso absorbuit victor, ne tibi nocerent, modo in nomine ejus credideris.

Nam qualis forma Christi patientis in oculis hominum, talis tua in oculis Dei, et quod Christo faciunt homines, hoc tibi faciunt tua peccata et daemones, nisi quod tum, cum pateris, non sentis, imo in eis delectaris ceu furiosus in malis suis ridens, in quibus Christus dolet sapiens. Senties autem et tu, ubi revelante lege formam hanc foedissimam peccati tui cognoveris, quam ignorans tibi ipsi velata lege peccans paraveras.

Sic tu es miser ille derelictus, vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis, omnibus visus derisus, ad desperationem adactus, reprobus, damnatus, circumdatus vitulis et tauris, datus leonis ori rugientis et rapientis, effusus, sicut aqua dispersa ossa tua, cor liquescens, arescens sicut testa lingua faucibus adhaerente, in pulverem mortis deductus, canibus et concilio malignorum obsessus, fossis manibus et pedibus ossibusque numeratis, tandem vestibus ablatis

et sorte distributis in sempiternam oblivionem de omnium memoria abolitus.

Haec inquam omnia, quod in anima operetur peccatum, tibi Christus sua forma ostendit ignaro. Cui nisi credideris, et talem tete agnoveris, atque peccare deinceps, talemque formam augere desieris, veniet dies revelationis, ut credere non possis, sentire autem cogaris talem te esse, et tamen neque vitare neque mutare possis. Quid autem singulorum istorum in conscientia sit, longum fuerit investigare, et inexpertis frustra dicitur, cum omnia subito fiant, et solius conscientiae confusione peragantur. Infra tamen e tertia et quarta facie aliquid de iis intelligi poterit. Hac igitur prima facie similis efficeris Christo in spiritu et fide, id est, credis et agnoscis te talem esse in conscientia, qualis est Christus in carne, atque haec est similitudo salutaris et bona, promovens ad salutem.

Secunda, est imitatio Christi externo exemplo, quomodo solum tractant passionem Christi, qui optime tractant hodie, licet et hi rari sint. Sic 1. Pet. 4.: „Christo in carne passo, et vos eadem cogitatione armamini." Heb. 13. [12.]: „Recogitate eum, qui talem adversus semet ipsum sustinuit a peccatoribus contradictionem. Sed de prima facie Ro. 5. [4.]: „Qui mortuus est propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram." Et Petrus 1. Pet. 3.: „Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis," et epistola ad Hebraeos Christum pontificem describens egregie primam illam faciem tractat.

Et in iis duabus notitiis pendet sapientia fidelium Christi, prior tamen, quia fidei est, principalis est, et

s duas Aug. appellat, sacramentum et exemplum, cramentum, quo abscondita fides alitur, exemplum, od vita externa imitatur. Hac facie similes effici- ır Christo in carne quoque, id est, similia foris pa- ıur, et ipsa salutaris similitudo est, de qua Paulus ;it: „Passiones Christi abundant in nobis." Neque im nisi spiritu et ipsa cognoscitur, hoc est, affectu amore in nobis formatur. Nemo enim similia Christo titur, nisi spiritu magistro erudiatur, cum interim ıe spiritu multa de ea loqui, multa operari, multa niquo pati, sed dissimilia Christo possit. Nam et emones patiuntur, sed sua culpa, Christi passiones ıocentiae et propter justitiam passiones sunt.

Tertia facies est apostatantium et incredulorum. ıec a prima facie nihil differt, nisi penes sensum. pietas enim tales facit, qualis est forma Christi. ːd insensati id non intelligunt, ac perseverant in ea, oficientes de die in diem magis ac magis in eandem rmam, a caecitate in caecitatem, de vitio in vitium. ınsati vero et revelante lege humiliati intelligunt et sipiscunt, quotidie exuentes hanc formam, proficientes virtute in virtutem, de claritate in claritatem, donec struatur corpus peccati et cum Christo moriatur, novatum in eandem imaginem Christi.

Quarta, de qua dicere proposuimus, prophetica t, indicans iis, qui spiritum habent, quid passura sit clesia ab impiis daemonum et hominum doctrinis, ım ecclesia corpus Christi est metaphoricum sive legoricum, cujus spiritualem vastationem in suo na- rali corpore praefiguravit. Non enim ecclesia va- atur temporalibus persecutionibus, quantum pestilen- ɔus hominum doctrinis, imo illis augetur, istis minuitur,

atque haec est illa novissima persecutio antichristi, praedicta per apostolos, in qua spiritus Christi in reliquiis suis perseverans gemet pro ecclesia Dei, ea quae hoc Psalmo Christus pro sua naturali persona conqueritur. De qua re citra allegoriam apertaque prophetia prae ceteris latius loquitur Psalmus 88. [89.] dicens: „Tu vero repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum. Avertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus, destruxisti omnes sepes ejus, posuisti firmamentum ejus formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentum eum, laetificasti omnes inimicos ejus. Avertisti adjutorium gladii ejus, et non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione et sedem ejus in terra collisisti, minorasti dies temporis ejus, perfudisti eum confusione.“ Haec ille.

Primum est derelinqui, in quo uno multa mala comprehenduntur, scilicet quod Ps. 88. [89.] dicit: „Repulisti, sprevisti, iratus es cum Christo tuo.“ Hoc est aliud nihil, quam ecclesiam seu regnum Christi destitui fide, sicut Paulus praedixit: „In novissimis discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris.“ Et Christus Lucae 18.: „Filius hominis cum venerit, putas inveniet fidem in terra?“ Hoc certe agitur et jam diu actum est tot cerimoniis, tot sectis, tot ordinibus, sine fine sese frustra consumentibus, ubique terrarum, die noctuque multus clamor, multae preces, multae conciones, multae missae, et iis omnibus nihil proficitur, quotidie in pejus euntibus omnibus. Neque ii, qui vere clamant gemitu spiritus, exaudiuntur, quo ista portenta ab ecclesia repellantur. Tempus est

damnandi, sed noluit dominus propitiari propter peccata nostri impiissimi Manasse, qui oblitus Dei sua coepit narrare. Ita fit, ut ubique religionum pompa, christianismi species, operum hypocrisis, evangelii umbra spectetur, sed virtus fidei et caritatis nulla. Refriguit caritas et abundat iniquitas, et conscientiarum nonnisi carnificina superest, derelinquente nos Deo.

Secundum, quod est vermis, non homo, opprobrium et abjectio plebis, derisio, subsannatio, insultatio et blasphemia. Nam postquam radices misit superstitio et species illa pietatis, ut jam securi aliam viam ne ferant quidem, nedum cogitent aut quaerant, mirum ludibrium christiana fides facta est, quia non licet in pompas eorum loqui. Quod si tentes, sicut revera tentat, si assit fides, mox haereticus et sexcentis opprobriis abjectus profligaberis. Exempla hodie satis sunt manifesta. Itaque Christus nobis timor, opprobrium, derisio et abjectio vulgi est metu sanctissimi vicarii Christi et totius sui sacerdotii, qui cum fidei doctrinam ferre non possit (neque enim simul cum papali doctrina fides stabit, cum illa hypocrisis et species, haec veritas et judicium sit), necesse est, ut sese glorificet et sub nomine Christi glorioso rem Christi omnibus opprobriis conspurcet, ut sit ille christianus, non qui in Christum credit, sed qui papae obedit, et haereticus, non qui articulos fidei negat, sed papam non adorat. Actum autem est de re christiana, regnante vicario Christi. Tunc enim coepit Deus avertere testamentum servi sui et profanare in terra sanctuarium ejus, id est, in terram conculcare diadema ejus, ut non Christus rex, sed homo peccati in loco ejus sancto super nos regnaret.

Tertio, vitulos multos et tauros Basan, quos alios esse arbitrabimur, quam opulentos gigantes illos, monstrificos episcopos, qui nec sacerdotes nec principes, sed conflata ex utriusque ordinis fuco monstra sunt turpissima, una cum monachis et ecclesiasticis illis voluptuariis, quos praepositos, decanos, officiales, canonicos, vicarios, dominos nostros vocamus. His enim sic capta, circumdata et oppressa est ecclesia ecclesiaeque fides, ut facilius fuerit gentium tyrannica imperia fidei subdere, quam istorum pomposissimas incredibilique mole incrassatas cerimonias convellere, cum prae abundantia earum nihil sincerae veritatis spectari possit, adeo totam Hierusalem usque ad os repleverunt. Hi ore late aperto aliud non docent, quam jura sanctissima papae et Aristotelis rationisque naturalis documenta, adeo ut in hujus vastationis prosperitatem repererint universalia studia, in quibus per conductos dignitatum et praebendarum et graduum titulis operarios strenue devoraretur, quidquid e baptismate Christo nasceretur, praesertim praestantioris ingenii et indolis. Et hanc voracitatem tartaro dignam, non rugientis et rapientis leonis, sed optime erudientis et docentis pastoris opus appellare oportet, in quo et id addunt, quod recte sese facere putant, si fidem et fidei confessores absumant et perdant censuris, igne et ferro, nec sic tamen arguantur esse rugientes leones.

Quarto, ad haec mala sequuntur, quae necesse est sequi, ut ecclesia effundatur sicut aqua, dispergantur ossa, cor liquescat in medio ventris, arescat virtus, adhaereat lingua faucibus, et in pulverem mortis deducatur. Quid enim vilius habent hodie gigantes nostri, quam animas in Christo baptisatas et sanguine

ejus redemtas? Nonne videmus episcopatus, parochias et alias animarum curas tanta levitate distribui, imo profundi et effundi, ut, quo quisque fuerit indoctior et sceleratior, hoc facilius accedat et pluribus oneretur? ut turbas animarum non alia aestimatione habeant quam aquam prodigalissime et vilissime effusam. Certe pensionum illis harpiis non commendatur, non obtruditur, sed plane effunditur populus Christi, rursum ab illis nec excipitur neque colligitur, sed fluere et ire permittitur, ut pereat, quod pereat, modo illi census teneant.

Quid tum mirum, si ossa dispergantur, et regnet in populo Christi ea infirmitas, ut membrum membro prodesse neque discat neque sciat unquam, adeo ut hoc satanico regno et ii, qui alioqui ossa et robur populi esse debent, firmiores scilicet in fide et verbo, nullum juvare possint. Neque enim admittuntur ad ea officia eruditi, pii et boni viri, qui utiles essent, ut ossa mutuo sese et carnem juvarent, sed principantur vituli et tauri soli. Sic fit, ut tandem tabescant etiam optima corda et pereant, destituta ministerio verbi et solatio fraterno. Inde virtutem arescere necesse est, et bonorum operum exempla penitus cessare, ut sic neque fides neque conscientia bona neque opera caritatis in ecclesia spectentur.

Arefacta autem virtute et sublato operum caritatis usu impossibile est feliciter evangelisare, adhaerebit enim lingua faucibus, et evangelium, sicut modo fit, vix nudis verbis recitabitur, hoc est, dum per experientiam fidei et usum vitae non gustatur, neque vitali sensu cognoscitur, fieri non potest, ut plene et efficaciter doceatur. Non enim est (ut dicitur) compos ejus, quod loquitur, ideo non potest recte tractare.

Frigide enim et parvo fructu docetur, quod sine affectu docetur, sicut aegre loquitur, cui lingua arida faucibus adhaeret.

Manet ergo in ecclesia Christus, sed effusus sicut aqua, manent ossa, sed dispersa, manet cor, sed tabescens, manet virtus, sed arida, manet lingua, sed faucibus adhaerens, quia ad finem mundi Christum et sua membra durare oportet. Et videmus evangelium mansisse in publicis concionibus et privatis missis, sed sic, ut nec docendi nec exhortandi studio tractetur, solis syllabis pro usu duntaxat recitandi de suggestu pronunciatis, mox fabulatoribus illis ad alias nugas concionem vertentibus. Qua opera ipsimet volucres illae coeli fiunt, quae conculcant et comedunt semen, quod juxta viam jactaverant. Sic ergo evangelium neglectissime tractare, quid est aliud, quam aridam Christi linguam faucibus adhaerere? cum non desint, qui audire gestiant, sed non assit, qui alacriter et expedite dicat.

Haec via est, qua in pulverem mortis deducta est ecclesia, ut nusquam ejus species aut vestigium appareat, interim tamen mundus plenus sit labiis, linguis, vocibus concionatorum, nusquam lingua Christi succulenta et agilis. Quantus est horror ista considerare! quanto hiatu et voragine hic absorbentur animae in Christo natae, ut illud Ps. 88. [89.] dicere possis: „Numquid vane constituisti omnes filios hominum?"

Adde istis, quod canes et concilium malignorum obsederunt eum, qui et perforant manus ejus et pedes ejus. Hi sunt principes ecclesiarum, qui pestilentibus suis doctrinis etiam urgent, persequuntur, venantur christianos in sua retia. Adeo non satis habent, evan-

elium tacuisse et oppressisse. Nam et Isaias vocat illes canes mutos, non valentes latrare, et tamen si- nul impudentissimos et insaturabiles. Quid enim prae- cant, nisi quod ad quaestum eorum inexplebilem iciat? Quam hic mordent, latrant, clamant et sae- unt in animas, vitam et rem populi propter bona ec- esiae suae et patrimonii Christi augenda et servanda; is ferreis et induratis clavibus perforant, calumnian- ır, damnant, excommunicant et inutiles reddunt manus ; pedes Christi, id est, vera opera et rectas opinio- ıs spiritus. Nam verba doctrinae clavos *) dici ecles. ult. probat, ubi dicit: „Verba sapientum quasi imuli et clavi in altum defixi," sicut et sagittae, ladius et omnia arma belli nonnisi dogmata sunt.

Fodere ergo manus et pedes est aliud nihil, quam ı etiam supersint, qui redargutis impiis illorum super- :itionibus legitima opera et sanum judicium christia- arum rerum docere laboraverint, tamen suis decretis, ensuris, maledictis crucifigant, damnent et in totum ıefficaces reddant, quo suas impietates stabiliant. Et ic avertit Deus robur gladii christiani, nec auxiliatur ı isto bello, ut Ps. 88. [89.], sinitque cadere ve- itatem et praevalere impietatem, ut operatio erroris egnet super filios incredulitatis, et credant iniquitati, ui caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. ıtque papae quidem et suae ecclesiae haec sunt por- enta.

Ad haec sic examinant corpus ecclesiae, ut om- ia ossa numerari possint, hoc est, nullus eos latere otest, sed mox ut mutierit in quovis etiam angulo

---

*) In edit. princip. leg.: claves.

orbis, in publicum protrahunt proditores, et pro libidine sua distendunt. Nam et auricularis illa confessio, quem sinat latere a facie papae quantumvis longe positi? Itaque jam non est praesumere esse uspiam aliquot Christi ossa occulta, produntur omnino et numerantur, ubiubi sunt, vel per confessionis secretae exploratores vel exactores et tortores, ut dixi. In iis autem omnibus tantum abest, ut ullo miserationis et compassionis sensu moveantur super animas, quas hic Satanae operationibus sine fine perdunt, ut etiam rideant et exsultent, delectati videre et audire ecclesiam sic esse oppressam, manus et pedes perfossos, et in omnem suam libidinem omnia prosperari. Sic enim papistae cum idolo istius vastationis saepius gavisi sunt, victis a se suaque impietate ministris et cultoribus verae pietatis.

Ultimum est, quod vestes partiuntur et sortem mittunt super tunicam inconsutilem. Postquam enim omnia, quae verbi et fidei sunt, oppresserint, ut nec vocalis verbi vigor nec fidei fructus in ecclesia palam floreat, reliquum erat unum illud memoriale, cujus inspectu Christi meminisse, et hac memoria nos alere, et ad verbum ac fidem instaurare poteramus, scilicet sacra scriptura, non voce, sed literis contenta. Sic enim Paulus jubet Timotheo, ut intendat lectioni, et ipse Christus Johann. 5.: „Scrutamini scripturas, illae enim sunt, quae testimonium perhibent de me,“ et Zaducaeos Matth. 22. arguit: „Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei.“ In scripturis itaque veritas fidei involuta invenitur, seu Christus in suis vestimentis. Neque enim ubi

[illegible] et fides et opera Christi defecerunt, aliquid ejus plius habemus quam solas scripturas.

Ideo novissimo loco ea injuria canitur, et evangelistae spiritu praesente senserunt, quid futurum esset libris, quos nobis scribebant de Christo, et quam Christo parum doloris afferret ea injuria, tamen leve, imo ultimum nocumentum ecclesiae haec gura significavit, siquidem e scriptura hauriri potet spiritus fidei, ex fide tum fluxissent verba et opera, et salva mansisset ex magna parte ecclesiae gloria.

Duas autem injurias scripturae sanctae prophetat, divisionem et sortionem. De divisione prius. A multis saeculis coepit hoc mysterium iniquitatis operari, ut simplicissimae scripturae simplicissimus sensus in multos divideretur, quod malum Origeni, deinde ejus sectatori Hieronymo, sanctis et electis (ut equidem credo) viris, acceptum referri debet. Jam tum enim coeperunt etiam electi in errorem duci, ut verbum illud Pauli 2. Cor. 4. [3.]: „Litera occidit, spiritus autem vivificat,“ eo torquerent, quod literam, historicum, spiritum, mysticum sensum appellarent, nimium infelici aemulatione apostoli Pauli, qui Gal. 4. allegoriam Abrahae et uxorum ejus ponit, sed non literam aut spiritum appellat. Tale quid et Philon (ut Eusebius in ecclesiastica historia recenset) christianos Alexandriae fecisse scribit, in qua urbe tunc erat insignis christianorum schola, post illam quae sub apostolis Antiochiae fuerat. Quorum exemplum Origenes secutus fuisse videtur, et de suo addens prolapsus est nimio, donec historicum sensum literalem et fastidiendum, et solum spiritualem acceptandum doceret.

Restitit tamen ei tum spiritus in ecclesia adhuc fervens, et magno tumultu coorto libros ejus damnavit, siquidem et Porphyrio apostatae iis studiis magnam praebuit et veram irridendae christianae philosophiae occasionem.

Decedentibus autem patribus et succedentium generationum rebus in deteriora labentibus coepit scriptura varie lacerari, donec ad universitates ventum est, et regno antichristi in manu Ro. pontificis confirmato, cum jam non mysterium iniquitatis, sed ipsa iniquitas operaretur, et abominatio staret in loco sancto palam, utpote Christo jam cum fide exstincto, apostolus ejus, cum primis s. Thomas cum Lyra et suis in orbem vulgare coeperunt quadrigam illam sensuum scripturae, literalem, tropologicum, allegoricum et anagogicum, ac in has quatuor partes dividere hanc vestem Christi, ut unusquisque seorsum suos haberet auctores, inquisitores et doctores, ceu milites strenuos, et audaces scripturae corruptores.

Quo studio id effecerunt, ut verba scripturae quidem haberent, sed sic dispartita et lacerata, ut prorsus nihil constantis intelligentiae, qua animas induceremus, reliquum nobis fecerint. Neque enim s. Thomas cum omnibus Thomistis universisque scholasticis doctoribus unius capituli vel in Paulo vel evangelio vel quocunque libro scripturae intelligentiam germanam et legitimam unquam aut habuit aut docuit, ut evidens est experientia. Ubi enim sunt, qui Paulum vel evangelium digno et genuino sensu tractaverunt? Et tamen interim celebrant horum versiculorum decreta;

Litera gesta docet, quid credas allegoria.
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

Nonne impiissimum est sic partiri scripturas, ut literae neque fidem neque mores neque spem tribuas, sed solam historiam jam inutilem, sic allegoriae fidem, non mores neque spem, tropologiae mores, anagogiae spem? quasi non Paulus dicat 2. Timo. 3.: „Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum et ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.“ Quid rogo his lacerationibus faciunt, nisi quod ostendunt sese prorsus nihil in scripturis de fide, spe, moribus intelligere.

Hinc factum est, ut illustrium patrum, Abrahae, Isaac et sanctorum totius populi Israel gesta non ad fidem (sicut apostolus Hebrae. 11. facit) docendam tractaverint, sed velut mortuas historias fastidierint, et nescio, quos fidei et morum et spei sensus sibi ipsis somniaverint. Qua impietate nobis vestem hanc abstulerunt et laceraverunt, et loco ejus telas araneorum (ut Isaias 59. vocat), id est, decreta, statuta, et quod omnem superat abominationem, scelerati nebulonis Aristotelis ethica nobis pro Christi vestimentis aptaverunt.

Ita videmus scripturas quidem apud hos esse, sed partitas et quadruplationibus illorum in lacinias inutiles et incertas redactas, ut nec fidei nec morum doctrinis serviant. Scilicet tanta ruditas invaluit, ut nec grammaticam recte intelligerent, et quod figurate dictum inveniebant, hoc mysticum, id est, nullum sensum fecerunt. Quod nisi spiritus praenuntiasset, lacerationem istam scripturae intra limites istorum qua-

tuor sensuum staturam, certe tot finxissent sensus, quot figuris grammaticis usa fuisset scriptura, quando non tantum habuerunt ingenii et judicii, ut allegoriam, anagogen et tropologiam possent pro eodem accipere. Idem est enim allegoria, tropologia et anagoge, quas apostolus non aliquem sensum scripturae (neque enim scriptura plusquam unicum sensum simplicissimum habet), sed mysteriorum locutiones vocat, dicens 1. Cor. 14.: „Spiritus autem loquitur mysteria.“ Res enim ista extra scripturam versatur in libertate spiritus, et nihil ad scripturam tractandam pertinet, sed seorsum aliud genus studii est, scriptura manente simplicissima doctrina totius fidei, spei, caritatis et omnium bonorum operum.

Praeter hanc quadruplationem et alterum monstrum invexerunt scripturae, quod hic propheta sortes vocat super inconsutilem tunicam. Fatentur enim omnes, quod Christus Johann. 10. dicit: „Non potest solvi scriptura,“ et ejus auctoritatem prorsus illaesam esse oportere, cui neque liceat contradicere, neque eam negare. Hanc assumtionem sive majorem theologicae synthereseos universi constanter affirmant. Verum ubi ad subsumtionem et minorem venitur, mox merum ludibrium e scriptura faciunt milites isti ea licentia glossandi et distinguendi, ut totius scripturae eludant vim et auctoritatem. Neque enim hodie vel papam vel Thomistam per scripturas revincas, etiamsi confiteatur scripturae auctoritatem. „Non scindamus eam (inquiunt), sed sortiamur de ea, cujus sit.“

Annon est hoc sortiri super scripturam, eam pro libidine trahere, quocunque visum fuerit? Nonne hanc auctoritatem interpretandae scripturae magistri nostri

in universitatibus per manus sibi tradunt? donec eo venerint, ut riserint allegantem scripturas, ipsi invictissimis (ut ajunt) rationibus pugnantes. Sortiuntur ergo, dum non quid scriptura flagitat, docent, sed tentat quisque fortunam suam, qua suo sensui eam aptare queat, et sibi propriam facere. Hoc enim, quia pugnantibus mutuo disputatoribus et expositoribus fit, non sine periculo fit, hoc est, vere sortibus vestem Christi obtinere, neque enim suam putat, nisi victo adversario suis sensibus eam aptaverit.

In hoc sortilegio papa (sicut decet) princeps est militum, qui statuto omnibus generali edicto docet ad se tantum pertinere, scripturas interpretari diffinitive, quod aliis concedit facere magistraliter, disputative et inquisitive, sed non determinative. Sic enim cum suis collusoribus ludit, ut tamen sors ad eum solum cadat, et in manu sua sit solius scripturam interpretari. Quin eo processit jamdudum hujus lusus victoria, ut papa super scripturas elevetur, nec id injuria, quia dominus rei merito super rem suam elevatur (etiam quam sorte et ludo obtinuit), ut liceat etiam ei dispensare adversus evangelium et jus divinum, exempli gratia:

Hujus sortis opus est, quod de votis docet, extra. de vot. et voti redemtione, ubi ove asinum mutandum *) trahit eo, ut votum ei mutare liceat, et prioribus quibusdam decreti distinctionibus de primatu suo petram appellat se ipsum, et ecclesiam ecclesiam Romanam et claves jus condendarum legum. Et Isaiae 14. [10.] de serra a serratore tracta facit

*) In edit. princip. leg.: ove asino mutandam.

ceteras ecclesias a Romano pontifice oppressas, et c. solitae et c. significasti, quid faciat, alibi diximus. Talibus sortilegiis refertum est universum chaos decretorum et decretalium ejus.

Itaque nunc scripturam sanctam talem habemus, ut si etiam simpliciter proferatur extra quadruplationem praedictam, tamen nonnisi eo sensu doceri permittitur, quem incertum futurum e Romana sede exspectamus. Sors jacitur et quaeritur ejus intelligentia, sed quia non nostrum est diffinire, et incertum est, in quam inclinaturum sit sacrosanctissimum scrinium pectoris illius sanctissimi (nisi ubi certum est, in suum quaestum et tyrannidem tortam esse scripturam), eventum et fortunae mensam (ut Hiero. [Isai. 65.] ait) adorare oportet.

Hue pertinent illae religiosae submissiones et protestationes in scholis et templis universisque concionibus fieri solitae. Nemo audet dicere: Haec est scriptura, sed protestor (inquiunt) me nihil velle dicere, quod sacrosanctae ecclesiae Romanae adversarium sit. Quid ergo docent hodie in populo Dei? Nihil nisi reservationes illas incertas sacratissimi scrinii pectoralis, quod non uno daemone obsessum horrendis mendaciorum abominationibus in omnem terram vaste inundat. Sic scripturas neque negatas neque dissolutas habemus, manetque tunica illa inconsutilis, desuper contexta per totum, sed sortibus sceleratorum pontificum et theologorum merum ludibrium et incerta possessio efficitur. Quomodo enim fidem certam doceas, quando sensum incertum facis?

O horrendum spectrum, non solum exstingui vocem evangelii, sed etiam literam ejusdem dubiam et

fortuitam facere, ne qua spes sit resuscitandae, atque ii sunt, qui optime hodie docent, dum incerta omnia docent, nihil volentes a se assertum, cum fides, nisi sit certissima fides, esse non possit.

Hic jam inspice portas illas inferi, universitates doctorum matres, et quam fatali nomine scholae, id est, ludi appellentur, ipso nomine paene sortilegium hoc sacrilegum prae se ferentes, et quam recte doctores dicti sint scholastici eodem fato, id est, ludicri vel illusorii. Si nescis igitur, qui sint illi milites quatuor, magistri illi nostri eximii sunt, quatuor sensibus scripturae quadruplantes (atque hic sunt nondum pessimi) et sortibus suarum illusionum (quas expositiones vocant) scripturas ludibrium facientes, atque haec milites (inquit evangelista) fecerunt. Quis scit, an iste quaternarius et hoc voluerit, quod universitates futurae erant quatuor facultatibus constantes, quo nobis praecaveret, quam insigni abominatione coram Deo foeteant gloriosissimae illae studiorum matres. Huc pertinet egregium illud ca. 9. Apocalypsis de quatuor angelis, equis, capillis, coronis, locustis, de puteo abyssi venientibus, ut universitates non alio loco plenius figuratas habeamus.

Quid si apostolus Ephe. 4. haec portenta voluerit, ubi dicit: „Non simus parvuli fluctuantes, et circumagitati omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris." Graece enim dicit: Ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ τῆς πλάνης. Kybia autem a tesserarum lusu dicitur, ut sit proprie aliud nihil quam verbis divinis ceu talis lusoriis uti, nihil certum in eis asserere, sed variis opinionibus jactare. Quo verbo velut spiritu intento sortem hanc militum explicuisse, et scripturae illos

lusores, pontifices et magistros nostros insigni dixisse videtur. Quid enim his vagis opinio incertis doctrinis faciunt, nisi quod nos parvul omni vento fluctuantes agunt et cogunt, qu volunt?

Jam panurgia quoque eorum maleficia, Hieronymus vocat, circulatorum ludos taxat. tempore Hieronymi erant panurgi, qui circu more scripturis luderent et quidvis ex ea sim quando solum mysterium iniquitatis operaretu interim factum esse putamus tot saeculorum au quitia? Et quid nunc fiat, regnante abomin Vide pontificum et doctorum libros, nil nisi pa videbis. Atque haec satis sint de horribili ha et partitione vestium.

Vidimus itaque spiritum prophetae in Chri sione potissimum ea tractare, quae ad verbi mini et usum pertinent, de impiis magistris scilicet felicibus auditoribus. Nam quid mali mores in sia sint et faciant, propheta tacet, sed Christi non tacet, de qua re pro occasione danda boni tibus paucula videamus. Quia morum nequitia t manifestaria, ut facile omnibus cognosci poss fidei vastitas, verbi oppressio et scripturae te speciosissimis titulis grassantur, ideo non prop verbis, sed solo adspectu Christi nobis proponitu sideranda.

Caput Christi ipsum Christum seu fidem e trinam Christi significat, cujus capilli et barl significant, qui proximi Christo sunt, nempe pop pastores, qui in verbo Dei praesunt populo. Si Ps. 67. [68.] verticem capilli contriturum sese id est, sacerdotes synagogae, et Isaiae 3. p

ante crine calvitium sese daturum, et in Canticis onsa comam sponsi nigram esse sicut corvum, id r, absconditos in spiritu et sanctos pastores sine a specie, et cincinnos ejus plenos rore et guttis ctium cantat, hoc est, laudat apostolos et apostolicos ros, pastores in ecclesia. Sic et per caesariem luxuosissimam et pulcherrimam Absalom superbissimum et deatissimum sacerdotium Judaeorum figuravit spiritus, et s. 29. [133.] unguentum capitis Aaron in barbam, de barba in oram vestimentorum ejus descendere mitur, hoc est, gratiam spiritus per pastores in populum ministerio sanae doctrinae venire.

Porro, spinas significare vel impios vel avaritiam n divitias impiorum cogit Christus Lucae 8., ubi men suffocatum spinis exponit verbum sollicitudine eculi et fallacia divitiarum impeditum. Et Can. 2.: icut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias." 2. Reg. [2. Sam.] 23.: „Impii sicut spinae evelitur." Et Jud. 9. Jothan *) appellat Abimelech annum et Siccimitas spinas. Et Ps. 117. [118.]: ixarserunt sicut ignis in spinis." Stet ergo, spinas se impios magistros, ventris animalia, divitiis et curae jus vitae deditos, quales facit eos universa scriptura, supra satis diximus.

Ex quo nunc facile est intelligere, quaenam sit inea ista corona a militibus plexa et posita super put Jesu, nempe, colluvies ista hominum impiissimom, papae, cardinalium, episcoporum et quidquid est aelatorum, majorum, sese mutuis nexibus pertinassime complectentes, et invicem operas mixtas traentes, divitiis inaestimabilibus incrassati (magnas enim

*) In edit. princip. leg.: Jonatha.

spinas fuisse dicunt) et inaudita luxuria et pompa hujus saeculi suffocati. Et tamen hos indoctos et infulsos homines patitur ecclesia in loco suo superiori, inter capillos capitis sui, id est, impositos super parochianos et verbi ministros. Hos enim obsident et opprimunt, cum ad verbum et fidem nihil magis ipsi sint idonei et utiles, quam spinea corona capiti et capillis Christi, tantum ad vexandos et opprimendos suis tyrannicis jurisdictionibus parochianos et populorum curatores praevalidi.

Interim violantes sacrum illud caput fidei et verbi, et totam faciem cum capillis et barba cruore largo foedissime deformant, ut non sit ei species. Hoc fit, dum corruptissimis, avaritiae, superbiae, luxus, libidinis et scelestissimorum scelerum moribus impune et licentiosissime grassantibus ecclesiae conversationem totam reddunt sanguineam, hoc est, ipso mundo mundaniorem, ipsis carnalibus carnaliorem. Quid enim mundanius hodie *) sanctissimo Christi vicario et suis cardinalibus, episcopis et praelatis? Quis regum majores dictiones, quis principum majores opes, quis majores pompas, luxus, otia, et omnia, quae excogitari possunt, aut unquam fuerunt, habet, quam hoc regnum papae, pro honore Dei et gloria ecclesiae sanctae? Interim ii, qui verbum docere deberent, vix panem habent, nec tamen audent loqui. Adeo ista corona spinea totum caput cum coma et barba oppressit et abscondit.

Scilicet hoc voluerunt suis illis sacratissimis decretis, quo prohibent, ne quis suadente diabolo pestilentibus eorum criminibus mederetur, ne inferior supe-

*) Edit. princ. † quam.

riorem judicaret, ne laicus clerum corriperet, ne papam vel concilium ipsum puniret. Omnia enim sic posuerunt, ut esset eorum impunita nequitia, et haberent securam licentiam quodlibet audendi, sicut est dies haec. Sic regnat homo ille peccati et filius perditionis, papa. Tunc illud Isaiae cum Christi specie impletum est: „Non erat ei species neque decor.“ Quis enim hodie in clero aliud videt quam avaritiam, fastum, libidinem, et omnia scelera, idque impune adeo, ut, si resistas, excommuniceris, ut qui ecclesiam Dei violaris, et ministros ejus invaseris, cum tamen ipsi, ut prima pars ecclesiae, sanctimonia et doctrina Christi faciem dulcissimam debebant purissime referre. Ubi ergo facies ecclesiae? „Non erat (inquit) adspectus, unde nec reputavimus eam.“

Venimus ad purpuream chlamydem, quae regum vestis est, regnum etiam significat. Mihi plane illud insigne opus antichristi videtur, quo operante Satana imperium Romanum abolitum papa restituit, et sibi subjecit, transferens illud a Graecis (ut ait) ad Germanos. Quid enim abjecta illa purpura (neque enim Christum induerunt aliqua insigni et quae esset in usu, sed quae jam detrita desiit gestari) nisi Romanum imperium, quod tum papa arripuit, cum jam defloruisset ac cecidisset? Nec alia causa ad Germanos transtulit, quam quod homines feroces, sed simplices et fidos hoc ostento sibi subjiceret, perque eos sese tutum ac defensum in omnes voluntates suas redderet, non ipsos, sed se ipsum imperatorem Romanum faceret, imo nomen imperatoris et titulum imperii barbarae genti (ut dicunt) tribueret, sibi vero et rem et jus retineret, ac jam non imperator Romanus, sed imperator imperatoris Romani fieret. Quod ut astutius impleret, cu-

ravit, ut clerus suus, nempe tres episcopi maximi Germaniae immiscerentur et electores imperii censerentur.

Itaque pro vestibus Christi nunc ecclesia induta est gloria imperii, non in verbo et fide, non in scripturis nititur, sed in brachio saeculari et cruento imperio confidit, tanto enim sanguine constitit hoc imperium Germanis, ut non frustra spiritus hanc chlamydem purpuream esse voluerit. Adhuc tamen in eo nititur sanctissimus vicarius Dei cum ecclesia, adhuc stultus populus Germaniae sanguinem suum pro iis monstris prodigit, et canitur illis: Imperium non est extra ecclesiam, id est, Christus non illuditur nisi in purpura. Quin hoc imperium sacrum appellari visum est, quod non a Deo, sed a sanctissimo vicario Dei sit paratum, qui quidquid volet, sacrum est. Cogitur ergo ecclesia Dei calamitosissima hujus imperii fictitii gloria circumdari et illudi, sedetque in medio imperio horribili specie.

Quod arundinem dant in dexteram ejus, videtur mihi hoc significare, quod per simulatum rudis Germaniae imperium stabilita tyrannide antichristi hujus Romani introducta est philosophia et inanis fallacia, ut apostolus Coloss. 2. praedixit, et alibi operationes erroris appellat, per quam infelix populus Christi novo doctrinae genere coepit regi, id est, seduci, et ab evangelio Dei avocari. Accessit ad istam perniciem decretalium papisticarum editio, seu, ut apostolus ait, traditiones hominum et elementa mundi. Et ex his duobus puteis abyssi adscenderunt locustae illae vastatrices terrae, geminae scilicet facultatis professores, theologiae et juris. Horum enim sapientia administratur tyrannis papalis, hi sedent in omnibus dioecesibus. Juristae quidem consistoria, theologi cathedras tem-

lorum occupant, utrique nihil Christi, sed omnia papae et Aristotelis docent, et misero populo inculcant. Ecce hoc est sceptrum regale et virga pravitatis, virga regni antichristi.

Nec frustra Matthaeus arundinem datam dicit in dextram ejus, non in sinistram, videlicet futurum erat, ut antichristus sua dogmata, quibus ecclesiam illuderet, sub specie regiminis ecclesiastici non tantum ferret super corpora et res temporales, quae sunt a sinistris nostris, quemadmodum civiles leges feruntur, sed in conscientias irrumperet, easque illaquearet coram Deo et in spiritualibus, quae a dextris nostris sunt, et in loco Dei regnaret fulminibus et censuris, eo populos adigens, ut non minus peccare sese crederent, si sua mandata non admitterent, quam si Dei mandata repellerent, imo magis quam Dei mandata timerent, ut sola arundo in dextera ecclesiae imperaret. Huc enim illud torserunt 1. Reg. [1. Sam.] 15.: „Melior est obedientia quam victima," et obedientiam hanc sacrilegam sic extulerunt, et signis mendacibus, quae ad censuras illorum sequebantur, sic roboraverunt, ut obedientiam fidei funditus perderent nec aliquando meminissent.

Et quid tamen est doctrina philosophiae et juris canonici *), nisi mortua, sterilis et inanis arundo? quae similis pleno et solido ligno sceptrum mentitur magis quam repraesentat, vere inanis fallacia. Nihil enim in doctrina ejusmodi, nisi vanitas et mendacium titulo et nomine scientiae et pietatis proposita est, qua fides, quae sola veritas est, non docetur, sed vestium, ciborum, domorum, corporum, dierum, personarum, alia-

---

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

rumque rerum consecrationes, observationes, dignitates et infinita alia pompae speciosae vanissima portenta, quibus simplex vulgus a veritate illicitur in vanitatem. Haec est illa oppositio falso nominatae scientiae et profana vocum inanitas *), quas Timotheo vitare mandavit apostolus.

Praeter inanitatem vero et aliud habet arundo mysterium, quod Christus explicuit Matth. 11., ubi dicit: „Quid existis videre arundinem vento agitatam?" scilicet quod evangelium constantis sit veritatis, fallacia autem inanis papisticae doctrinae et philosophicae theologiae nonnisi arundo opinionum et quaestionum ventis agitata, et conscientias nulla unquam pace quietas esse permittens, et sicut Isaias 28. dicit: „Nihil hic, nisi manda, remanda, exspecta, reexspecta, modicum ibi, modicum ibi," donec ad scrinium illud pectoris ventum est, quo nihil inconstantius, sceleratius, mendacius, vanius sub sole ortum est, et tamen ad ejus inconstantiam moveri necesse est tot regionum populos. O furor irae Dei!

Adoratio autem illusoria, qua genu flectunt et dicunt: „Ave rex Judaeorum," mihi figurat tumultum illum confusionis, qui hodie et in doctrinis praedictis et usu hominum dicitur cultus divinus, siquidem cultus divinus verus est fides, spes et caritas in Deum et proximum, quibus homo vetus mortificatur, et novus de die in diem renovatur, ubi orationes purae, jejunia salutaria et benevolentia mutua in moribus optimis fructificant.

At isto cultu veritatis jam dudum obliterato per papisticam arundinem, alius cultus divinus erectus est,

---

*) In edit. princip. leg.: vanitas.

qui est, magnas et sumtuosas moles templorum in coelum erigere, easque infinito numero, tum intus vasis, tabulis, picturis, imaginibus, sculpturis pretiosissimis repleri magis quam ornari, ad haec sacerdotum vestes sacras inaestimabili et pretio et numero augere. His tum ad cultum hunc divinum paratis multiplicari homines rasos et digitis unctos, qui, ne tantas domus frustra aedificaverint, clamoribus insanis aut murmure incessabili repleant, et horas ac missas ita cantent, ut vere irridere ex animo viderentur, nisi insania papisticae doctrinae capti non intelligerent hanc furiam aliud nihil esse, quam Christum genu flexo illusorie adorari, jam dudum flagellatum et coronatum spinis ac purpura indutum.

Si hoc non est illudere Christum et populum ejus, qui est ecclesia, rogo, quid tum erit illudere? Ad orandum conveniri oportuit, et ad verbum Dei audiendum domos haberi qualescunque. At nunc ad clamandum, ad aures et oculos pascendos convenitur, et aedificantur ornanturque omnia ad titillandos sensus carnis. Nam in hunc usum et campanae, organa et universa musica ceu altare Damasci in templum Dei translata sunt, quibus omnibus Deus quasi idolum illusione dignum ridetur. Nam sub iis pompis cerimoniarum (ut dixi) fides et caritas, verus cultus non modo non alitur, sed etiam exstinguitur, ut homines loco fidei in talia opera discant confidere, et loco caritatis substantiam suam profundant ad exornandos lapides istos et ligna, nihil interim habitis proximi necessitatibus.

Et augent hunc deplorandum populi errorem strenui isti et sacrilegi pontifices, sacerdotes et monachi, dum praetextu purgatorii avaritiam suam infinitam totius mundi opibus devoratis satiare nituntur. Neque

enim finis est anniversariorum, vigiliarum, missarum, aliarumque (quas vocant) fundationum, in quibus tamen omnibus nihil mandati divini reperias, imo omnia contraria mandatis divinis, cum Deus in fide et caritate sui cultum constituerit, at isti in sui scerimoniis, ritibus et operibus a se ipsis repertis.

Iste est cultus Moloch in valle Ennon. Sicut enim Manasses oblitus (juxta nomen suum) Dei et legis ejus filios suos et populi sui per ignem lustravit, et interim ne ejulatus ardentium filiorum audiretur, tympanis et aliis organis magna confusione strepentibus (ut dicitur) parentum animi occupabantur, ut filiorum tam crudeles et sacrilegas mortes alacriter ferrent, et Deo summum obsequium sese praestitisse crederent, ita et isto cultu nostri Moloch agitur, ubi tot pompis vestium, vasorum, vocum, gestuum, organorum et horum praedicatione et commendatione velut tympanis et tubis capti oculis et auribus interim non intelligant, quam sacrilega idololatria tot animas perdunt et igni geennae immolant, quin prae hoc insano cultu legitimi illius et veri cultus ne meminerunt quidem.

Percuti vero caput ejus arundine, significat sacrosanctas illas, hoc est, sacrilegas determinationes ecclesiae in quaestionibus fidei (ut vocant) descindendis usitatas, ubi etsi palam non negent Christum, nec caput ejus amputent, cum oporteat puram fidem in aliquibus manere in finem mundi, tamen ab arundine ista publicam patitur tyrannidem, et non determinatur secundum spiritum veritatis neque per auctoritatem scripturarum, sed per arundinem papae, secundum inanes traditiones hominum (servato semper nomine Christi et ecclesiae in speciem).

Hujus generis sunt, essentiam Dei nec generari

generare, animam esse formam corporis substan-
n, panem et vinum transsubstantiari in altari, unam
ım speciem laicis dari pro sacramento integro, et
ia portenta, qualia in concilio Constantiensi multa
determinata. Denique quidquid papistis libuerit,
ulus fidei est. Vere enim tunc in caput percussa
lusa, imo prostrata veritas cum Iohanne Huss,
tatuta abominatio traditionum papalium in loco
:o.

Interim non cessavit in publico conspui veritas,
ı faciem illudi. Asseruisse enim aliquid illic et
ae aut in scholis damnatorum unanimi omnium
'e pro exsecrabili, conspuenda et detestanda hae-
exprobratum est et exprobratur adhuc. Ita fides
modo exstincta jacet, sed opprobrium est suis
bus tanquam haeretica, scandalosa, seductoria,
matica et ejusmodi aliis ignominiae titulis foedata,
icut Christus novissima passione cum sceleratis
tatus est, ita et ipsa post multas tyrannorum
ıereticorum persecutiones novissimam hanc patitur,
um damnatis et abominandis erroribus reputetur.
haec tempora novissima irae, de quibus Daniel
dixit. Haec tempora periculosa, de quibus Paulus
monuit, ubi omnia vastantur. Hoc est vaticinium
horrendum Christi, quod non Judaeis, sed genti-
tradendus esset ad flagellandum, illudendum et
ifigendum. Nam in gentium ecclesia implentur
omnia sub duce Romano antichristo, qui est
ıter erroris, apostolus Satanae, homo peccati et
perditionis, quem o utinam propediem interficiat
nus Jesus spiritu oris sui, et destruat illustratione
ntus sui, amen.

Sed ecce flagellationem praeterivimus. Breviter

Psalmus secundus docet Christum in virga ferrea pascere populos, et Isaiae 11.: „Virga oris sui percutit terram." Sed et 3. [1.] Reg. 12. Salomonis durissimum jugum populus queritur, quod Roboam appellat flagella, dicens: „Pater meus cecidit vos flagellis, ego caedam vos scorpionibus." Quare flagella et scorpiones papae durissimum jugum arbitror, quo per leges suas vulgi conscientias discruciat et gravissime affligit, et potissimum suspicor carnificinam illam hic figurari, qua in sacramento poenitentiae tyrannisat durissima illa lege occultae et auricularis confessionis et satisfactionis. Quis enim numeret, quot vulneribus hic laesae sunt conscientiae populi christiani, dum tot peccatorum generibus, speciebus, differentiis, nepotibus, filiabus, membris, partibus recogitandis, discutiendis, inveniendis sunt vexati? quando res etiam ad impossibilia venit, ut scilicet omnia peccata confiteri sub periculo salutis adacti sint miseri et perituri, si unum aliquod obticuerint. Deinde exactiones illae satisfactionum, precularum operumque aliorum turbines animorum inundaverunt, dum infelicem populum pro peccatis non fide, sed operibus satisfacere docuerunt.

Ubi necesse fuit, ut nullius conscientia unquam pacem haberet, sed assiduis flagellis verberaretur tyrannicarum istarum legum violentià. Nec enim pax esse poteat conscientiae, nisi sciat peccatum remissum et satisfactum. At operibus in infinitum completis scire non potest remissum esse peccatum, et tamen per ea quaeritur scientia ista per impiorum istorum doctrinam, cum sola promissione Dej et remissio et pax obtinentur per fidem in illam. Vere ergo sine ulla causa flagellis caesi sumus, ut et de nobis illud cum Christo dici possit: „Congregata sunt super me flagella et

oravi," id est, non erat causa, et frustra flagellis a obrutus. Et hoc quidem est jugum nostri Roboam avissimi, ob quod et Israel ab eo scissus est, tota clesia orientali a tyranno Romano alienata, in quibus nen spes est relinqui septem millia virorum, qui non orent Baal, sicut in illo veteri populo relinquebantur. id sit Christum suis vestibus illusum indui, felle et ito potari et reliqua, aliis relinquo, occasionem dedisse itentus, ne nimio prolixus sim.

ı autem domine ne elongaveris auxilium um a me, ad defensionem meam conspice.

Hebraeus me judice sic habet: Et tu o domine elongaveris, o fortitudo mea, ad auxilium meum tina, seu ut Ps. 69. [70.] eadem verba melius transit, ad adjuvandum me festina. Licet hic variet et ıfensionem" ex auxilio et „conspice" e festinandi verbo iat, simul distinctionem confundens, sic nomen אֱיָלוּתִי reddit „auxilium tuum a me", cum neque „tuum" que „a me" sit in hebraeo, tamen auxilium meum rti posset in hunc sensum: Tu, qui auxilium meum unicum, festina ad me adjuvandum. Sic et alemanie dicitur: Du bist mein Hulf und Trost, eile und f mir. Putatur enim nomen Dei אֵל (quod aliquoties tem transferunt) ab isto אֱיָלוּת venire, quasi אֵל auxiliando dicatur, quia solus est omnium salvator, xime autem fidelium. Abunde autem satis dictum de verbis absolutis, quale est hoc loco: „Ne elongaris," id est, ne sis mihi a longe, ne tardes adie etc.

Incipit hoc versu orare et prophetare, quia emerjam, et finitis querelis ad victoriam tendit agon

passionis ejus, et aliis nunc affectibus loquitur, fructum scilicet passionis suae cantaturus, qui est conversio populorum ad fidem sui per spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi domini nostri, ut Pau. Ro. 1. dicit, per quem spiritum declaratus est ministerio evangelii filius Dei, in salutem omni credenti. Primum ergo orat pro se ipso, non quidem sui gratia, sed ut per ipsum narretur nomen Dei, et sic per verbum ejus convertantur populi ad Deum, et glorificetur Deus in misericordia sua. Tribus autem versibus urget hanc orationem, verbis multo et magno affectu conceptis, quorum primus est hic: Et tu domine ne elongeris, auxilium meum, ad adjuvandum me festina. Prope esse et festinare Deum petit, sive quod affectus patientis longe esse putat auxilium, sive quod non diu in morte relinquendum sese orat. Ceteros enim omnes Deus differt usque ad judicii diem. Hunc unum festinavit suscitare a mortuis.

Nec est cogitandum, quod adjuvari petat in vita servanda, cum in praedictis patuerit, quomodo in pulverem mortis et longe aliter quam antiqui patres derelictus sit. Istae enim sunt preces et supplicationes, quas eum cum lacrymis obtulisse scribit apostolus Heb. 5. ad eum, qui salvum posset facere a morte et exauditum pro sua reverentia. Quare ex consequentia Psalmi vim et causam hujus orationis capere oportet, ne similis esse credatur nostris aut usitatis hominum orationibus pro hujus vitae necessitatibus orantium.

Erue a framea Deus animam meam, et de manu canis unicam meam.

„Deus“ non est in hebraeo, et „unicam“ melius vertisset solam vel solitariam. Vult enim dicere, animam

esse solam, ab omnibus derelictam, neminem esse,
uaerat, curet, soletur, ut Ps. 141. [142.] dicit:
it fuga a me, et non est, qui requirat animam meam,'
ısiderabam ad dexteram, et non erat, qui cognosceret
scilicet quod solitudo per se quaedam crux est, multo
ı in tantis cruciatibus sine exemplo sineque socio
molestum est. At tales et nos omnes in qualibet
ıortis saltem passione esse oportebit, et cum Ps.
25.] clamare: „Respice in me, et miserere mei,
unicus et pauper sum ego.“

Frameam Ps. 9. et 16. vidimus [17.] ex hebraeo fonte
e, et a scindendo gladium dici, et tum persecu-
ı tum persecutionem ipsam significare propter
:um ardentem et acutum, quo insaniunt impii in
tem. Conantur enim adversarii summis studiis et
et pietatem abscindere, et ex hominum memoria
e. Inde et gladio tribuitur os in scripturis, quod
sua devoret viventes, sicut Deut. 32. dicit: „Gla-
meus devorabit carnes,“ et in aliis locis frequen-
egimus, in ore gladii esse percussam civitatem,
ıccisos populos. Ita et hic Christus sese gladio
:ari questus petit erui et a morte reduci. Idem
quod dicit: „De manu canis,“ respiciens ad titu-
in quo cerva dictus est, quae canibus objiceretur.
idemus canum vehementem impetum in feras, quas,
sit qui obstet, omnino occidunt et devorant, ut et
verbo judaicam devorandi Christi ferocitatem expri-
atque adeo, quia solus erat, devoratus est. Ideo
petit de manu canis (id est, canum, per synec-
en), in cujus potestatem sese venisse queritur.

va me ex ore leonis, et a cornibus uni-
cornium humilitatem meam.

Vide auxesin, frameam, canes, leones, unicornes

causatur, nec simpliciter frameas, canes, leones, unicornes nominat, sed frameam in anima et vita jam saevientem, et manum canis et os leonis et cornu unicornium, ut non conatum, sed opus eorum ostendat in sese perpetratum. In manu enim canis et jam laniatus est, qui de manu ejus petit erui, et in ore leonis est, jam occisus et devorandus, qui ex ore ejus salvari petit, et cornua unicornium expertus est, qui a cornibus eorum salvari petit. Quanta ergo ferocia, quae solius frameae nomine et opere significari non satis potuit. Sed laniantis canis, devorantis leonis et ferientium unicornium furore vix depingitur, scilicet nullum est atrocius odium, nulla crudelior invidia, quam qua in pietatem pietatisque et doctrinam et doctorem grassatur Satan, non uno enim modo neque solito furore haec prae ceteris et abolita cupit, quod per haec sola regnum suum in mundo periclitari intelligit.

De natura unicornium dicemus plura loco suo, Ps. 91. [92.], ubi in bonam partem dicitur: „Exaltabitur sicut unicornis cornu meum.“ Hic satis est nosse bestiam eam esse implacabilis irae, sicut est et leo rugiens et canis venans. Insuper indomabilis est, necdum enim vivens captus est ullus unicornis, id quod et Job. 39. scribitur: „Numquid volet rhinoceros servire tibi? aut morabitur ad praesepe tuum? Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te? Numquid habes fiduciam in multa fortitudine ejus? et derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi, quod sementem reddat? et aream tuam congreget?“ Quae omnia in legis populum dicta sunt horrendo mysterio.

Synagoga enim indomita his significatur, quae sua justitia sic inflatur, ut nec servire Christo, nec ad

praesepe ejus morari et verbum ejus audire, nec arare et docere sub eo, et valles colere dignetur, sed licet multae virtutis sit, et in operibus legis abundans, tamen in ea nihil fidit Christus, nec ei committit suas res. Neque enim reddit sementem nec congregat aream, hoc est, nihil ad ecclesiam ecclesiaeque augmentum facit. Hos unicornes, et quidem efferatos hic Christus memorat. Omitto hic dicere, quod aliud putant animal rhinocerota et monocerota, seu (ut latine dicam) naricornem et unicornem. Illud enim in nari parvum, hoc in fronte magnum cornu habere dicunt. Certum est, quod interpres noster pro eodem habuit.

„Humilitatem meam" non hoc loco (sicut fere nusquam in scriptura) pro animi illa virtute accipitur, quam Paulus vocat tapinophrosynen, id est, affectum humilia, non alta sapientem, ut Ro. 12. exponit, sed afflictionem et oppressionem, et omnino formam illam humilitatis, in qua virtus illa tapinophrosyne exercetur, quam Bern. humiliationem, non humilitatem appellat, de qua et Ps. 9. dictum est: „Vide humilitatem de inimicis meis etc.," quanquam ignoro, an hoc loco potius verbum sit secundae personae: Humiliasti me, id est, afflixisti, oppressisti vilemque me fecisti. His quatuor generibus persecutorum omnino simile est verbo ejusmodi et tropo, quo dicitur Ps. 50. [51.]: „Exsultabunt ossa, contrivisti seu confregisti etc.," pro quo nos ossa humiliata legimus.

Quatuor autem illa, frameam, manum canis, os leonis, cornu unicornis, non est dubium figurare universum illud chaos impiorum magistrorum in veritatem fidei grassantium, sicut Judaei in Christum grassati sunt. Sed aliorum sit mysteriis ludere, nos historiam prosequamur.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te.

Quis est iste quaeso novus et admirabilis narrator et laudator, qui tot modis sese mortuum et devoratum professus est, et tandem post mortem, et haec omnia prophetat demum fore, ut narret et laudet nomen Dei? Verum est enim eum mori oportuisse, qui tanta de morte sua praedixit, ne mentiretur. Rursum verum esse oportet eundem narraturum et laudaturum nomen Dei. Aut ergo simul mortuus et vivus, aut a mortuis resuscitatus narrat et laudat, non simul vivus et mortuus, cum haec sint impossibilia et absurda. Neque enim Christus simul fuit aut esse potuit homo vivus et mortuus, licet simul esset homo mortuus et Deus vivus diversa natura in una eademque persona, ut persona quidem simul viva et mortua fuisse recte dicatur, sed non natura. Igitur resurrectionem suam hic praedicit, imo fructum et opus resurrectionis, quae est laus et gloria Dei, quod illum exaudierit in precibus praedictis et salvaverit a morte, pro qua re nova et mirabili sese narraturum, laudaturum et gratias acturum dicit.

Verum quando hunc versum Paulus ad Heb. magnifacit, non est frigide recogitandus, nam et mysterium et ministerium evangelicum brevi compendio complectitur. Mysterium est, quod fratres appellat, et nomen ac laudem Dei narrat. Ministerium autem est ipsum narrandi et laudandi officium. Discamus ergo hic iterum, quid sit evangelium praedicare in ecclesia. Saepius enim diximus, quod novi testamenti praedicatio est praedicatio gloriae Dei, sicut Ps. 8. 9. et 18. [19.] ostendimus: „Coeli enim enarrant gloriam Dei, et admirabile faciunt

nomen ejus in terra." Sed simul dum nomen et opera Dei praedicantur, etiam ignominia et vanitas hominum praedicantur, ut obnoxius fiat omnis mundus Deo, et inveniantur omnes vacui gloria Dei, Ro. 3. Atque hoc est mysterium absconditum a sapientibus et prudentibus. Verbum enim gratiae verbum crucis est, scandalum Judaeis et stultitia gentibus, qui, cum nomen Dei narrari et suum damnari, deinde opera Dei annunciari et sua reprobari non sustineant, blasphemant nomen domini, ut suum honorent, et justitiae Dei non subjiciuntur, ut suam statuant. Ita dum abominantur idola, sacrilegia faciunt, ut haec omnia ex praedictis facile intelliguntur.

Ministerium est, quod hoc verbum salutis de nomine domini positum est non in literis et libris, sed in manifesta et vivae vocis confessione, ut non solum sciatur, sed et foris praedicetur instanter, opportune, importune etc. Sic et Ps. 8.: „Ex ore, non ex calamo, infantium perfecisti virtutem." Et: „Coeli non cogitant, sed enarrant gloriam Dei." At sic in publicum prodire et libere praedicare, totumque mundum provocare, non est virtutis humanae. Ideo dicit: Ego narrabo, Ego ero, qui loquar in eis, sicut et ad Mosen Exo. 3. dixit: „Ego ero, qui ero." Ministri enim verbi non solum est omnia mundi arguere, sed etiam exemplo suo idem testari, et pro verbo opes, gloriam, vitam, justitiam, sapientiam et omnia ponere, ut ostendat, quae docet, in se ipso primum.

Arduum itaque est ministerium, sicut incredibile est et mysterium, quod per ipsum ministratur. Ideo ad se ipsum recepit hoc opus virtutis, ut nemo suis viribus praesumat docere, sed Christum in se sinat narrare.

Sed et personaliter ipse narravit fratribus suis nomen domini, ut Lucas scribit Act. 1., per quadraginta dies apparens eis et loquens de regno Dei. Pereant ergo omnes traditiones hominum et quidquid non est Christus. Nam ego (inquit) narrabo, quo sustulit omnem doctrinam, quae non est evangelica, Christi enim vocem audiunt oves et non alienorum, Christus autem aliud non narrat, quam nomen et laudem Dei, id est, gratiam Dei et peccatum hominum, sicut dicit Joh. 16.: „Ille arguet mundum de peccato et de justitia et judicio.

Quod autem „fratribus meis" dicit, jactat apostolus Heb. 2. dicens:„ Qui enim sanctificat, et quis anctificantur, ex uno omnes," propter quam causam non confunditur, eos fratres vocare, dicens: „Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te." Hae sunt enim abundantes divitiae mysterii hujus, quod fratres coheredes Christi, filii Dei, reges mundi, et inenarrabilium bonorum cum Christo possessores sumus. Et quis aestimet, quid sit esse fratrem Christi? Omnia uno verbo comprehensa sunt.

Habemus itaque tria in istis verbis, officium verbi, rem verbi, fructum verbi. Officium verbi est narratio verbi, res verbi est gloria et nomen Dei, fructus verbi est per verbum et fidem gloriae Dei fieri fratres Christi, hoc est, credenti est evangelium Dei virtus in salutem, Ro. 1. Ecce fructus resurrectionis Christi. Hoc est alleluja illud per psalterium et in novo testamento sic celebratum. Quid est alleluja, nisi laudate dominum? At laudare dominum, hoc est, evangelium praedicare, ut alleluja sit verum et germanum evangelii encomium. At quanti sunt, qui totis diebus iterent has literas et voces alleluja, qui tamen evangelio sunt inimicissimi?

nomen ejus in terra." Sed simul dum nomen et opera Dei praedicantur, etiam ignominia et vanitas hominum praedicantur, ut obnoxius fiat omnis mundus Deo, et inveniantur omnes vacui gloria Dei, Ro. 3. Atque hoc est mysterium absconditum a sapientibus et prudentibus. Verbum enim gratiae verbum crucis est, scandalum Judaeis et stultitia gentibus, qui, cum nomen Dei narrari et suum damnari, deinde opera Dei annunciari et sua reprobari non sustineant, blasphemant nomen domini, ut suum honorent, et justitiae Dei non subjiciuntur, ut suam statuant. Ita dum abominantur idola, sacrilegia faciunt, ut haec omnia ex praedictis facile intelliguntur.

Ministerium est, quod hoc verbum salutis de nomine domini positum est non in literis et libris, sed in manifesta et vivae vocis confessione, ut non solum sciatur, sed et foris praedicetur instanter, opportune, importune etc. Sic et Ps. 8.: „Ex ore, non ex calamo, infantium perfecisti virtutem." Et: „Coeli non cogitant, sed enarrant gloriam Dei." At sic in publicum prodire et libere praedicare, totumque mundum provocare, non est virtutis humanae. Ideo dicit: Ego narrabo, Ego ero, qui loquar in eis, sicut et ad Mosen Exo. 3. dixit: „Ego ero, qui ero." Ministri enim verbi non solum est omnia mundi arguere, sed etiam exemplo suo idem testari, et pro verbo opes, gloriam, vitam, justitiam, sapientiam et omnia ponere, ut ostendat, quae docet, in se ipso primum.

Arduum itaque est ministerium, sicut incredibile est et mysterium, quod per ipsum ministratur. Ideo ad se ipsum recepit hoc opus virtutis, ut nemo suis viribus praesumat docere, sed Christum in se sinat narrare.

confugiunt, ut salvi fiant. Ecce ii sunt timentes dominum, qui laudant eum. Impii vero ut non vera credunt, quae audiunt in sua opera dici, ita non timent, non fugiunt ad misericordiam, ideo nec laudant dominum, cujus beneficia neque sentiunt neque quaerunt. Non autem potest praedicari gratia, nisi praedicetur peccatum. Nam exhibitio medicinae argumentum est morbi evidentissimum, et quo major est medicina, eo gravior esse morbus convincitur. Proinde evangelium dum exaltat nomen et laudem Dei, simul exaltat magnitudinem mali et ignominiae nostrae, quod qui credunt, timent, et accedentes salvi fiunt, et laudant medicum. Qui non credunt, rident et medicum et morbum suum, quo sibi videntur esse sanissimi.

Exhortatur tamen propheta, ut universum semen Jacob glorificet eum. Quod ut possit, exhortatur, ut timeat ab eo omne semen Israel, optans ut credant evangelio, quo et sese cognoscant et sic paveant, deinde et gratiam Dei, et sic Deum glorificent, quia illis potissimum est promissum hoc verbum salutis, sicut apostoli in Actibus saepius ad eos dixerunt, praesertim scilicet Paulus: „Viri fratres, filii generis Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis missum est verbum salutis hujus," et infra: „Promissionem patrum Deus adimplevit filiis vestris resuscitans Jesum." Sed repulerunt illud, nec timuerunt dominum, unde facti sunt et adulterini filii patrum, solo semine carnis Israelitae et domus Jacob. Proinde propheta, data opera praeposuit: „Qui timetis dominum," deinde „semen Jacob" et „semen Israel", ut eos, qui sine timore essent, etiamsi semen carnis essent, non laudare posse ostenderet, atque ut nullus se semen Jacob et Israel possit jactare, qui

Alleluja vox est non divitum, non gloriosorum, non potentium, non sapientium, non justorum, non viventium, sed pauperum, humilium, infirmorum, stultorum, peccatorum, morientium, pauperes enim evangelisantur. Peccatores cantant et audiunt alleluja, illi vero cantant et audiunt allelunu, laudate nos ipsos.

Idem est, quod sequens pars dicit: „In medio ecclesiae laudabo te." Laus Dei enim est, quod nomen Dei, et laudabo eundem Christum, idem ministerium, idem periculum indicat, quae enim de narrante dicta sunt, eadem de laudante dicentur, et ecclesia idem quod fratres, utrobique unitas, pax, caritas, et cohereditas cum Christo significatur. Ecclesia enim caro est de carne ejus, et os ex ossibus ejus, ipsa frater, soror et mater ejus. Omnia ergo dulcissima et jucundissima sunt in hoc versu, quia evangelium suave nuntium est, sed iis qui fratres futuri sunt, ceteris odor mortis in mortem. Ideo et sequitur optima consequentia:

Qui timetis dominum, laudate eum, universum semen Jacob glorificate eum, timeat eum omne semen Israel.

Per verbum laudis et nominis Dei provocatur fides, sed non omnes obediunt evangelio. Minime vero omnium justitiarii illi saturi et divites in operibus, quibus non est timor Dei ante oculos eorum. In iis perit fructus verbi. Ideo convertitur ad eos, qui timent dominum, qui audita per evangelium sententia illa generali Ro. 3.: „Omnes peccaverunt, non est justus, non est qui faciat bonum," pavent a rugitu isto domini, et vera esse credunt, quae audiunt, proinde sibi displicentes et de se desperantes ad propositam misericordiam

et sic timere in hac paupertate. Tum hos pauperes non despicit dominus, imo quidquid petierint, obtinebunt. Nam non despici deprecationem pauperis, hoc est, maxime gratam habere, et non abscondere faciem, hoc est, maxime illuminare faciem super eos, siquidem Hebraeus aptius et melius hic habet: Nec abscondit faciem suam a me, cum illuminare vultum Dei super nos sit usitatissimum in scripturis, et idiotismus quidam hebraeus, sicut et suum antithetŏn, abscondere faciem.

Sit ergo pauper, qui volet esse semen Israel et evangelii gratia gaudere. Stat sententia fixa: Deus noster talis est, qui pauperes respicit. Et vide copiam prophetae ac diligentiam. Non satis est *) semel dixisse „non sprevit,“ addit „nec despexit,“ item „non avertit,“ item „exaudivit.“ Deinde se ipsum in exemplum posit, dicens: „Cum clamarem,“ ut nostra translatio habet, quasi dicat: Ecce meo exemplo discite, qui factus sum novissimus omnium virorum, cum sceleratis deputatus. Et cum essem maxime despectus, abjectus, repulsus, ecce maxime sum respectus, susceptus et exauditus. Ea forma ergo vos meo exemplo non terreat, evangelium talem exigit, quam salvet, scilicet tanta copia exhortationis opus habet infirmitas nostra, ne vel abhorreat humiliari, vel ne desperet humiliata, et sic salutem per crucem istam possideat.

Hebraeus mihi videtur absolutam gnomen habere in hunc modum: Quoniam non sprevit neque detestatus est paupertatem pauperis, nec abscondit faciem suam ab eo, et cum clamaret ad eum, audivit. Qui sensus

*) Hoc vocab. in edit. princip. deest.

plane est talis: Ideo laudabilis et metuendus est dominus, quod paupertatem pauperis neque contemnit neque detestatur paupertatem (non deprecationem, quia de hac sequitur) et eam, qua quis forma humilitatis laborat, praesertim ignominiae, quae apud homines et detestabilis et contemtibilis est. Diximus enim superius עָנִי pauperem ab afflictione et oppressione dici. Mira ergo dulcedo domini, cui pretiosa et grata est ea forma, quam exsecratur et nauseat mundus, et exaudit clamantes, quos mundus judicat ab eo damnatos esse.

Hoc totum dicitur, quia evangelium humiliat nos, ac in nihilum redigit, tam coram Deo quam hominibus, ut utrobique peccatores et damnati inveniamur, sed sic ut agnitione ejusmodi nostri mali gratiam sitiamus *) justitiae, in qua portemus coram hominibus propter evangelium crucem. Coram Deo enim peccatores invenimur propter nos ipsos et propter mundum, cum quo sensimus, ambulavimus, sed coram mundo invenimur peccatores propter Deum et evangelium ejus, cum quo coepimus sentire et ambulare. Et sic coram Deo humilitas nostra nos exaltavit, at ea exaltatio nos coram hominibus humiliat, coram quibus cum prius exaltaremur, coram Deo humiliabamur. Beatus ergo humilis iste, beata humilitas ejus, quia, cum sit propter Deum illata, pretiosa est in conspectu Dei. Vides ergo evangelii virtutes, quod nos justificat coram Deo, et crucifigit coram mundo. Ideo est verbum salutis et verbum crucis, verbum sapientiae et verbum stultitiae etc.

---

*) In edit. princip. leg.: mereamur.

Apud te laus mea in ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum.

„Apud te", id est, de te, sic enim Hebraeus habet. Hactenus dixit de laude Dei, quae publico ministerio verbi persolvitur, unde dixit: „In medio ecclesiae laudabo te, et narrabo nomen tuum." Narrare autem et in medio ecclesiae laudare, est ceteris audientibus loqui, sicut Ecclesiast. 15. dicit: „In medio ecclesiae aperuit os ejus," et Salomon: „In medio magnatum ne loquaris."

Hic de privata cujusque latria loquitur, de fructu scilicet fidei per evangelium conceptae, qui est, ut apostolus Heb. 13. docet, offerre hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus. Et Ps. 115. [116.] cum sese credidisse et praedicasse, ac propter praedicationem humiliatum sese dixisset, ait: „Quid retribuam domino pro omnibus, quae retribuit mihi?" Inter cetera idem quod hic dicit: „Vota mea reddam coram omni populo ejus." Et iterum: „Tibi sacrificabo hostiam laudis." Nihil enim habemus quod reddamus nisi laudem, gloriam et gratiarum actionem pro inenarrabili dono ejus, (ut apostolus vocat) quod per evangelium in nos effudit abunde.

Sed quid hoc, quod in ecclesia magna, seu quod idem est, multa, sese laudaturum dicit, et in conspectu timentium eum sua vota redditurum? Nam et Ps. 115. [116.] vota eadem coram omni populo ejus in atriis domini in medio Hierusalem redditurum dicit. Annon licet in angulo aut cubili laudare et vota reddere? Porro quis coram omni populo ejus et in ecclesia illa magna corporaliter adesse potest? Proinde non est dubium, quin in spiritu loquatur, et de ecclesia in spi-

ritu magna seu multa et de populo in spiritu collecto, quod aliud nihil est, quam in una fide, in uno spiritu laudare Deum. Sola enim fides est, in cujus unitate universus populus Dei totaque ecclesia congregatur in unum.

Quae omnia dicuntur in detestationem hypocrisis et sectarum, quae ecclesiam scindunt in varias partes, et locis, personis aliisque externis rebus affigunt, at Deum in suis locis, id est, suis propriis operibus laudare praesumunt. Dum ergo quisque Deo servit studio a se reperto, et a communi totius ecclesiae studio (quae est fides) separat se ipsum, velut in illo justificandus et salvandus, nonne seorsum Deo ecclesiam fabricat, et Deum laudat in minuta sua parte et coram se ipso tantum? Haec sunt excelsa illa et luci et valles, quibus populus olim neglecto templo Dei communi seorsum quisque peregrinabatur in fervore suae tentationis (ut Petrus appellat). Quare in ecclesia magna laudare, est confiteri communi omnium gratia, non propriis suis studiis justificari et salvari, ut maneat unitas opinionum et cordium in fide, etiamsi varia sint ministeria operum foris.

Unde Hebraeus non frustra dicit: De te laudabo, nam haeretici illi, id est, sectarii non possunt Deum nisi de se ipsis laudare. Si enim sua non ducerent pretiosa et laudabilia, aut in eis non quaererent justificari et salvari, sine dubio ea contemnerent et relinquerent. At nunc studium et fervor eorum argumentum est, quid laudent et in quo confidant, et quomodo Deum de se ipsis laudent in suo loco seorsum, tanquam quid singulare et melius habentes prae toto communi populo Dei, sicut ille pharisaeus in evangelio

Deum de se ipso laudavit et gratias egit, non accepisset, sed quod dedisset Deo multa bona, propheta de nullo suo laudat, sed de te (inquit) mea, nihil duco omnia alia praeter communem gratiam fidei, qua omnes aequaliter justificas et vas. Si enim aliud esset, quud me justificaret, de ipso merito laudarem. Impii illi, qui fastidiunt similes esse, et singularitate gaudent, habent propria, de quibus te laudent, id est, sese delec quod non sunt sicut ceteri hominum.

Non ergo laus Dei est, quia in manu factis laudatur, non quia Hierusalem in templo, non qui hoc et hoc loco, ita non quia sacerdos vel episco non quia dives aut pauper, sed quia fidelis lau ubiubi sit et quicunque sit. Sicut enim nunc tem est, ut neque in monte hoc, nec in Hierusalem ador pater, sed in spiritu et veritate oporteat adorare, et laudare, ut ablata sint omnia loca, tempora, p sonae, id est, fiducia, quae in eis habetur. Ecce est in ecclesia magna et coram timentibus laud in libertate spiritus laudare, quae nescit praescript ich will einer von dem Haufen sein. Et satis ac illos praesumtuosos reprehendit, dum coram timenti Deum sese laudare dicit, impii enim et sectarii n timent Deum. Simul se ipsum exponit, quid sit ecc sia magna. Ubi enim requiras timentes Deum? Rom Hierusalem? Nullo prorsus loco certo, sed in fide spiritu ubilibet, Ita quando invenies? cras? p annum? Non, sed in fide et spiritu quandolibet. quos quaeras? papam? episcopum? monachum? N sed in fide et spiritu quoslibet, fideles enim timent Deu qui locum, tempus, personam non habent certo.

Sic videmus et apostolos more simili nihil aeque timuisse, ne fidei communio degeneraret in partes sectarum et operum, sicut est dies haec, quas Ps. 5. vocat multitudinem praevaricationum, רֹב פְּשָׁעִים, ac mihi videtur hic tropus esse quidam peculiaris David: „Laudabo in ecclesia,“ pro: vivam vel agam in ecclesia, quod tota fidelium vita aliud non sit quam laus Dei, sicut Ps. 110. [111.] dicit: „Confessio et magnificentia opus ejus.“ Et Ps. 95. [96.]: „Confessio et magnificentia in conspectu ejus.“ Et Ps. 103. [104.]: „Confessionem et decorem induisti.“ Et Isaias 43.: „Populum istum formavi mihi, laudem meam narrabit.“

Quae vero sunt vota illa? Numquid religiosorum? numquid electitia illa vulgatorum operum? Absit. Communia sunt vota totius ecclesiae magnae et omnium, qui timent dominum. Quid ergo vovit ecclesia? Certe Ps. 49. [50.] eadem omnibus generalissima regula dicit: „Immola Deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua,“ sicut et hoc loco et Ps. 115. [116.] vota cum laudibus copulantur, ut vota aliud esse non videantur, quam illae ipsae laudes. Dum enim pactum fidei inimus cum Deo, quid aliud facimus, quam vovemus laudem et gloriam? Nam et omnia nostra nihil esse confitemur, et tantum illius gratia nos salvari protestamur, debitores nos hoc pacto professi praedicandae et confitendae gratiae, quam accepimus. Debemus, inquam, hanc confessionem Deo, nos esse perditos in nobis, et solo illius dono servari.

Atque hoc debitum nostrum votum est, quod*)

---

*) In edit. princip. leg.: quae.

reddimus, dum ita laudamus Deum, et nos accusamus, dum illum glorificamus, nos confundimus, dum illum justificamus et nos damnamus, ut justificetur in sermonibus suis, et omnis homo sit mendax. Et hoc potissimum in tempore tribulationis, quando accusationis damnationisque nostrae probationem exhibere exigimur, ut tum canamus Deo in nocte ista canticum suum, et dicamus cum illis Daniel. 3.: „Omnia quae fecisti nobis domine, in vero judicio fecisti.“ Et Ps. 65. [66.]: „Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea, quae protulerunt labia mea, et quae locutum est os meum in tribulatione mea.“ Ecce quae holocausta, quae vota, quae proferuntur in tribulatione, sicut et ex Heb. 13. fructus labiorum retulimus, et Oseae 14.: „Reddemus vitulos labiorum nostrorum.“

Sic et Daniel. 3.: „Sicut in holocausto arietum et taurorum, et sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi.“ Sed et Ps. praedictus holocausta medullata cum incenso arietum, boves cum hircis, quae offerre se dicit, nihil aliud facit quam laudes Dei in tribulatione, dicens: „Venite et audite et narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animae meae. Quae? Ad ipsum ore meo clamavi, et exsultavi sub lingua mea. Iniquitatem si adspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudivit Deus et attendit voci orationis meae etc.“ Nec enim alia vota habet magna ecclesia et omnes, qui timent dominum. Et observa, quod coram timentibus non laudem, sed vota reddit, quod in tribulationibus, dum accusationis nostri

et justificationis Dei res agitur, timendus seu terribilis est Deus, apparens iratus. Sed redde votum et memor esto pacti initi, quod illum justificare, te damnare perpetuo promiseris, et salvus eris. Verum impii neque vovent, neque si vovent, reddunt haec vota.

Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt dominum, qui requirunt eum. Vivent corda eorum in saeculum saeculi.

Vivet cor vestrum in aeternum, habet Hebraeus, et pauperes iterum afflictos illos significat, id est, evangelicos et fideles, quos alibi miseros, alibi humiles, alibi mites vertit. Christus hactenus dixit, quae facturus esset in suis, in ecclesia, praesertim apostolorum tempore et eorum, qui alios erant docturi. Nunc meo judicio recitat augmentum ecclesiae, et eorum, qui erant audituri ex utroque populo Judaeorum et gentium per ministerium apostolorum et primitivorum, dicens, ex utroque populo convertendos esse multos. Non enim de manducatione carnali loquitur, sed cum praedixerit praedicationes et laudes Dei in ecclesia fore, ac per hoc verum pastum animorum, evangelium scilicet ipsum per multos vulgandum et proponendum dicit non frustra proponendum, sed fore oves, qui comedant, et auditores qui audiant, sed nonnisi pauperes et humiles, ut stet verbum Christi: „Pauperes evangelisantur,“ Matth. 11. Et Isaiae 60.: „Pauperibus evangelisare misit me.“ Igitur iste versus hoc habet, quod Lucas in Actis saepe scribit, crevisse verbum Dei fortiter, et auctum esse numerum credentium valde.

Et ipse cum dicit: Vivet cor vestrum in aeter-

num, satis indicat sese de verbi pastu loqui, quod cor, non ventrem alit. Non tamen segniter alludit ad sacramentum altaris, siquidem ideo olim missa habebatur, ut et sacramentum acciperent et verbum, erantque revera ibi manducatio corporalis et spiritualis simul. Corporalis, inquam, de pane et vino altaris, spiritualis de evangelio, utroque cor hominis alebatur, non venter. Et exigebat hic versus dignam dissertionem de missa propter detestandos et horribiles abusus tam in doctrinis quam operibus de missa introductis, in ecclesia debacchantes, sed differamus in finem. Interim qui sint idonei auditores evangelii, videamus. Pauperes, inquit, afflicti et esurientes, gratiae avidi, peccatis pressi, infirmitate laborantes. Et ii saturabuntur, iidem laudant dominum, quoniam quaerunt eum, quo indigent, et invento laetantur et laudant *). O felices vos, ait, vivet cor vestrum in aeternum. Gratia enim, vita aeterna et justitia ejus manet in saeculum saeculi. Quid si venter moriatur? Cor vestrum vivit cibo isto immortali verbi.

Videtur autem iste versus in populum Judaeorum electis verbis compositus, ut qui promissis terrenis assuetus tantum haec temporalia exspectabat a Deo, hoc est, ventrem et escam, cum tamen in illis nulla sit saturitas, ac si dicat: En vobis, qui ventrem et escam spectatis, nec tamen expleri potestis, erit tempus, cum edetis et saturabimini, sed non carnaliter, nec divites et voluptarii, quales hactenus fuistis et insatiabiliter esse quaesivistis, sed pauperes, erit enim hic cibus, qui saturet vos, quod ille corporalis non poterit. Deinde non murmurabunt amplius contra do-

---

*) In edit. princip. leg.: laudantur.

ntum, qui escas petiverunt, sed laudabunt dominum, nem requirent, et non escam. Deinde cum illi sint ortui, hi vivent in aeternum. Ita destruxit Deus entrem et escam, quoniam esca et potus regnum Dei on est, sed apostrophe illa ad illos epitasin habet: Vivet cor vestrum in aeternum," quasi dicat: Libenter reatis istis ventralibus escis, quod hic cor vestrum icturum sit in aeternum.

eminiscentur et convertentur ad domium omnes fines terrae, et adorabunt in onspectu ejus universae familiae gentium.

Unus enim versus in hebraeo hic est, et clara ntentia de gentium conversione loquitur. Et quanam Hebraeus activa voce habeat: memorabunt et nvertent, tamen reddita est belle passiva significatio, o eo quod est: Fient memores et erunt conversae, soluto statu, qualia frequenter habuimus. Sic illud s. 50. [51.]: „Propterea justificabis in verbo tuo," est, justus eris, et recte dictum: „ut justificeris in rmonibus tuis etc." Sic et „adorabunt in conspectu us," id est, erunt adoratores coram eo. Et gentium ioque ingenia hic versus suis verbis pingit, ut quae sent aversae et deditae idolis et pronae omnia adore. Erit, inquit, ut vere convertantur, nempe ad rum Deum, et adorent non amplius idola, sed in nspectu Dei, id est, in spiritu et veritate.

Quanquam autem gentes ad Christum conversae nt, ut hic versus mutata persona de Christo per proetam dictus videri possit, tamen non mutabimus pernam, donec vitare non possumus, et adhuc loqui itemus hominem, qui in evangelio itidem de patre loquitur, et ad eum refert, dirigitque omnes et

omnia, ut sese purum paene hominem ostendat, licet per sese ad patrem omnia trahat et venire dicat. Ita et hic ad Deum gentes converti dicit, licet vere ad ipsum simul convertantur, sed modo per ipsum et suam narrationem converti dixisse contentus est. Hoc reminisci gentium arbitror dictum, quod ipsi redibunt ad cor et Deum, quem diuturna saeculorum ignorantia penitus ac desperate oblitae fuerint, sint agniturae. Non enim solum ignorabant gentes Deum, sed et oblitae erant inveteratae in caecitate et idololatria sua, ut sic in verbo „reminiscentur" magnam vim gratiae et evangelii commendent, quo tam profunde indurati sunt reducti.

Utitur hoc versu in Donatistas Aug. et nobis quoque valet in Ro. tyrannidem et sectas ejus, qui non sinunt esse in toto orbe christianos, nisi captivi serviant illi. Ubique enim Christus cognitus est et per ipsum Deus, atque adhuc credendus est ubique cognosci, etsi a valde paucis, postquam solutus est Satan ad decipiendas omnes gentes.

Quoniam domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.

Hunc versum Paulus Ro. 3. tangere videtur d.: „Num Judaeorum Deus tantum? Nonne et gentium? imo et gentium." „Nam idem est dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum," Ro. 10. Ideo inquit, etiam gentes convertentur, quia ipse dominus regnabit per se, qui est dominus omnium. Indignum autem, ut domino omnium solus judaeus esset populus regnum. Sed numquid hactenus regnavit vel in Judaeis? Non, sed Moses et lex regnavit, nondum erat revelatus spiritus et manifeste praedicatus. Regnavit

tamen in aliquibus occulte, id est, regno occulto absque gratiae et spiritus divulgatione. Igitur jam non sumus sub exactore legis, nec in spiritu servitutis, sed in spiritu libertatis sub ipsomet domino revelato et regnante in omni creatura sua, judicato et ejecto principe mundi foras, qui super nos prius regnavit, habens imperium mortis, et dominus non erat nobis.

Regnare autem plus est quam creare, facere, habere. Deus enim omnia habet sibi subjecta, sed non in omnibus regnat, cum regnum sit civile et salutare imperium, in quo subditi pendent ex voluntate et opere regis sui. Sic Christus tunc regnat in nobis, quando nos ab operibus nostris feriatos inhabitat, et in sabbato suo per nos sanctificato ipse in nobis manens facit omnia opera nostra, quod solius gratiae esse nemo ignorat. Ideo et regnum Dei et regnum coelorum vocatur, et ipse rex noster, nos populus ejus peculiaris. At ubi peccato servimus, peccatum regnat in nobis, et in regno peccati et Satanae, sine rege Deo exules et captivi sumus et sabbatum domini propriis operibus sine intermissione violamus. Hoc est ergo illud tripudium, quod hic versus jactat, quoniam domino est regnum, et dominus est in gentibus, sicut Ps. 96. [97.]: „Dominus regnavit, exsultet terra," quasi dicat: Gentes convertentur, quia diabolus ejicietur foras, peccatum abolebitur in mundo, et regnabit rex in justitia et sapiens erit, idque palam per evangelium et docebitur et fiet.

Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae, in conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram, et anima mea illi vivet.

Heb. *sic: Manducaverunt* et adoraverunt omnes

pingues terrae, in conspectu ejus genu flectent omnes descendentes in pulverem, et anima ejus non vivet. Hunc versum cum duobus sequentibus apparet mihi vel epilogii vel epiphonematis vice ponere. Sed quod data opera mihi videtur obscurare eclipsi, asynthetis, reticentia, periphrasi aliisque figuris, tum etiam personae mutatione et distinctionis perturbatione, ut laborandum sit quidem, et tamen ignorandum, an sensum ejus consequamur, experiamur, nec nos distinctio moveat, nec personae mutationem admittamus, sed Christum in finem loqui accipiamus, qui in evangelio saepius de se ipso in tertia persona loquitur, ut Joh. 3.: „Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret." Et Matth. 23.: „Non vocemini magistri, unus est enim magister vester Christus, qui in coelis est." Iterum Joh. 3.: „Nemo adscendit in coelum, nisi qui descendit, filius hominis, qui est in coelo." Ita hoc loco non dicit: Et anima mea non vivet, et semen serviet mihi etc., sed: anima ejus non vivet, et semen serviet ei etc.

Prior itaque pars versus sit epiphonema et summa (quod ajunt) summarum. Dixerat enim et Judaeos et gentes convertendos et adoraturos, hic velut dilatans, quod dixerat, imo, inquit, tunc cessabit omnis respectus personarum, ut in Christo non tantum sit non Judaeus neque Graecus, sed neque dominus neque servus, neque dives neque pauper, neque masculus neque foemina, neque barbarus neque Scytha, neque magnus neque parvus, sed omnes unum in Christo, uno humero, uni Deo, in una fide, in uno evangelio servient sine discrimine. Quid enim sit „manducaverunt et adoraverunt," dictum est, nempe, quod in verbo „manducaverunt" Judaeos, in verbo „adoraverunt" gentes sig-

erit. Sed hic in unitatem confusos utrosque aptat utrique tam manducationi quam adorationi, ut non sit distinctio Judaei et Graeci, teste apostolo, atque idem per universale illud „omnes“ vult, quasi dicat: Tam Judaei quam gentes, tam quos manducantes quam quos adorantes feceram prius, omnes sine discrimine manducabunt et adorabunt, id est, erunt manducatores, auditores, cultores et adoratores Dei.

Idem est, quod sequitur: „Et in conspectu ejus cadent,“ seu coram eo genua flectent, (id est) curvatis et positis in terram genibus erunt, quo ritus adorandi figurate significatur. Et „pingues terrae“ figurate dicuntur, quicunque sunt in personatu spectabiliore, ut opulenti, potentes, nobiles, honorati, fortes, formosi, sapientes, justitiarii et similes. Sic enim Ps. 16. [17.] de adipe concluso didicimus, et Deut. 32. dicitur: „Impinguatus, dilatatus et incrassatus est.“ Quare „pingues terrae“ sunt quidquid in mundo altum et magnum, atque in oculis hominum spectabile. Nec in his discrevit dominus quidquam, sed reti suo cepit pisces magnos cum parvis, et omnis generis reptilia in mari hoc magno et spatioso perambulantia.

„Omnes descendentes in pulverem.“ Non arbitror de mortuis aut de mortalibus dici, ut aliqui volunt, sed sit periphrasis formae et personae inferioris, per antithesin pinguium terrae, ut nulla tam vilis et abjecta sit persona seu forma, quam Deus in Christo non honorarit gratia et evangelio suo, ut cesset omnis contemtus contemtibilium et metus terribilium et accubet leo cum vitulo et ove, lupus cum agno, pardus cum hoedo, et minet eos puer parvulus, ut Isaias 11. praedixit. „Quis enim te discernit?“ ait Paulus 1. Cor. 4. ad eos, *qui hanc* aequalitatem deserebant. „Quid habes,

quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?" Ita regnante Deo per Christum in nobis, omnia sunt Dei et nulla nostra, ut nullus possit alteri invidere, nullus adversus alterum inflari, nullus minus aut majus altero habet, sed sicut de mannae collectoribus dicitur 2. Cor. 8.: „Qui multum, non abundavit, qui modicum, non minoravit, omnia enim omnium sunt omnium, propter una illa, fidem et verbum unum, et regnum unum, et dominum unum.

Quod autem descendere in pulverem significet abjectam et contemtam illam formam, atque etiam afflictam, sicut solet fieri in ea forma, illud Isaiae 47. probat: „Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylon, sede in terra, non est solium filiae Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis et tenera." Quid hic nisi humiliationem magnitudinis Babylonicae prophetat? Et Thren. 3.: „Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes," et Job. 7. sordibus pulveris indutam carnem suam dicit, et Ps. 7. gloriam suam in pulverem sepeliendam permittit David, id est, in nihilum redigi. Sic Paulus 1. Cor. 1. vocatos praedicat eos, qui non sunt, et stultos et infirmos, ut eos, qui erant aliquid, destrueret Deus, quod qui tales sunt, ferme ut mortui et qui jam in pulvere jacent, aestimentur. Sed dominus Ps. 112. [113.] suscitat de pulvere (ut Hebraeus habet) inopem, et de stercore erigit pauperem, ut collocet eum cum principibus etc. Rursum deponit potentes de sede, et exaltat humiles, ut omnes aequet. Et qui gloriatur, in domine glorietur, et humilis confusus non avertatur, sed unus panis, unum corpus sumus omnes, qui de uno pane et de uno calice participamus.

Et anima ejus non vivet. Cujus ejus? Nullius alius nisi domini, de quo jam proxime dixerat, in cujus

ıspectu cadunt et manducant pingues et pulveres. que enim consequentia et ordo verborum de alio piam sinunt intelligi. Atque hoc est mysterium d, quod David his verborum figuris involutum indi-re voluit, ut esset positum, et tamen non expositum. les itaque Christum hoc loco de se ipso in tertia rsona eodem verbo utrumque mysterium et divini-:is et resurrectionis prodere. Si anima ejus fuit oritura, ergo animam seu vitam habuit mortalem, et homine quodam mortali et morituro haec dici nemo test dubitare aut negare. At pronomen ejus non test referre nisi dominum illum praedictum in antecedentibus, cui gentes et Judaei in unum serviunt, ut o vero. Vides ergo, quam apertis et pulchris ver-s sese declaret simul hominem verum ac moriturum, nul verum immortalemque Deum, ut nullus alius us hoc versu permittatur esse, quam ille, qui mori-rus et aliquando mortuus homo sit, una ergo per-na Deus et homo.

Ecce haec est pars una epiphonematis hujus Psalmi, asi dicat: Summa est, quam volo hoc Psalmo: Deus rus, qui sit verus homo, morietur et patietur ea, ae praedixi, et tum sequentur ea, quae passionem s secutura dixi. Et hanc partem annexuit huic rsui, quae tamen sequenti versui novum auspicata tius haesisset, sed involvendum erat mysterium tan-m. Omitto nostram translationem, quia falsa est et ligna tractatu, cum contraria sit hebraeo, nisi velis n facere verbis et dicere: „Anima mea illi vivet," est, resurget a mortuis, ut illi vivat, quae mortua t hominibus. Sed hoc nihil urget, neque probat quid.

Et semen meum serviet ipsi, annuntiabitur domino generatio ventura, et annuntiabunt coeli justitiam ejus populo, qui nascetur, quem fecit dominus.

Hos duos versus confusissime miscuit ac male reddidit nostra translatio, ideo et nos ambos simul ponamus in hunc modum ex hebraeo versos ad verbum.

1. Et semen serviet ei, narrabit domino in generationem.
2. Venient et annuntiabunt justitiam ejus, populo nato, quoniam fecit.

Dixerat animam ejus morituram, hic semen fore dicit, quod serviat ei, non autem serviet mortuo, cum ille non regnet mortuus. Quis enim mortuo serviat? Ergo moriturus ille necessario resurrecturus erat, ut servire ei possit semen. Jam cum mortuus auferatur de terra viventium, sicut Isaias 53. dicit eum abscissum de terra viventium, sequitur sic resuscitatum a mortuis, ut amplius non moriatur, neque mortalis ulterius sit. Quare et regnum ejus non erit mortale aut temporale, quia anima ejus non vivet in hac vita, sed tolletur de hac vita, qui dicit: Anima ejus non vivet, quod sonat de hac vita mortali, quomodo Paulus 1. Cor. 15.: „Primus Adam factus est in animam viventem, secundus autem in spiritum vivificantem," appellans hanc vitam animalem, corpus animale, illam autem spiritualem et corpus spirituale. Quare et hic Christum dicit sic moriturum, ut anima ejus non vivat, id est, animali vita non vivet. Noluit enim simpliciter eum moriturum dicere, sed eis verbis usus est, quae rem proprie redderent, scilicet Christum moriturum, ut amplius non viveret anima ejus, id est, animalis vita, victu, amictu, anhelitu et aliis corrup-

lis vitae necessitatibus. Animam ergo habet, homo , sed ea non vivet. At cum etiam sic vivet, ut nen habeat, in quo regnet, sequitur, ut spiritualis no sit et vivat, quod fieri non potuit, nisi animale pus moreretur, et resurgeret spiritualo.

Ex illis ulterius sequitur, quod etiam Deus sit, a servitus ista puro homini non convenit, nec regn ejusmodi. Deinde necesse est hanc servitutem oque non esse animalem, cum ille jam animalis non , talique servitute non egeat. Erit ergo servitus spiritu, synagogae cessante tumultu in servitute terna, et id quoque sequitur, semen esse non anile, noluit enim dicere: Populus serviet ei, sed semen, jactantiam seminis carnalis Abrahae tolleret, et vum semen induceret, quod ipse per evangelium nuisset ex spiritu. Erit ergo hic homo patriarcha vus, novi seminis auctor et origo, nova servitus, vum regnum, qualia mundus non cognovit. Sic iae 53.: „Si posuerit pro peccatis animam suam, lebit semen longaevum." Quomodo generat mortuus? que iste patriarcha non est similis prioribus. Illi m mortui sunt relicto post se semine, quod illis ut rtuis non serviebat. At huic patriarchae non erit men post se relictum, sed ita praesens semper cum esente et longaevum, ut ei soli serviat vivens enti, et tamen non in hac vita animi. De ceteris m dicit: „Et semini tuo post te," huic dicit: „semini tecum," quod non post te erit, sed simul erit, o ut etiam serviat tibi.

Narrabit domino ad generationem. Verbum narit hic impersonaliter accipitur meo judicio, more us linguae, pro narrabitur seu sermo erit, sicut n. 10.: „De hoc exivit proverbium: Sicut Nimrod

potens venator coram domino," ubi Hebraeus habet: Et dixit: Sicut Nimrod etc., id est, dixit aliquis, seu dictum est, et 27.: „Nuntiata sunt Rebeccae verba Esau," heb. sic: Et nuntiavit Rebeccae. Item 31.: „Ideo vocatum est nomen ejus Galaad," pro: et vocavit ejus nomen Galaad, et multa similia. Ita et hic sit: Narrabit, id est, narratum erit domino ad generationem, hoc est, dicetur, quod et Deus habeat generationem et filios filiorum, nempe qui habeat et semen, sicut in Isaia ult. dicit: „Numquid qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit dominus. Si ego qui generationem aliis tribuo, sterilis ero? dicit dominus." Quod ex hebraeo de generatione spirituali populorum dici melius videtur. Ps. 101. [102.]: „Filii servorum tuorum habitabunt et semen eorum in saeculum dirigetur." Est autem sermo totus hebraicus. Narrabit domino in generationem, id est, praedicabitur, et hac praedicatione domino praedicabitur, et sic praedicabitur, quod dominus ad generationem pertineat, seu sit ei generatio, quod est mirabile in oculis nostris, ut Deus etiam similis hominibus habeat generationem populorum. Semel autem dicit generationem, cum ubique geminetur, generatione, generatione. Sed hoc ideo, quia in semine carnali generatio praeterit, generatio advenit, et est successio non manentium, haec vero generatio est, ut priores non cedant sequentibus, sed simul in unam congregentur generationem, quia spiritualis est et aeterna.

Venient et annuntiabunt justitiam ejus (id est, justitiam fidei), non justitiam operum et legis, annuntiabunt scilicet semen et generatio ejus, haec enim erit servitus eorum, ut 1. Pe. 2. d.: „Vos populus acquisitionis, ut enarretis virtutes ejus, qui vocavit vos in admirabile lumen suum." Non enim nuntiabunt

de hoc rege gloriam hujus mundi, sicut de Salomone nuntiatum est, sed justitiam ejus, ut rex iste et patriarcha victor peccati et mortis et auctor aeternorum bonorum intelligatur. Quo autem venient et unde? Nempe de conspectu hujus regis procedent foris et intrabunt in mundum, ut annuntient ibi justitiam ejus foris, in qua coram eo vivunt intus. Hoc dicitur, ne generatio ista putetur nusquam esse, quia spiritualis sit. Erit, inquit, spiritualis et tamen in mundo. Non autem ullo signo cognoscentur, nisi ministerio verbi, ablata omni alia persona. Venient enim per pedes evangelii pacis et vocem eorum audies, sed nesciens, unde aut quo vadant, spiritus enim sunt, qui spirat, non in personis, sed libere ubi vult.

Populo genito, quid hoc? Quis est populus, qui non nascitur? Ego mea suspicione hoc dici puto, quod aliorum regum populi legibus, moribus et consuetudinibus formantur, sed quibus nihil promoveas ad veram justitiam, fabula tantum est justitiae et scena theatrica. Nam et lex Mosi non potuit Judaeorum populum formare nisi ad hypocrisin. Hujus autem regis populus non legibus formatur in speciem, sed spiritu et aqua generatur totus in novam veritatis creaturam. Quae est virtus illa justitiae ejus sine specie, quae in spiritu annuntiatur. Nam quod nascitur, totum immutatur et novum fit, sicut Christus dicit, Joh. 3.: „Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.“ Igitur populo nato est verbum justitiae Dei donatum, quo et nascitur et servatur, non specie, sed veritate, justus in spiritu, tamen in carne exsistens.

Quoniam fecit, hoc de Christo Deo rege dicitur in hunc sensum, si non fallor, quod haec omnia fient, quia ipse facit, er geht dran, quasi dicat: Qui hacte-

nus multa dixit per legem multaque promisit, sed nihil est factum. Erit ergo tempus, ut emittat virgam virtutis, et det vocem virtutis voci suae, et tale verbum mittat quod potens sit (ut Jacobus ait) nos generare in creaturam ejus, et salvare animas nostras, ut jam non locutor, sed factor sit, er wirds einmal thun, sicut in Isaiae 52. dicit: „Ecce ego ipse, qui loquebar, assum." Legem antea dedit, sed non erat, qui faceret, venit et dedit evangelium, per quod facit omnia. Ecce hos duos versus, quam brevi compendio et miro involucro omnia illa mysteria Christi, de divinitate, resurrectione, regno, populo, evangelio, justitia, salute ejus complexi sunt, ut mihi similis in scriptura locus nondum occurrerit.

Visum est hic tabernaculum figere et mansionem facere, et quia video istos commentarios rapi ad typos et prela, cum ego mallem eos perpetuo latere, adeo multa sunt, in quibus ipse contentus non sum, onus ultra vires suscepi, ideo saepius nuto. Rogo itaque pium lectorem, legat omnia cum summo judicio, non quod mihi conscius sim usquam prava docuisse. Sententia mihi per omnia placet, sed non semper suo loco mihi venit. Erratumque est aliquando in hebraea lingua, dum occupatus et distractus variis non totus incubui. Non me excuso difficultate et obscuritate libri, nec parvitate eruditionis et ingenii, cur enim non abstinui? nec me aliorum exemplo solor, quanquam haec sit honestissima ratio, sed hoc anhelo, ut purus, genuinus appositusque suo quisque loco sensus habeatur, quod si potui vel ex parte tradere, libens, temerarius, erroneus, indoctus in multis habebor prae ceteris, et ut aliquot indicem, quae praesenti memoria movent:

Psalmo undecimo [12.], versu ultimo erratum est

in dictione hebraica סָבִיב, ubi peregrinante animo verbum transitivum tertii feci, quanquam interpretatio et sensus non male habeat, etiamsi „circuitu" dicas pro „circumdedit." Et Ps. 13. [14.], quae in versu secundo de dictione מַשְׂכִּיל dixi, vera sunt, sed mallem omissa omnia, tamen alio loco (Deo volente) corrigetur, ubi de ejusmodi verbis plene tractabo. Ps. 16. [17.] vers. 11.: „In anima circumdederunt," melius eo tropo dixissem, quo Jacob Gen. 31. dicitur serviisse in Rachel, ut tolleret eam uxorem. Ita „in anima circumdederunt", ut tollerent, ut noster habet interpres. Ps. 18. [19.] tertio versu laborans, quomodo apostoli omnium linguis essent locuti, non cogitavi, quod dici possit apostolos in diversis locis Hierusalem, aliis aliisque domibus alias et alias linguas invenisse, et sic locutos ea lingua sola, in quam pro tempore incidissent, ut per intervalla et loca et personas hanc varietatem linguarum dispartitam intelligas, tum ut Lucas ait, populos mente confusos, videntes, quod circumeuntes loquerentur omnium linguis, quos accessissent, et confiteretur quisque alteri sua auditos ei fuisse loquentes.

Sunt multa alia praeter haec et forte majora, ipse non video. Accedunt ad haec errores librariorum, breviter, totus commentarius mihi placeret magis, si recognitus a me primum fuisset, cum et prolixitas et verbositas magnum in eo vitium sit. Verum nonnihil in illis est spiritualis eruditionis et revelationis, de qua, qui pius est, gratias agat domino Jesu Christo, qui est lux nostra, benedictus, amen.